59 *Distinctione contrarietas remouetur.*
60 *Subrogatum sapit naturam eius, in cuius locum est subrogatum.*
61 *Sumptum ex regesto supplicationum an fidem faciat?*
62 *Sumptum bullæ probat.*
63 *Instrumenta plura super eadem matrice confici possunt.*
64 *Testes qui & quales debeant ad probandum originale deperditum.*

Rincipium nostrarum interpretationum a principio sacrorum canonũ initium sumit: & se se offert titulus de constitutio. primus in ordine: & in substantia: & a quo pendent omnes aliæ leges Pontificiæ. Abb.hic (cuius ordinem more majorum sequemur) continuat † Rubri.hanc post Hostiens.tam ad præcedentia: quàm ad sequentia hoc modo videlicet summus Pontifex de iure tractaturus præmisit titulum de sum. Trinita. pro sui operis fundamento, vt desuper ædificare posset.1.ad Corinthi.capit.3. & cap.cum Paulus.1.quæstio.1. A Deo enim (qui nobis fauere dignetur. & suggerere præloqui debeamus) prouenit omne bonum: & omnis potestas: Ad Roma. cap. 13. Iacto igitur fundamento author ipse de iure tractaturus, quòd † ex scripto, & non scripto constat §.constat. Institu. de iu.natur.gent. & 1.distinct. §.cum itaque. Plato lib.16.qui inscribitur ciuilis, vel de Regno, post medium, vbi inquit, Ac huiusmodi leges & scriptis, & non scriptis, sed patrijs moribus inducet, & post ita vt liceat volenti cuilibet litem eis intendere, quod aliter quam leges iubeant, & patria consuetudo doceat, &c. cum ius scriptum sit certius, & nobilius, præmisit de iure scripto, videlicet de constitutionibus, & postea submisit de iure non scripto, scilicet de consuetud.Hanc cõtinuationem communiter teneri affirmat Barbat. super hac rubri. Non defuere,qui alias continuationes adduxerint: Inter quas vna est, in titu. præceden. tractatum fuit de lege ipsius Dei: consequenter hic de lege ipsius in terris vices gerentis, & qui † idem tribunal cum eo habet. cap. vt nostrum. vt eccle.bene.cap.ad Apostolicæ. de re iudic. lib.6.continuatio Abb.tenẽda est. Qui autem affirmare vellet nulli continuationi hic locũ esse,facile id ostẽdere posset:

Hic enim sumitur principium operis: vt enim videri est summus Pontifex. supra in prooem. præfetur constitutiones, & decretales tam antiquas: quàm a se promulgandas hoc in libro, seu volumine redigi fecisti: quam compilationem ab omnibus recipi mandat pro fundamento (vt s̃. diximus) omnium, quæ tractanda erant subijcit de sum. Trini. & fi. catho. & incidenter damnat quosdam hæreticos, & eorum libros: in hoc vero tit. de consti. incipit tractare de iure illo, de quo præfatus erat: vñ vel qa hic est principium cano
4 num, nulla considerari pōt continuatio, q̃ † fieri debet ad titulos diuersos, & diuersam materiam tractantes. l. 2. ff. de sta. homi. gl. sup rub. ff. de condi. furt. Plura de continuatione videre potestis per Cagno. super rub. ff. de reg. iur. nu. 6. & seq. Vel quia q̃ præmissa fuere ante hunc tit. per summum Ponti
5 ficem videntur esse loco cuiusdam diuinæ inuocationis † quę in rebus arduis præmittenda maxime est, iuxta illud Lucę 5. In verbo aūt tuo iactabo recte. c. in noīe Dñi. 23. dist. c. 2. de testib. & in superscriptione. ff. vbi Bar. & cęteri. Videte quaiter vir grauiss. ille Plato, & oīum sciētiarum fons vberrimus ciuitatem constituere volens Deum inuocet, lib. 34. dialogo 4. de legib. cuius verba græca in latinum ita rectè transferuntur, Deum in primis ad ciuitatis constōnem inuocemus, q vti nam audiat, exaudiensq; propitius & benignius nobis adueniat vnà nobiscum ciuitatem, & leges exornaturū: Ad uertatis vos, qui scribitis, ꝙ Plato inducat Deum, non Deos. M. item Tullius de legib⁹ tractaturus a Dijs auxilium implorat. Vel ēt quia de sum. Trini. incidenter, seu occasionaliter, vel obiter tractatū fuit continuationi alicui locus esse nō vr̃, ex quo haberet relationem ad id, quod s̃. incidenter dictum fuerat ꝯ ea, quæ volunt Sali. & alij super rubr. C. de ser. fugi. Pro quib. & alijs huc spectātib. videre poteritis. Ang. in ꝓœ. Insti. versus fi. & super rub. de re. diui. ac super rub. de actio.
6 ex dictis Abb. super hac rub. elicitur cōclusio, ꝙ † ius scriptū sit nobilius, & præstātius iure non scripto. Pro hac opi. Abb. arguitur sic, ꝗod scriptum est oculis subijcit, ergo certius. c. de capitulis. ibi ꝓ certo mendacem. 10. dist. l. certum. vbi Alcia. ff. si cer. pet. Et per hoc scriptū veritas magis ꝓcipit, inq;t, Prob. in c. 1. nu. 7. de sent. excom. lib. 6. Et ꝓmptior dr̃ ꝓbatio ꝑ scripturam, vt voluit glo. in ver. sub testimonio publico in extra. execrabilis Io. 22. Item certius, quia ꝓbōne non indiget, ius. n. scriptum patens est, & semper loquit. l. Arriani. C. de hæret. c. cum Marthæ. de cele. missa. vti consuetudo est facti, & stricti iuris. c. 1. de cōsti. lib. 6. l. de quib⁹. cum sua materia. ff. de legib. Prob. super rub. de re iud. nu. 5. li. 6. Et ꝙsuetudinem allegans ꝓbare debet. Idem prob. super rub. de cōsue. nu. 11. & 13. lib. 6. & D. meus cons. 420. Item ius scriptum est nobilius, & præstantius arguendo ab ordine scripturæ, seu literæ, vel noīationis ad l. quoties. ff. de vsufru. vbi prius nominatus præferē in vsusfructus assecutione alternis annis relicti. l. Gallus. §. quidam rectè. cum gl. in ver. nō exprimat. ff. de libe. & posthu. l. cum pr̃. cum ibi nota. in §. pen. ff. de leg. 2. l. q soluendo. vbi gl. ff. de hære. in fi. c. quorundam. cum gl. in ver. prædicatorum. de elect. lib. 6. Quod aūt iura prius loquātur, & tractent de iure scripto constat in rub. ff. de legib. & senat. con. ac longa consue. Item ex tex. in l. oēs populi. ff. de iusti. & iu. in §. ꝙstat. & in §. ex non scripto. Insti. de iu. natu. gen. & §. oī aūt. in c. ius gñali. distin. 1. Ius item scriptum est certius,
7 † & illico operat, absq; alicuius tpis, saltem longi interuentu. Insti. vbi s̃. & d. l. de quibus. & c. mos est. & c. seq. dist. 1. Insu ꝑ ius non scriptum extraordinarium est: & in subsidiū, & cum
8 deficit lex operat. c. consuetudo. distin. 1. † ordinaria aūt ꝓferenda, & potiora sunt. c. peruenit. in fi. 11. q. 1. c. ad hæc. versi. sic quæ fit. de rescr. clem. fi. in 2. rñ. quæ facit in rōne sui. & ibi gl. pen. de offi. ordi. vbi ꝙ collatio legati non a latere extraordinaria est, & odiosa consuetudo item legem scriptam imitatur. §. ex non scripto. ibi Diuturni mores legem imitant. Inst. de iu. natu. gen. & sic iure scripto inferior est. Alia est opin. huic ꝯria, ꝙ imò ius non scriptum sit nobilius, quia antiqus
9 † a constitutione mundi, & sic ante leges, & constōnes conditas, vt testatur Plato lib. 34. in 3. dialogo de legib. inquiens, An igit illi nec legislatoribus indigebant neq; illis temporibus id fieri consueuerat? Literas enim nondum habebant illius temporis homines, sed consuetudinem, & mores maiorum sequentes, viuebant. Amplius consuetudo, & sic ius non scriptum vincit legem, legique derogat. l. de quib⁹. vbi omnes. ff. de legib. pro qua etiam opin. contra Abb. adducitur text. in l. 2. §. exactis deinde ibi, Magis incerto iure &c. ff. de orig. iur.

Respōderi posset ad primum, quod imò ius scriptum fuit antiquius, scriptum inquam in cordibus hominum prout illud præceptum Dei, factum Adam, De hac arbore non comedes. Genes. 1. Rursus ad illud respondetur, ꝙ scripte erant illæ tabulæ date Moysi: & alię successiuæ leges. Moysis, cōtinentes ea, quę facta fuerunt a principio creationis mundi, & sic ante consuetudines acceptas in scriptis redactæ fuerūt. Ad aliud respondeo, quod illam vim, quam habet consuetudo, ac potestatem, & authoritatem ab ipso iure scripto re-
10 cepit præter id, quod a iure scripto impediri potest † & impeditur nonnunquam ortus, & effectus ipsius consuetudinis authē. nauigia. C. de furt. & prout per Docto. in alle. l. c. quibus. ff. de legib.

Ad vltimum responderi potest, quo ad dictum §. exactis deinde. solutio elicitur ex ijs, quæ præcedunt & subsequuntur. ad quæ etiam respondet hic Augu. Bero. Posset etiam
11 adduci alia opin. & sic tertia videlicet, quòd † ius scriptum, & non scriptum habeant se vt excedentia, & excessa, & sic vnum non diceretur maius, & potentius, vel nobilius altero. argu. eorum quę notant glo. & Docto. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acqui. poss. omnibus hinc inde perpensis conclusio, seu suppositum ipsius Abb. firmioribus sulcitur argumentis tanto magis, quia constitutio a Deo, a Papa, ab Imperatore est: consuetudo a populo, vel subditis
12 successiue sequendo ordinem Abb. quæro, quid sit † constitutio? respondet Gratianus distinct. 2. Constitutio est, quā tantum Rex, vel Imperator constituit, vel edit super quo text. Abb. fundat suam definitionem. Hæc tamen definitio difficultate carere non videtur: imperfecta enim, ac mancа ex pluribus arguitur, supposito quòd † definitionis præcepta tria sint, Primum quòd non sit superflua: Secundum
13 quòd non sit diminuta. Tertium quod cum definitio sit conuertibilis, prout tradunt Docto. in l. 1. ff. de dolo. & Barto. in l. 1. ff. de testam. est text. in l. fina. iun. glo. in ver. præsentia. ff. de verbo. signifi. & l. omnis definitio. vbi etiam glo. & Docto. ff. de regu. iur. Aul. Gel. Noct. Atti. lib. 4. cap. 1. Alcia. lib. 6. Paradoxorum. cap. 9.

Primum quòd sit superflua probatur, quia inquit text. eam esse constitutionem, quam Rex, vel Imperator constituit: superfluitas apparet, quia sufficiebat dicere, constitutio est, quam, seu quod Princeps statuit: hæ enim constitutiones appellantur. l. 1. ff. de consti. §. sed & quod principi. Instit. de iu. nat. gen. & ciui.

Secundum quòd sit diminuta ostenditur, quia debebat etiam addi. Vel quod populus constituit: leges enim constitutiones dicuntur, vt probat text. in cap. lex est. 2. distin. vbi text. inquit, lex est constitutio populi: ergo imperfecta definitio, quia constitutio continet sub se legem & loco generis in definitione legis ponitur: & ideo etiam legem sub se contineri debet: cum genus contineat sub se omnes species l. si quid earum. §. interemptum. ff. de lega. 3. l. semper in generalibus. ff. de reg. iur.

Tertium, quòd non sit bona, quia non conuertitur cum suo definito, quod est maximum præceptum definitionis. Barto. in l. 1. §. dolum. per illum tex. ff. de dolo. Ias. super rub. C. qui admit. colum. 4. Intelligo quòd sufficiat, vt effectualiter conuertatur cum definito, vt voluit Socin. super rubri. ff. de condit. & demonstr. Et constare debet ex genere, & differentijs, vt per hoc appareat, quòd differt ab alijs speciebus contentis sub illo genere. Barto. in l. 1. ff. de testamen. Bald. in cap. contingit. ad fin. de do. & contum. D. meus Philip. Dec. super rubr. de probatio. colum. 4. versic. Ex quo infero, quòd in iure satis videtur esse definitionem constare ex genere, & differentijs &c. Hinc Plato in lib. Definitionum, definitionem vocauit rationem ex differentia, & genere compositam. sicut videmus in definitione hominis, quæ conuertitur cum homine, nec alij conuenit: quia cui non competit definitio, nec definitum. Barto. in l. si quis seruo in 2. notab. C. de furt. Felin. in cap. querelam, ante nume. 8. de iureiuran. Hoc enim est, quod quid dicatur conuerti cum alio, quod posito vno, ponatur aliud: remoto vno, & aliud remoueatur: Hæc autem non conuertitur, quia non conuenit omni constitutioni: Ita probat supra adductus text. in cap. lex. 2. distin. quia lex est constitutio, & tamen non conuenit ei definitio constitutionis. Non enim rectè dicemus, lex est, quod princeps statuit, quia sunt diuersæ partes iuris. §. const. Institu. de iu. nat. gen. l. ius autem ciuile. ff. de iusti. & iu.

Non

Non est recedendū a diffinitione præmissa, imò eā optimā affirmamus, vt ꝓbat ꝑ text. in alle. c. constō. 2. dist. vbi ꝙ ꝓstō est, quod tñ Rex, vel Imperator statuit, vnde cōgruē cum suo definito conuertet, vt ꝓbat ex illo tex. ponderando
4 dictionem, tñ, † quæ, & similes taxatiuæ sunt, cæteros casus excludentes & in alijs negantes. l. ob æs alienum tñ. & ibi gl. & Bar. C. de præd. mino. l. solutum. §. si in fortem. ff. de pign. actio. l. cum prætor. ff. de iudi. c. statutum. §. in nullo. de rescr. lib. 6. Item rectè assignatam definitionem probat text. in l. 1. ff. de constitu. & Insti. de iu. natu. gen. & ciui. §. sed & qd̃ principi. vbi ꝓstōnes tñ vocant, quas princeps statuit. §. sed & qd̃ principi. ꝙ autē vnū dicit, aliud excludit vulga. l. cū ꝓtor. ff. de iud. ergo cętera iura ꝓstōnes nō dicent, & iō rectè erit constitutio definita.

Primum argumentum in ꝯrium adductū soluit, cū. n. definitio sit, q̃ naturā, ac substantiā rei declarat. iuxta glo. in l. oīs definitio. ff. de reg. iur. dum inquit, quod definitio est oratio substantiam rei significans, necesse est, ꝙ explicitè, & apertè declaret naturam rei, quod in hac definitione ꝓtingit, & ad maiorē euidētiā ponit Rex, vel Impator, vt denoret supma ꝓditoris facultas, non. n. oībus licebat iura condere: quia hęc ptās tñ in principē translata fuerat, vt Insti. de iu. nat. gen. & ciui. §. sed & quod principi. vel vt breuius dicere possumus, inquit Abb. constitutio est, quod princeps statuit.

Secundum & tertium argumentum facilè soluuntur supposita Abb. distinctione quam hic sequit D. meus Phi. Dec. & alij. Cōstō hæc est, q̃ definit, quā princeps statuit. & de hac ꝓstōne loquit tex. in c. ꝓstō. 2. dist. tex. Insti. de iu. natu. gen. in §. sed & quod principi. & tex. in l. 1. ff. de constit. & ita definitio conuertitur cum suo definito.

Secundo modo ꝓstō sumit largè ꝑ ut ēt continet ea, quæ ab inferiorib. a principe statuunt: & hoc pacto plures leges cōstitutiones uocantur, in hac ampla significatione, ita ꝓbat tex. in c. ꝙsuetudo. in §. cum itaq;. vbi ius scriptum, ꝓstōnem vocat: certum est aūt ius scriptum ex plurib. partib. constare: & in hac ampla significatione lex dicitur constitutio, & ita procedit tex. in c. lex est. 2. dist.

Argumenta ēt ꝯria soluent si dicamus, quod hæc nō sit definitio oīum ꝓstōnum, sed solum earum, quæ ꝓprie cōstitutiones dicunt: largè aūt sumptum verbum cōstōnis habet se vt genus, strictè sumptum, vt species: neq; id in iure nouū
15 est quod idem se habeat, vt genus, & vt species, & eodē mō nuncupet: in adoptione perspicit, q̃ vt genus, & vt species accipit. l. 1. & 2. ff. de adoptio. Ita ēt ius ciuile videmus qñque latè sumi: qñque strictè, & ꝓpriè: strictè quidem cum ex lege, & senatusconsulto componit, & ita differt a iure prætorio. §. ius aūt. ff. de iusti. & iu. §. sed istæ. Insti. de actio. & non solum in diuersis partibus iuris ciuilis, sed & in eadem lege sæpè ea-
16 dem dictio † & ꝓpriè, & impropriè sumitur, vt in l. 2. ff. de offi. procon. vbi verbum, manumitti, quò ad seruos propriè refertur: filij enim emancipantur, serui manumittuntur, tñ ad vtrūque refertur, vt ibi glo. in ver. manumitti: & est text. in l. certi conditio. ff. si cer. pet.

Nunc videndum est de quibus nam constōnibus hic tractabit? Abb. primo, inquit, quòd de ꝓstōnibus largè sumptis hic tractat: & rectè quidem: loquit. n. Pontifex, ēt de ꝓstōnibus aliorum inferiorum patebit discurrēti singulos tex. huius tit. de ꝓsti. præsertim ex text. c. cum oēs. & ex c. cum M. Ferrarien. sic aūt largè sumpta definiet, cōstō est ius scriptū. Inquit 2. Abb. dici posse rub. de consti. ꝓpriè poni, quod tñ absurdum vr̃, cum. n. rubrica sit index eorum, quæ in nigro traduntur, vt inquiunt D. meus, & alij super rub. ff. si cer. pet. non est dicendum plura in nigro, quàm in rubrica contineri
17 † conformis enim debet esse rubrica nigro, & verba constōnis rubricæ correspondere debent: ad gl. in l. vni. C. ne licet in vna ea. cau. in ver. retractare ante medium, & rarò euenit, ꝙ plura in nigro, quàm in rubr. cōtineant, vt ꝑ gl. & Doct. super rub. de relig. & sum. fun. gl. in Auth. de ince. nup. in ver. illicitas. Alex. & alij in rub. ff. de offi. eius. At si constōnem largè sumamus, rubrum, & nigrum inter se conuenient.

Insuper cū ꝓstō pariter duplex sit ciuilis altera, altera ecclesiastica dist. 3. in prin. dubitari pōt de quib. ꝓstōnib. hic tractet? & breuiter Doct. hic cōcludūt, ꝙ de ꝓstōnib: ecclesiasticis, & ciuilib. tractari: licet de ciuilib. minus principaliter, put in c. ecclesia S. Mariæ, hoc tit. & iō dici posset, quòd de ꝓstōnib. ecclesiasticis tractet, ea. n. q̃ principaliter fiunt attendi debent, l. si quis nec causam. ff. si cer. peta. l. 1. in princip. ff. de aucto. tuto. l. nauis aduersa. ff. ad leg. Rod. de iactu. l. si. §. fructus autem. ff. de his quæ in frau. credito.

Ex q̃bus habetis primo, ꝙ dupl̃r sumit ꝓstō, & eius definitiones tradidi. constō. n. ꝓpriè est quā Princeps statuit. largè oē ius scriptū. Secūdo, ꝙ nō est nouū ī iure idē diuersimodè sumi, & vt genus, & vt speciē. Tertio habetis rub. nr̃am de cōsti. largè sumi. Quartò, ꝙ de ꝓstōnib. & ecclesiasticis, & ciuilibus, licet de ciuilib. minus principaliter hic tractet. In sequēti lectione tractādę erunt duæ qōnes, prima vñ dicat ꝓstō. Secunda an scriptura sit de essentia constitutionis?

Quærit Abb. vñ dicat ꝓstō? quod q̃sitū post discussam definitionē merito subnectit, rei. n. substantia tractata ad voca-
18 buli deriuationē deueniendū erat. Rñdet ipse, ꝙ dr̃ † a con, 1. simul, & statuitio, ex quo plures simul statuunt, & ꝓstōnē simul edūt: pro quo adducit tex. in l. humanū. C. de legib. vbi Impatores illius legis ꝓditores statuūt nouas leges a principe ex ꝓsilio ꝓcerū ferēdas fore. Pro quo ēt facit illud Tobiæ c. 4. Cōsiliū sem ꝑ, a, sapienti ꝑquiri. tex. in c. ne innitaris prudētiæ tuæ. hoc tit. & plura ad hoc adducit Rip. super hac rubr.
19 nu. 5. Hæc tñ † ethimologia subsistere nō vr̃, qa nō est resolutio noīs in ꝓprium significatū, ꝓut eē debet, vt ꝓbat in l. notionē. §. institorū. ī l. q̃bus pręcipua, in l. tugurij. in l. vt Alphenus, & in l. pupillus. §. territoriū. cū not. vbiq; ꝑ gl. ff. de verb. signi. in c. forus. eo. ti. Bar. in repet. l. oēs populi in 6. q. prin. ff. de iusti. & iur. versi. q̃ro vñ sumat ista ꝓpria significatio, idē Bar. in l. librorū. vers. secundo principaliter est videdū. ff. de ver. sign. & per Gofre. & Imo. ꝑ Rip. hic citatos. Etymologia est resolutio vocis in ꝓpriū effectū rei, q̃ demonstrat, ꝓut dixit Bal. in c. 1. §. si qs de manso. col. fi. de ꝓtro. inuesti. vel sic Ethimologia est explicatio vocabuli ꝑ alia magis nota: sic iurisconsulti dicūt testm̃ dictū, quasi testationem mētis. Mutuū quasi de meo fiat tuū. Furtū a furuo, i. nigro. Tutores, quasi tuitores, & defensores, Aeditui, quas ædes tueant. De ijs ꝑ Au. Gelliū Noctiū atticarū lib. 1. ꝑ Alcia. lib. Dispunct. 1. c. 10. Aduertēdū ad id, qd̃ dixit Valla Elegan. lib. 6. sępè fallacē eē ethimologiā ꝓm Iustinianū videat oīno Catel. Cotta Mino. in ver. Testm̃ secundū itē est, qd̃ nō minus hic cadere vr̃ allusio vocabuli, quā ethimologia, q̃ qdē allusio si nō sit diffinitioni ꝯria attēdēda est, & tunc valet argumentū ab allusione. ad nota. in l. 1. in prin. ff. de acqui. pos. & Instit. de testa. in prin. Cōgruere ēt hic vr̃ deriuatio, nō multū ab ethimologia differēs si. n. esset in ꝓpriū significatū sequeret ꝙ solus princeps legem condere non posset, cuius contrarium probatur in §. sed & quod principi. Insti. de iu. natu. vbi quod in solum principem legis condendæ potestas translata est. Ad idem tex. in l. fi. C. de legi.

Quod maximè in Papa dicēdum est, qui liberā habet potestatem legem condendi cle. 2. vt li. penden. c. 2. de præben. lib. 6. c. significasti. in fi. de elect. Et ꝙ Papa, vel Imperator possint ēt in eorum cubiculis, absq; alicuius cōsilio leges facere voluit Cy. in l. humanum. C. de legib. quod ēt sentire videntur Bar. & Bald. in l. fin. C. eo. idem tenuit Boni. de vita. in prooe. clem. §. hæc sane. nu. 36.

Insuper in indiuiduo adduci potest contra Abb. text. in l. 1. ff. de constitu. princi. vbi quod constitutiones appellantur, quas princeps facit. ad idem text. in cap. constitutio. 2. distin. vbi dictio, tātum, ponderari debet ibi Rex, vel Imperator tantum, quæ dicto est taxatiua, & aliorum exclusiua. l. ob æs alienum. & ibi glo. C. de præd. mino. non ergo simul cum alijs.

Secundo Abb. constitutionem dictam asserit ex quo sit communis statuitio, quia lex debeat esse communis omnibus, & non contra certas personas per tex. dist. 4. §. erit autē lex. ibi, Nullo priuato commodo, sed quòd communi ciuiū vtilitate & c. ex quo infert. Abb. ex mente Barto. in l. omnes populi, quod si constitutio fiat contra certam personam, vel generaliter in eius tamen odium dabitur appellatio. argu. l. 1. §. solet. ff. quan. appel. sit verum, vt inquit hic Barb. hæc est materia. cap. cum omnes, infra titu. nostro, ibi hæc materia videnda est.

Contra hanc secundam ethimologiam. Abb. adducit tex. per Dec. hic in §. sed quod principi. Insti. de iu. nat. ibi, ēt quę in personam alicuius constituta sunt costōnes vocant, non ergo cōstō erit tñ cōis statuitio. Addo tex. in l. 1. ff. de cōstit. princi. vbi eadem verba. Item arguit per tex. in l. fi. C. de legi. vbi snīa principis inter priuatos lex est: at lex est constitutio. c. lex est. 1. dist. ergo non est cōis statuitio. ex quib. cōstat hāc deriuationem insipidam videri. Nec ob. per Abb. adductus in c. erit aūt lex. dist. 4. vbi quod lex debet esse gñalis, seu cōis

quia tex.non dicit constōnem debere esse ꝓ cōi, vtilitate, cōstitutio.n.latè sumpta latius patet, quam lex, nam daṫ constitutio particularis,& gñalis,seu cōis, lex aūt cōis tm̄ esse debet ad supra adducta. Videndum nunc est an prima deriuatio, seu ethimologia sustineri possit? & illam vltra Abb.& alia supra adducta sic comprobo per text.in c.pudenda.24.q.1.vbi ethimologia verbi consecrari exponiṫ.1.simul sacrari, ita dicatur constitutio.1.simul statuitio.

20 Et in proprijs terminis † constitutionis Pontificiæ quod simul cum alijs, & de senatorum, seu Cardinalium consilio fieri soleat habemus pulchrum tex.in c.ad apostolicæ, ibi cū partib.nr̄is,& sancto concilio deliberatione habita diligenti. de re iud.lib.6.in extra.execrabilis vers.statuimus itaque, & de fratrum nostrorum ordinamus.Io.22.de pręb.in cle.vni. vers.idemq; Boni.de iureiur.& in extra. Ad conditorē.vers. de fratrum nostrorum consi.Io.22.de verb.signi.

Ad ꝯria supra adducta rn̄deri pōt primo ad primū, ꝙ licet solus princeps possit legem condere, conuenit tn̄ quod de cōsilio procerum id fiat.iuxta tex. in l.humanum. C.de legib. Hinc videmus in arduis,& magni ponderis summos Pontifices vti solitos illa causula, De fratrum nostrorum consilio. ad supra adducta.& ad tex.in alle.extra. Ad conditorē.vers. De fratrum nostrorum consilio.Io.22.de ver.signi.& extra. Quia quorundam.post prin.eiusdem Io.22.eo.tit.

Ad secundum rn̄deṫ, ꝙ licet constitutiones sint quas principes faciunt, non ideo tn̄ excluditur quin ex consilio procerum factæ constōnes dicantur, neq; id nouum videri debet
21 cum etiam † leges imperiales dicantur, etiam ab alijs conditæ q̄ ab ipso Imperatore per solam eiusdem comprobationem.l.1.C.de vete.iu.enucle.omnia enim merito nostra facimus.c.si apostolicæ.de præb.lib.6.

Nec ēt ob.dictio illa taxatiua, tm̄, in c.constitutio.dist.2. posita, quia non ex quo proceres consiliū adhibent ipsi legē condunt, sed solus princeps simul cum illes quantum ad cōsilium, ad s̄.adducta. Verū hæc pendent ab illa ardua qōne an solus Papa absq; Cardinalib.statuere,& suꝑ arduis disponere possit illam in altera lectione plenè tractabimus.

Non tn̄ omitto, ꝙ tenenda non erit illa ethimologia per Rip.hic data, ꝙ constitutio dicatur quasi considerata,& deliberata statu.tio, vel quasi constans statuitio, ꝓ ut etiam iustitia dr̄ constans,& perpetua ad text in l.iustitia.ff.de iusti. & iu. Addo quod constitutio dici possit bona, & valida statuitio pro ut in simili dicunt constitutum corpus.i.benè cōpositum, quod medici vocant benè cōplexionatū, vt per Gal.ī li. de optima ꝯpositiōe corꝑis c.1.& 2.qđ Gręci vocāt Ευκρατον.

22 Est nobis hodie grauissima qō terminanda † an solus princeps absq; senatorum, seu procerum consilio possit ēt in arduis liberè disponere, idq; in summo Pontifice, & Imperatore quærendum est, quod.n.ijs non licet, nec alijs inferioribus licebit.arg.tex.in c.si Paulus.32.q.5.c.cum in cunctis.vbi gl. magistra.in ver.multo fortius.de elect.& Exo.c.6. Ecce filij Israel non audiunt me,& qūo audiet Pharao? Et isti vocanṫ duo luminaria quib.vniuersus orbis fulget.c.solitæ.§.p̄terea nosse debueras quod fecit Deus duo magna luminaria. de maio.& obed.

Primo quòd Pontifici non liceat absque consilio Cardinalium in ijs, quæ ardua sunt ad libitum disponere, ꝓbare vr̄ tex.in c.per venerabilem, qui fil.sint legi. vbi Papa cōcludit fratres suos Cardinales esse illos, q̄ figurati erant a Deuteronomio Leuitici gn̄is coadiutores sibi in executione sacerdotalis officij.

Secundo, q̄a ita est de cōsuetudine q̄ vim legis obtinet c. cōsuetudo.1.dist.& ꝙ hęc sit cōsuetudo ꝓbant tex.in c.1.de scisma.li.6.ac in c.apostolicæ.de re iudi.li.6. vbi disponit de fratrū cōsilio.& extra.execrabilis Io.22.de p̄bē.§.statuimus itaq;. & de fratrum nostrorum consilio deliberamus.

Tertio hoc idē ꝓbaṫ, ꝙ nō liceat Imperatori ꝑ tex.ī l.humanū.C.de legib.vbi Imperatores in nouis iurib.statuendis cōsiliū senatorū, ac ꝓcerum requirendum mandant.

Quarto idem ꝓbatur in auth.habita.C.ne fil.pro pat. vbi Imperator Iustinianus.in l.condenda adhibet consilium ꝓcerum suorum ad idem tex.in l.1.C.de vete.iu.enucle.

Contraria verò opin.ēt ex plurib.comprobari pōt,& primo, quia summus Pontifex habet circa oīa liberam ptātem, ac potestas dr̄ libera ad cuius exercitium aliud non requiriṫ. & primum quod summus Pontifex habeat liberam ptātem probat tex.in cle.1.vt li.penden.& in c.2.de præb.lib.6.& in c.cuncta per mundum.9.quæst.3. secundum quod supposuimus, quod hn̄s liberā ptātē non teneaṫ alterius cōsiliū reqrere, imò alijs inuitis facere,& exeq̄ possit ꝓbant tex.in cap.1. post prin.ibi liberè pōt.& ibi Doct.ad hoc notant. ff.de reg. iur.lib.6.& Dec.in c.si pro debilitate de offi.de leg.gl. in cle. fi.in ver.liberè.de iu.patro.

Secundo cum ecclesia militans sit ad exemplum ecclesiæ triumphantis.ad tex.in c.fundamenta militantis ecclesiæ.de elect lib.6.conuenit vt ad similitudinem Dei, eius uices gerens hic omnia solus gerere, & statuere possit, quo argumēto vtitur Rip.super hac rub.nu.4.

Tertio, quia si de aliquorum consilio summus Pontifex statuere, vel disponere deberet, deberet inquā disponere de consilio suorū fratrū videlicet Cardinaliū, at Papa super eos sacerdos,& iudex existit.ꝑalle.c.ꝑ venerabilē.§.1 ōnib. q̄ fil. sint legiti.ergo solus absq; Cardinalibus disponere poteſt.

Quarto in Imꝑatore ꝓbaṫ cū q̄libet in re sua sit modera-
23 tor,& arbiter.l.in re mādata. C.manda. † & Imꝑator sit mūdi dn̄s.l.deprecatio. ff.ad leg.Rod.de iac.l.bene a Zenone.§. sed sancimus.C.de quadri.p̄scri.l.si duas.§.grammatici.ff.de excu.tuto.c.in apib.princeps unus.7.q.1.gl.in ver.transtulit. ad fi.in c.venerabilem.de elect.And.de Isern.in c.imperialē. §.insuper filius.nu.69.de ꝓhi.feu.alie.per Fede.& in c.1.nu. 48.de pace iura.firman.Cassen.in cata.Glor.mun.par.5.consid.28.Cagno.in proœ.ff.nu.28.idem in Papa, qui ēt est mūdi Dn̄s.22.dist.c.1.sequitur ergo, quod solus Imperator, seu Papa in oībus disponere pōt:nam vt inquit Bal.in c.1. col.1. qui feud.dare pos.habens plenam,& integram administrationem non tenetur alterius consilium requirere.

Quinto, quia id nulla lege cauetur, ꝙ Imperator, vel Papa teneatur alios consulere, vnde succedit vulgata regula, quod tex.non dicit nec nos dicere debemus.l.si verò. §.de viro.ff. sol.mat.l.vni.§.ad deficientis.C.de cadu.tollen.& dato ꝙ lege, vel cōstōne id caueṫ nō astringereṫ Papa, & Imꝑator.par.n.in parē nō habet imperiū.l.3.in fi.& l.nā magistratus.& ibi gl.in ver.imperio.ff.de arbit.l.ille.§.tēpestiuū. & ibi gl.in ver.imperiū.ff.ad Treb.c.innotuit.cir.medium.de electio.

Sexto & vlti.de Imꝑatore ꝓbaṫ, q̄a in eū solū legis cōdēdæ ptās trāslata extitit.l.1.ff.de cōsti.& §.sed & qđ principi. Instit.de iu.nat.& ꝑ hæc sex fundamenta adducta in hac posteriori opi.ꝙ Papa, & Imꝑator absq; aliquorū ꝯsilio statuere,& aliàs disponere possint res:iō,& hāc cōiter teneri affirmo.& cōiter attestanṫ And.Barb.ꝯs.1.nu.14.& seq.ac nu.19. & seq.li.j.& Cur.ī c.fi.de ꝯsue.fol.14.iuxta paruā impressio.
24 Quod.n.princeps † ꝯsilium petat, de ꝯsilio est, potius quā de præcepto,& potius de honestate, quam de necessitate.c. fundamenta.§.decet.de elect.lib.6.vbi quod decet Ro.Pontificem fratres suos cōsulere,& hoc tenet ēt gl.in ver. ꝯtingeret, vbi inq̄t ꝙ nō cōpelliṫ.Idē tenet gl.in c.ad apostolicæ. de re iud.li.6.& ī cl.vni.§.cęterū.ver.Ideq; Bonifa.de iu.iur.

Ad ꝯria rn̄deo,& primo ad primū, videlicet ad tex.ī c.ꝑ venerabilē.§.rōib.qđ tex.ille ꝓcedit de honestate, nō de necessitate, inquit enim ibi text.quod Pontifex supra Cardinales sacerdos, ac iudex existit.

Ad secundū rn̄deṫ, dū dr̄ de ꝯsuetudine Papā fratres suos consulere, quod vti lex ipsum non ligat, ita nec consuetudo: Verū est tn̄ qđ multi affirmant, Cardinales esse in quasi possessione, vt ardua nō expediantur per Papam absq; ipsorum consilio super quo diffuse discutit Barba. infinita adducens in tracta.Cardi.in 2.q.1.par.præsertim.nu.21.

Ad tertium de l.humanum.C.de legib.pariter rn̄deri pōt ex principio eiusdē legis id ꝓcedere, ex honestate, seu humanitate, vt dicit illa lex, & hinc patet errasse Barb.in hac rub. nostra, qui per illum text.& tex.in auth.habita.C.ne fil.pro pat.(qui similiter de honestate loquitur) concludit Imperatorem teneri proceres suos consulere.

Ad quartum per tex.in d.authen.habita.patet responsum ex proximè dictis, ꝙ procedat de honestate.

Sūt q̄ limitāt Papæ liberā ptātē in priuatione Cardinaliū, & canonizatione sanctorū, verū q̄a amplissima est Papæ potestas vltra ꝓgredi mihi licere nō vr̄.Hic.n.est sacerdos maximus:Hic maximus Pontifex:Hic successor principis Apostolorū:Gubernatu Noe:Patriarchatu Abraā: Authoritate Moses:Iudicatu Samuel:Potestate Petrus, cui dictum fuit: Quodcunque ligaueris, vel solueris super terram, erit ligatū, vel solutum in cęlis, c.solitæ.de maio.& obed.

Explicauimus illam arduam qōnem an Papa, vel Imperator absq; consilio procerum, seu senatorum possint legē condere,& ardua tractare, concludentes ꝓ opi.affirmatiua. Vide etiam

& q̄ refert Cotta in suis Memor.in verbo Papæ.sed p̄ter rōnes iam adductas vide ēt ipsis oculis maximā, & ineffabilē summi Pontificis authoritatē ac ptātem, de cuius ēt suprema potestate tractant Bal.in l.rescripta.col.2.& seq. C.de p̄ci.Impe.offe.vers.sed de D.Papa aliquid dicam.& And.Barba.in alleg.consi.1.col.20.lib.1.Nunc nō minor dubitatio se
25 offert. videlicet, an de essentia † legis, vel cōstitutionis sit scriptura.Abb.concludit pro negatiua.

Primo contra opi.Abb.ꝙ scriptura sit de essentia legis arguiṫ per tex.in l.imo.ff.de legib.vbi patet, ꝙ hæc p̄rogatiua, ꝙ non requiraṫ scriptura specialiter concediṫ consuetudini, & hoc ꝑꝑ diuturnā ꝓbationē:ergo rr̄ ad legis validitatē req̄reṫ scriptura arguēdo a spāli ad no.ī l.1.ff.de offi.ei᷒.cū vulg.

Secundo ꝑ tex.in c.duæ sunt.14.q.2.vbi quod lex publica fuit confirmata scriptis sanctorū patrū, hoc est ꝙ accepit robur ex scriptis eorū:illud aūt ꝓpriè confirmaṫ, quod ꝑ se nō subsistit:nō id qđ ex sui natura validū est, iuxta no.in l.& q̄a.ff.de iuris.om.iud.& in c.inter dilectos.j̄.de fi.instr.c.1.& toto tit.de confir.uti.vel inuti.Abb.in c.ea q̄.nu.3.de re iudi.
26 Arguendo † a causa finali, q̄ maximè in iure attendiṫ l.rē non nouam.C.de iudi.Bar.in l.1.ff.de ori.iur.Bal.in §.q̄bus. in 1.const.C.finis legis est, ꝙ subditi illā seruent.c.1.j̄.tit.nostro.& l.leges sacratissimæ.C.de legib. sed hunc finem vniuersaliter, aut nullo mō, aut difficillime lex cōsequereṫ si nō esset scripta.iuxta tex.in l.2.cir.mediū.ff.de ori.iur.vbi text. inquit, quòd leges 12.tabu.sunt redactæ in scripturā, vt facilius percipi possint, ergo scriptura erit de essentia legis.

Quarto arguiṫ ab exemplo veterū legū latarū in testō ue-
27 teri † primus.n.legislator Moises volens leges populo dare eas ab ipso Deo, Dei digito in tabulis lapideis scriptas recepit,& populo manifestauit, vt ꝓbaṫ Exo.c.31.versicu.Dedit quoq; Dn̄s Moisi cōpletis huiuscemodi sermonibus in mōte Synai duas tabulas testimonij lapideas scriptas digito Dei. & Deute.c.10.in prin.cūq; duas tabulas lapideas instar priōrū & c.de quo ēt in c.Moises.7.dist.si ergo primus legislator cuius actio nr̄a est instō, in scriptis legē ꝓmulgauit, idē & nos agere debebimus a sacra pagina instructi ad c.Deus.2.q.1.

Quinto in testō nouo idem habemus D.nostrū Iesum digito ī terra scripsisse legē ꝯstituētē criminosos a iudicio,& ab accusatione repellēdos eē Io.c.8.ibi Iesus aūt īclinās se deorsum digito scribebat, de quo ēt hēm᷒ tex.ī c.postulat᷒.3.q.7.

Sexto ꝓbaṫ ex origine iuris ciuilis, nā ius scriptū fuit ī 12. tabulis l.2.post prin.ff.de ori.iu.quod ēt de iure ciuili Roma-
28 norū,& de iure canonico obtinuit † oē.n.ius p̄ter cōsuetudinē in scriptis redactū fuit.§.ex nō scripto.Insti.de iu.nat.& 1. dist.c.2.cū seq.vnde cū oē ius excepta consuetudine dicatur scriptū, necesse est scripturā intercedere, ut nomē sit ꝯn̄s rei. iuxta tex.in §.sed aliud.Insti.de donat.& in l.a nullo.in fi.C. de ferijs & in c.corepiscopi.in fi.68.dist.

Septimo arguendo a simili ad tex.in l.illud.ff.ad leg. Aql.
29 & in l.Gallus.§.& q̄d si tm̄.ff.de lib.& posthu.sicut † sn̄ia diffinitiua requirit scripturam.toto tit.C.de senten.ex breui. re-cl.c.fi.de re iud.li.6. Ampliat Corn.cōsi.243.lib.4.& si iudex haberet in suis facultatib.ꝙ ꝓcederet sine strepitu, & figura iudicij, q̄a de iure canonico sn̄ia in scriptis ferenda sit ex mēte Bar.in extra.ad reprimen.in ver.figura.ergo & sn̄ia populi q̄ lex est.§.lex est. Insti.de iu.nat.imò multo magis arg.tex.ī auth.multo magis.C.de sac.eccle.lex ipsa req̄rat scripturam cū firmior debeat esse, ac certior lex.quā sn̄ia, q̄ nō hēt vim legis, nisi qn̄ lata est a Principe.l.fi.C.de legib.& a lege nō appellaṫ, secus a sn̄ia toto tit.ff.& C.de app.& extra eo.tit.

Octauo ꝙ necessaria sit scriptura ꝓbaṫ ꝑ tex.in l.humanū. C.de legib.qua caueṫ in nouis iurib.condendis eius legis formā esse seruādā, q̄ inter cętera requirit legē debere dictari,& sic scribi, ꝓut habemus tex.in l.1.2.& 3.C.de his q̄ sibi ascri. vbi dictante testatore eius dispositio,& voluntas scribitur, & annotatur:cum ergo lex dictari debeat, ergo & scribi.

Nono q̄a si scriptura nō esset necessaria in lege, nulla esset dr̄ia inter legē,& consuetudinē.§.ꝯstat.Insti.de iu.natu.cum alijs,& sic tm̄ esset vna species iuris, nō duæ:& frustra in iure tradita fuisset distinctio inter ius scriptū,& nō scriptū, seu legem,& consuetudinē & sic Iurecon.seu Imperator argueret de superfluitate, quod nullo mō dicendū est.ad tex.in l.si stipulatus. cū gl.in versi.verba.ff.de verb.oblig.glo.1.in l.1.ff. quod met.cau.vbi ꝙ nec sillaba non necessaria apponi debet Bal.super rub.C.de contrah.empt.q.9.
30 Decimo contra Abb.ponderari potest dictio † ex, in d.§. cōstat.Insti.de iu.natu.q̄ denotat cām immediatā.iuxta text. in l.ex hoc iure,& ibi no.ff.de iusti.& iu.& tex.in l.nō dubiū. C.de legib.& in l.eo tꝑe.§.fi.ff.de pecul.Cū ergo habeamus. in d.§.quod ius nostrum constat ex scripto, sequitur ꝙ immediatè ius nostrum habebit essentiam a scriptura.

XI. Arguo per tex. in l.inciuile.ff.de legib.q̄ ꝓhibet iudicari, nisi tota lege ꝑspecta, vt aūt ꝑspici possit in necessariam ꝯn̄tiam scriptura requiriṫ, publicè.n.lex patere debet.c.1.de postu.pręla.nec alias ꝑspici poterit, nisi sit scripta.Et illud ꝓpriè dr̄ scriptū, quod oculo corporali legi pōt, iuxta text.in l. 1.cir.prin.ff.de ijs, q̄ in testa.delen.Bar.in l.qui Romæ.§.duo fratres.in 4.q.ff.de ver.obli.Bal.in l.legē.in princ.C.loca.idē Bal.in l.2.col.vlt.uers.si aūt.C.de patri. qui fil.distrac. Fel.in c.translato.col.2.hoc tit.de cōsti.Catel.Cotta in suis memoria.in uer.statuto caueṫ.uer.Et illud dr̄ ꝓpriè scriptum.Si igitur tex.in d.l.inciuile vult, ꝙ tota lex perspiciaṫ ꝯn̄s, volens cēseṫ ēt velle antecedēs, sine quo antecedēte ꝯn̄s stare nō ꝑt, l.2.ff.de iuris.om.iud.c.p̄terea.de offi.dele.Bal.in l.cōuēticulam.col.4.circa med. C.de episco.& cler.

XII. Per tex.in c.consuetudo.§.cum itaq;.dist.1.vbi definiṫ constitutio, quę in scriptum est redacta, ergo scriptura est de essentia constitutionis, ergo ēt de essentia legis, q̄a lex cō-
31 stitutio scripta est.c.lex est.1.dist.in definitione † aūt ponunṫ ea q̄ de essentia sunt,& definitio est sermo indicans q̄d est eē ꝑ essentialia Aristo.7.Metaph.& l.1.ff.de dolo. l.oīs definitio.& ibi no.ff.de reg.iur.Rocc.Cur.suꝑ rub. de consuetud. col.3.vbi ꝙ continere debet substantiam,& quidditatem: & gn̄aliter dicimus ꝙ cui competit definitio, competit, & definitum,& ꝯ ut docet Philos.cir.prin.6.lib.Topico.Bald.in l.si quis seruo.in 2.not.C.de furt.Feli.in c.q̄relam.ante nu.8.de iureiur. Et dixit Bal.in l.maximum vitium.C.de libe.prete. ꝙ definitio essentiā, descriptio verò rei intelligētiā claudit, & hoc sensit gl.uni.uersus fi.ff.de legib.

XIII. & vlti.videamus in concessionibus, & gratijs apostolicis constitutum per regulam cancel.27.de non iudi.iux. for.sup.super qua latissimè scripsi, quòd a iudicibus tam Ro-
32 mæ, quàm extra eam non † debet iudicari iuxta formam supplicationum, sed literarum expeditarum, seu confectarū super eisdē impetrationibus,& cōcessionibus, q̄ constitutio pontificia continet decretū irritans.at supplicatio scripturā supponit: nō solū aūt requiriṫ illa prima scriptura supplicationis, q̄ matrix dici pōt, sed ēt scriptura vberior, & ab officiarijs ad id deputatis purgata, vt ad meliorē formā redacta, alio qui gratia non attendetur.idem dicamus in lege.

Hæc sunt q̄ ꝯ opi.Abb.magis vrgere videnṫ:ponunṫ perscribentes hic non nulla alia argumenta, q̄ tanquā debilia,& parū ad rem facientia omisi: sat mihi fuit p̄narrata in mediū adduxisse.alia verò q̄ ꝓ opi.ipsi᷒ Abb.fieri possent nūc deducere tp̄s nō patiṫ, ī sequēti illa afferā,& q̄d sētiā declarabo.

Vltra ea q̄.s̄.posui in disputatione in circulis iuxta morē
33 sic arguebā ꝯ opi.Abb.Materia † est de substantia,& essentia rei, scriptura est materia legis: ergo scriptura est de essentia
34 legis. Maiorē ꝓbo, q̄a † species sine materia esse non potest. l.adeo.§.cū q̄s.vbi verba expræssa.ff.de acqui.re.domi.Mi-
35 norē ꝓbo ꝙ † scriptura sit materia legis.per tex.in §.constat autem.Insti.de iu.na.gen.ibi, Aut ex scripto, ponderādo dictionē ex, q̄ ex ꝓptia significatione causam materialē, & immediatam significat.l.ex hoc iure vbi Bal.& alij.ff.de iust.& iu.l.1.§.ex incendio.& ibi Bar.ff.de incen.rui.naufra.

Secundo arguebam per tex.in c.lex est cōstitutio scripta. distin.1.In definitione ea poni debent, q̄ de essentia sunt.l.1. & ibi no.ff.de dolo Bart.in l.1.ff.de testa.sequiṫ ꝙ scriptura de qua in definitione legis sit de eius essentia,& quod sit definitio patet, quia habet definitionis partes: constat.n.ex genere & differentia:genus est ꝯstitutio, differentia uero, scri-
36 ta.Insuper pondero dictionem est † q̄ significat essentiam,& substantiā.l.His verbis Titius hæreditatis meę dn̄s esto.ff.de hære.insti.Bar.in l.si maritus §.legis Iuliæ.ff.de adul.qđ tāto magis ꝓcedit qn̄ ꝓferṫ a lege ꝑ text.iūcta gl.ī c.si cā.33.q.4. ibi, non.n.dixit nō est. Inquātū circa primū arg.negabaṫ dictionē, ex, in alle.ver.Aut ex scripto, in §.ꝯstat aūt denotare materiam vltra alias rn̄siones quas dabā, ponderabā ea, q̄ ibi subijciunṫ, dū diuidiṫ ius scriptū in plures partes, in plebiscita:senatuscon.principum placita & c.nam rōne materiæ res est diuisibilis, quia quanta:alioqui iuxta primam animi conceptionem punctus, & unitas non diuiduntur, quia non est in eis quantitas, nec materia:cum igiṫ diuidatur ius illud scriptum: igitur scripta erit materia, quæ diuiditur: si materia, igitur de essentia.

Ad id quod ꝯ secundum argumentum meum rndebatur, quod non esset definitio, sed descriptio, rndebam hoc dato, & non cõcesso, adhuc descriptionis effectum esse, rei naturã
37 declarare, & q̃ ẽt constare † debet ex gne, & dria. vt ẽt p Barba. hic in rub. nu. 89. ergo tangit essentiã: quia rescribi nõ põt nisi p accidentia ppria, q̃ fluunt a forma, & sic sunt de substã
38 tia: fama. n. dat † esse rei. l. stipulatio. §. opus. ff. de no. ope. nũ. l. Iulianus. §. sed & si. ff. ad exhi. l. si is qui quadringenta. §. sed si opus. ff. ad leg. Falci. c. si motum. uin. gl. 1. de consec. dist. 1. Philosoph. in 7. & 8. Metaph. Nec sine materia põt esse forma: non. n. potest esse albedo sine subiecto, & sic lex non põt esse sine scriptura, insuper lex dicitur ius scriptum vt dixi, de noiatio fit a potentiori l. cum q̃rit. ff. de sta. homi. & forma est dignius, & potentior, q̃ ut probaui dat esse rei, & sic denoiatio essentiam demonstrat, ergo scriptura est de essentia.

In præcedenti ꝯ opin. Abb. tria & decem argumenta adduximus ad probãdum scripturam esse de essentia legis: restat ut p sententia ipsius Abb. aliqua fundaméta afferamus, vt re ipsa discussa quid tenendum sit statuamus.

Primo igitur pro opinio. Abb. quòd scriptura non sit de substantia legis adducuntur iura per ipsum citata videlicet text. in cap. 1. de renun. lib. 6. vbi Bonifa. Papa VIII. constitutionem a Celestino V. factam, quòd summus Pontifex possit papatui renunciare firmam, ac validam censens, eam inter pontificias cõstõnes redigit, ne illa tpis cursu obliuioni mandaret: ex quo apparet scripturam non esse de essentia legis, quia d. constitutio Celestini ẽt non scripta valida erat, & scriptura addita fuit tm̃ ad vitandam obliuionem. Adducit idem Abb. tex. in §. sed quod principi. Insti. de iu. nat. gẽ. & ci ui. qui tex. dupliciter induci põt ad pbandum scripturã non eẽ de essentia legis, primo cũ dicat tex. qd principi placet legis habet vigorẽ: siue ergo hoc placitũ voce viua principis, siue p scripturã, siue p testes appareat legis vim obtinebit: non est ergo de eius essentia scriptura ad idem adduci potest, tex. in l. 1. ff. de const. prin.

Altero modo potest induci dictus tex. dum inquit legem esse quod princeps cognoscens, decreuit hoc est iudicauit, q̃ snia principis legis vim obtinet. l. fi. C. de legib. At snia principis ẽt absq; scriptura subsistit gl. in c. fi. de re iud. lib. 6. ergo de legis essentia non est scriptura.

Præterea Abb. ad idẽ adducit text. in §. cõstat Instit. de iu. nat. q tex. vr facere in ver. lex est, vbi dũ definitio legis ponit nulla fit mentio de scriptura: ea aũt q̃ de essentia sunt in definitione ponunt. l. 1. ff. de dolo. Bar. in l. 1. ff. de testa. vnde valebit argumentũ id nõ est positum in definitione quod dẽat intercedere scriptura, ergo nõ est de essentia; ita argumentũ Doct. in §. actionũ. Insti. de act. dum cõcludunt oẽs actiones pter numeratas in d. §. actionũ. esse stricti iuris, quia ibi inter actiones bonæ fidei non reperiuntur nominatæ.

Secundo ad pbandũ, q scriptura non sit de essentia legis adduco tex. in c. 1. de iureiu. li. 6. vbi summus Pontifex mandat nõ recipi platos, vel canonicos, nisi iurẽt statuta, & ꝯsuetudines ipsarũ ecclesiarũ scripta, & nõ scripta inuiolabiliter obseruare: statuta igit, seu cõstõnes siue scriptæ, siue nõ scriptæ valebunt: non ergo de earũ essentia est scriptura.

Hoc argumẽtũ Dec. hic subuertere conat, inq̃t. n. q verba illa nõ scripta in tex. in illo c. 1. apposita referunt ad cõsuetudines, sicut verba illa videlicet, scripta referunt ad statuta: ipse tm̃ Dec. nõ rectè aduertit ad tex. & eẽt falsa latinitas ꝯ tex. in l. Plautius. ff. de au. & arg. lega. & in c. ad audictiã. de rescr. Inq̃t. n. text. in d. c. 1. de iureiurã. & hæc sunt verba formalia tex. Nisi iurent statuta, & consuetudines ipsarum ecclesiarũ scripta, & non scripta inuiolabiliter obseruare, non. n. rectè dici põt consuetudines non scriptas, sed tene statuta scripta, & non scripta, argumentum ergo in suo robore remanebit.

Tertio ad idẽ, q scriptura nõ sit de essentia pbat ex tex. in c. si qs oẽm. 1. q. 7. cui⁹ verba sunt si qs oẽm traditionẽ ecclesiasticã scriptã, vel non scriptã violat anathema sit: ergo etiã traditio, seu cõstitutio ecclesiastica absq; scriptura valida est: ita afficit sicut scripta. Nam eadem pœna excommunicationis contra quemlibet illarum transgressorem infligitur.

Quarto Leuiti. c. 19. scriptũ erat Diliges amicũ tuũ sicut te ipsum Dns nr in testõ nouo Matth. 5. versus fi. inquit, Audistis quia dictũ est, Diliges amicum tuum, & odio habebis inimicum tuũ, ego aũt dico vobis diligite inimicos vestros. Quòd idẽ repetit Lucæ c. 6. inquiens sed vobis dico q audi tis diligite inimicos vros &c. ex quo patet, q leges dat viua voce, & absq; scriptura, & sic scriptura nõ est de eẽntia legis.

Plura alia fundaméta p Barba. Aret. Dec. & Rip. hic adducunt p hac opi. Abb. q̃ parũ vrgent: & certè vtraq; opi. via disputatiua facilè sustineri posset, nõ tm̃ cẽseo recedendũ cẽ ab opi. Abb. q̃ cõis est, & cõem affirmant idem Abb. in c. pastoralis. col. 2. circa med. de fi. instru. & Aret. hic col. 2. ac Feli. ẽt col. 2. vers. tangunt etiam hic.

Superest rndere ad oia argumenta per me in ꝯrium adducta q̃ oia tollunt si dicamus scripturam † conferre legi ad facilioré pbõnem. arg. tex. in l. ꝯhit. ff. de pign. vbi q scriptura nõ est de essentia ꝯctus, sed adhibet ad facilioré pbõnem, ad maiorẽ tm̃ euidentiam sigillatim argumentis rndebo.

Primo nõ ob. tex. in l. imo. §. de legib. quo iure arguẽdo a spãli cõcludebamus scripturã esse de substantia legis: nam ex illo tex. nõ cõcludit scripturã esse de essentia legis, sed potiꝰ q cõferat scriptura ad maiorẽ euidẽtiã legis. 2. rndet & melius pter cęteros retorquẽdo text. ac ꝯsiderãdo rõnẽ eius legis: rõ quare cõsuetudo nõ requirat scripturã, est, quia tacito cõsensu populi cẽset cõprobata, vt colligit ex d. l. imò. & in l. sed ea. ff. de legib. ergo p identitatem rõnis si legaliter quam per scripturam innotescet non valebit scriptura.

Ad secũdũ rndet, q licet lex publica fuerit scriptis sãctorum patrum confirmata, non iõ sequit q prius inualida esset, quia etiam quæ valida sunt ad maiorem cautelam cõfirmãtur. c. interdictis. de fi. instr. & toto tit. de cõfir. vti. vel inuti.

Ad tertium rndet verum esse cãm finalẽ legis eam esse vt ipsa lex seruet; at ẽt obseruari põt absq; scriptura, qa aliter põt innotescere. vel 2. rndeo q lex scribat, non tangere cãm finalem, quia de essentia legis est, vt sit de rebus, quæ frequẽter accidunt, vt prouenniat ab eo, qui ptãtem legis condendæ habet, vt sit honesta, & vtilis, toto tit. ff. & C. de legib.

Ad quartũ rndet dũ arguebã ex veteri testõ, quod oís instõ sacra est nra instõ, q nõ oia q̃ in eo dicunt sunt de præcepto, & necessariò sequẽda put p Docto. in c. ex parte. de rescrip. Præterea videmꝰ ẽt Deũ ipsum post creationẽ primorũ parentum illis verbo legem dedisse ne comederent de illo fructu put Genes. c. 1. lex illa non erat scripta: & tm̃ eiꝰ trãsgressores in pœnã inciderunt, quæ etiam ad nos est transmissa.

Ad quintum respondetur, quòd Dominus noster etiam viua voce leges plures tulit. d. c. 5. Matthęi.

Ad sextũ rndet quòd licet ius fuerit scriptũ in 12. tab. l. 2. ff. de ori. iu. nõ sequit ergo scribẽdũ ad eẽntiã legis: qa ad faciliorem pbationem. d. l. ꝯhitur. ff. de pigno.

Ad septimũ rndet, q nõ valet argumentũ snia iudicis requirit scripturã, ergo & lex: qa ideo scribit snia, ne iudex postea addere, vel detrahere aliqd possit. l. 2. C. de sẽt. ex breui. recit.

Ad octauũ rndet tex. in l. humanum. C. de legi. dicit dictãdam legem, non scribendam: ac diuersa sunt scribere, & dictare. l. 1. 2. & 3. C. de his qui sibi ascribunt.

Ad nonũ rndet negãdo, q nõ eẽt dria iter ius scriptũ, & nõ scriptũ: differũt. n. nã iter cętera ꝯsuetudo ex tacito ꝯsensu, lex ex expsso ꝯsẽsu fluit. §. lex ẽ. & §. ex nõ scripto. de iu. nat.

Ad decimum respõdetur, q nõ semper dictio, ex, denotat causam immediatam. Docto. in l. 1. §. ex incendio. ff. de incẽ. rui. naufr. Ias. & Dec. post alios ĩ l. ex hoc iure. ff. de iust. & iu.

Ad vndecimũ rndet, quòd tex. in l. in ciuile pbat inciuile esse rndere de iure, nisi tota lege cõsiderata, & verbum perspicere tum ibi quã alijs in locis de quibus supra posuimus, etiam refertur ad oculum intellectus, iuxta text. in l. ipse dispice. C. de eden. sic apud M. Tullium lib. 1. episto. ad Lentu. Perspiciebant enim in Hortensij sententiam multis partibus plures ituros. & apud eundem pro lege Manilia. Multa prætereo consultò, sed ea vos coniectura perspicitis, ac apud Cæsarem lib. 2. Belli Galli. Qua de causa discederet nõ dum perspexerat.

Ad XII. respondetur ad c. consuetudo. §. cum itaque. 1. distin. quòd ibi non deffinitur lex, sed ponitur id, quod frequentius fieri solet, quòd lex scribatur vt vulga. l. nam ad ea. ff. de legib.

Ad XIII. & vltimum respondetur non valere argumentum de regulis cancellariæ ad leges, tum quia diuersæ satis sunt, ac temporariæ, imò etiam non potest argui de vna regula ad aliam, quia exorbitant a iure communi, & non sunt iura communia, sed specialia, ut per Cassa. dec. 33. col. 4. super regulis cancel. quod etiam super illis regu. pluribus in locis probauimus. Imò verior, & communior opin. est, q gratia apostolica etiam absque scriptura perfecta est. De quibus tractandum erit in sequenti, & etiam de alijs quæ Docto. hic inferunt ad nonnullas vtiles quæstiones.

Firmata

Firmata fuit conclusio ex mente Abb. ac communi Doctorum sententia, quòd scriptura non sit de essentia legis, sed potius ad faciliorẽ probationem, hinc sumpta occasione q̃runt Docto. quid dicendum sit in gratia Papæ? inferunt etiã ad multas alias quæstiones, quarum non nullas principaliores, & magis vtiles discutiemus, Nũc attingemus illam quę-
40 stionem, an scriptura requiratur in gratia † Papæ? Dum autem hoc quærimus duo tractanda venirent: primum erit an scriptura sit de essentia gratiæ Papæ: secundum an dato, q scriptura non sit de essentia gratiæ sit tamen necessaria ad eius probationem.

Primũ q scriptura non sit de essentia gratiæ Papæ tenent communiter Docto. hic, affirmantes etiam hanc esse praxim Ro. Cu. pro ut etiam per Hiero. Gig. in tracta. pensio. q. 34. per Rip. respon. 20. lib. 1. Dec. in c. relatum. col. 2. de offic. deleg. & ante ipsos idem voluerũt Archid. & alij in proę. lib. 6. in fi. vers. In hac altercatione. Bal. in l. falsus. col. 4. vers. priuilegia etiam. C. de furt. & Docto. in anti. decis. 883.

Ratio est quia † gratia solo verbo perficitur, perfectum au
41 tem est quod ex omnibus partibus constat, & cui nihil deest, prout per Philoso. in 5. Metaph. & l. 1. ff. de orig. iur. l. si is qui quadringẽta. §. quædã. ff. ad leg. falci. c. nihil cõtra. 5. q. 1.

Hinc inferunt Docto. quòd † Papa solo verbo creat Epi-
42 scopos, & Abbates, & Docto. Ange. in l. cum salutatus. C. de sentẽ. pas. Bal. in l. humanũ. in fi. C. de legib. Verum ne in tenebris ambulemus sciendum est, q talis episcopus absq; literis apostolicis expeditis nõ admitteret ad possessionẽ suæ ecclesiæ, ad quã pmotꝰ fuit, nec posset administrare añ lras expeditas & talẽ recipientes in pęnas incurrunt, prout statutum fuit in extra. Iniunctæ Boni. Papæ. VIII. sub tit. de elect. inter commu. quæ est in uiridi obseruantia, & quæ confirmata, & innouata fuit per Alexan. VI. Pium II. Innoc. VIII. &
43 alios summos Pontifices. Vtq; domini mei sciant † modum prouisionum cathedralium diuersum inquam a prouisionibus beneficiorum illis declaro, & ante oculos pono praxim Romanã super ijs ecclesijs cathedralibus, siue enim ecclesia vacet per obitum, siue per resignationem, vel priuationem, seu alio modo proponitur in concistorio secreto. per aliquẽ
44 Cardinalem, † qui postea cedulam signat, quæ incipere solet Hodie ad relationem nostram sanctiss. D. N. de cathedrali ecclesia Pisana & c. fit etiam contra cedula per Vice cãcellerium, quæ similiter incipit Hodie ad relationem Reuerend. D. mei Cardinalis. Medices & c. sanctiss. D. N. de ecclesia cathedrali Pisana prouidit Reuerend. Petro Iacobo Borbono de Monte & c. & contra cedula consueuit esse breuior prædicta cedula, super qua contra cedula postea literæ expediuntur quæ autem præcedere debeant propositionem huiusmodi concistorialem, & de qualitatibus præficiendi habemus nouissimi in conci. Triden. cap. 1. decreti Reforma. sessio. XXIIII.

Hinc etiam Docto. hic inferunt, quòd adeò perfecta est gratia solo verbo facta absque alia scriptura, vt si contingat impetrantem beneficium, mori ante confectas literas, tale beneficium per eius obitum vacet: ad quod addunt Rip. Archid. in c. si elect. de elect. lib. 6. Ioan. And. in proœ. 6. & Ro. supra adductam 883. in anti.

Verum aduertendum est ad duo, primum sit, si quis † beneficium obtinuerit solo verbo, & decedat: Alterum si supplicatione signata super gratia sibi facta moriatur: Quo casu Aegid. Bellam. Dec. Rotæ. 69. ac Dec. 644. incipien. si Papa tenuit, quòd si prouisus ante literas confectas cum sola supplicatione moreretur: aut matrimoniũ contraheret: seu religionem profiteretur, nihil per eius obitum, matrimonium, vel professionem vacaret contrarium tenendum esset, & in hoc secundo casu procedunt quæ Rot. 883. & Doc. in Proę. 6. dicunt: In primo vero dubia satis redderetur quæstio: & in vtroq; casu magis dubia, si non probaretur, quòd ille cui absenti (pro vt cõmuniter accidit) de beneficio prouisum fuit, gratiam ratam, & gratam habuisset. per tex. in cap. si tibi absenti. versi. licet per collationem huiusmodi donec eam ratam habueris, ius in ipso beneficio vt tuum dici valeat non acquiras, & sic ante consensum, seu ratihabitionem ille prouisus decedens nihil habebat, vnde ex eius persona beneficium non poterit diu vacare. d. cap. si tibi absenti Dec. consi. 226. Cur. iun. consi. 12. lap. alleg. 89. nu. 6. vbi alios ad idem cito in mea addi. Ex proxime dictis infero ad praxim beneficiariam tam Romæ, quàm vbique locorum, quòd inuenta fuit clausula, quę in articulis, (seu vt hic frequentius vocant) capitulis, ponitur, in quibus dicitur quòd Meuius a sede Apostolica, seu ab Archiepiscopo Pisano prouisus de tali
46 beneficio † gratiam illam sciuit, & scit, ac ratam & gratam habuit, & habet. Et hoc supponunt Dec. Rotæ pręcdicta 883. in anti. & Doct. super proę. lib. 6.

Eadem clausula, quòd sciuit, & scit vtimur etiam in articulis circa priuilegia concessa supposita communi Doct. cõclusione, quòd priuilegium non quæratur alicui, nisi a die scientiæ, non autem a tempore concesionis. ad tex. in l. vlt. ibi illicò ab imperialibus codicillis præstitis. iun. glo. 1. quæ exponit, præsentatis sibi. C. de consulib. lib. 16. & per Doct. in cap. 1. de concess. præben. lib. 6. & per alios, quos refert Ias. hanc communem affirmans in l. beneficium. num. 46. & seq. ff. de consti. prin. vos scire volo, quòd licet priuilegium personæ priuatę concessum non quęratur illi ante scientiam, secus tamen dicendum sit quando datur ratione officij, quia acceptando illud, acceptare videtur cum omnibus oneribus, & honoribus in genere. ita distinxit Rota Romana, prout videre est Deci. Putei 21. incipien. septima Maij 1543. lib. 2. vbi etiam decisum fuisse scribitur, priuilegia data Referẽdarijs Pontificis, seu Ro. Cu. competere eis etiam quòd ea ignorent, & sic sciẽtiam illorum. Rursus sciatis bullam prothonotariatus, etiam motu proprio, & in personam absentis licet non constet illum ratum habuisse, probare prothonotariatum. est in specie Dec. Crescen. 15. lib. 1. incipiens Bulla prothon. ad quod adducuntur Docto. in l. cum seruus. ff. de verb. oblig. vt in intelligatis suppono vobis, q ibi conclusionem firmant vbi factum, requirit sumptum factum ab eo præsumi, qui suis expẽsis facere tenebatur, in expeditione autem prothonotariatus expensa requiritur vt ostendo super signat. Grat. dum de prothonotariatu tracto, ergo &c. Illam regulam, quam passim tenet Rota non præsumi in dubio ratificationem, seu quòd quis gratiam ratam, & gratam habuerit si interuenerit modica expensa, puta faciendo expediri supplicationem, illamque redimendo ad Cõc. Car. 20. colum. 1. & Gemini. consi. 33. ac per Sarnen. super reg. de Anna. q. 32. vtiliter limito, nisi in contrarium adsunt coniecturę, vt decisum fuit in Rota Romana prout Deci. Mohed. 350. incipien. An in dubio pręsumatur ratam fuisse habitam commendam. Quærebatur an commenda parochialis Salamantin. de palatios Ruuios in fauorem episcopi censeretur per ipsum habita rata, cõclusum fuit pro affirmatiua per omnes, primo quia commenda facta episcopo fuit plurium beneficiorũ, & magni valoris, quæ Papa non consueuit concedere sine precibus, & magna instantia: vnde arguendo ab vsu patris familias. ad l. vel vniuersorum. ff. de pigno. actio. l. qui semissis. §. vlt. ff. de vsu. l. hæredes palam. §. sed & si notum. ff. de test. Ita dicendum est in casu nostro. secundo considerandum fuit, quòd ille episcopus tempore commendæ reperiebatur in arces. Angeli vbi aderat Cle. 7. qui beneficia eidẽ commendauit. Tertio ponderabatur eundem episcopũ fuisse acceptissimum dicto Clem. summo Pontifici. Et quia commenda erat in fauorem episcopi præsumi illum certiorem factum. Cessionarij comparitio pro suo interesse ac pte-
47 statio quòd nihil fiat in causa, nisi ipso citato an operentur acceptationem seu ratihabitionem discussum fuit in Rota Romana in causa Hispalen. Archi. put. Dec. Mohed. 211. incipien. in eadem causa Hispalen. Inferunt etiam hic Felyn. Deci. & Rip. quòd si Papa moriatur concessa gratia ante expeditionem literarum gratia non expediret, quòd debeant tamen literæ successionis facere mentionem de dispositione prædecessionis. ad ea quæ tradit Bal. in l. humanum. in fi. C. de legib. & adducunt quandam regulam cancellariæ, q rationi congruit. Qui non est versatus in Cu. Ro. ex dictis Doct. hic nullum fructum percipiet, nec quid velit, assequetur: Ideo dominis meis declaro † Regulam cancellariæ, quã hic Felyn. & recentiores citant quæ est, 8. in ordine quæ vulgo dicitur, rationi congruit, non quia regula sic incipiat, sed literę quę in illius vim expediuntur, puta si quis habuerit gratiam a fe. re. Pio. V. & non expediuerit literas Papa illo, qui gratiam concesit viuente, nunc expedire poterit sub hac forma. videlicet Gregorius episcopꝰ seruus seruorũ Dei Dilecto filio. N. Rationi congruit, & conuenit honestati vt ea quæ de Ro. Pont. gratiam processerunt, licet eius superueniente obitu litteræ apostolicæ super illis confectæ non fuerint, suum cõsequantur effectum: Dudum si quidem fe. re. Pius V. prædecessor noster volens tibi & c. Verba autem regulæ sunt Item voluit idem D. N. Papa, quòd concessa per

sa per Pium prædecessorem suum, & de eius mandato expediantur in forma rationi congruit sub die coronationis suæ vt moris est Ideo autem dicitur ratione congruit, quia
48 rationabile est, vt† successor perficiat gratiam, quæ casu fuit impedita perfici. Rot.in anti.295.incipit nota quòd vbi cōmittitur. Bisigne.10.in antiquis. de rescrip.ac Bellam.329. in causa & c.simile huic regulæ cancellariæ habemus in lex. cap.literis.de rescrip.vbi Papa successor dat literas, faciendo mentionem de concessione facta a prędecessore, nil noui cōcedendo, vel disponendo & dixit Ioan.And.in c.cum sunt partium.col.3. versi. quinto ad hanc partem inducuntur.de reg.iur.lib.6.quod gratia attribuitur Papæ inchoāti, non autem successori perficienti. Quod successor factum prædecessoris implere debeat tractabo in c.1.de proba.num.8. & seq. Et concessio, seu donatio principis liget successorem voluerunt Bar.& alij in l.si mihi,& Titio.§.fi.ff.de leg.1.Bal.in c.1. de natu.feu.in l.mortuo.ff.de iudi.& in l.2.C.quæ senten.rescin.non pos.Alberi.in l.digna vox.C.de legib. Alexā.consi. 215.lib.2.Afflic.decis.392.quæ regula procedit tam in vniuersalibus, quàm in particularibus, vt per Tiraq.de vt.retra. lib.1.§.32.glo.1.nu.25.

Ex ijs quæ diximus intelligēt Domini mei quid senserint Docto.hic allegando regulam cancellariæ rationi congruit: qui autem videre amplius voluerit dubia quę circa illam regulam cancel.contingere possunt eos reicio ad commentarios meos regularum huiusmodi, qui apud manus omnium sunt,& etiam scripsimus super dicta 8.Regula.& per hęc sit expedita quæstio, ꝙ scriptura non sit de essentia gratiæ Papæ, quæ quidem communiter tenetur per supra citatos. Videbimus an scriptura sit necessaria ad gratiæ probationem, & consequenter loquemur de alia reg. cancel.27. in ordine iuxta modernum stilum, cuius titulus est de non iudicando iuxta formam supplicę.

Conclusimus scripturam non esse de substantia gratiæ. Verum dum tractauimus illam conclusionem incidentem, seu illationem, quam faciebāt Feli.Dec.& Rip.ꝙ si Papa moriatur concessa gratia ante expeditionem literarum gratia non expiraret, vidi postea Aug.Bezo.uirum alioqui doctū, qui tamen in terminis errare videtur, ideo mihi visum est id aduertere, ne quis in eundem errorem incidat. Ponens.n. & ipse eandem illationem inquit: infert enim, quòd si ante litterarum expeditionem, & datam Papa moreretur & c.error inquam est manifestus quia data ponitur sub die factæ
49 gratiæ, cuius † datæ tempus attenditur.c.eam te.§.nullatenꝰ ibi, si datam litterarum diligentius attendisses.de rescrip. c.si eo tempore.eo.lib.6.Mil.in repet.in uer.gratia impetrata su per beneficio: & quomodo data apponatur, & attendatur declaro in voce.

Superest videre an scriptura sit necessaria ad gratię Pontificiæ probationem: & licet videatur pro opin.negatiua cōcludendum, pro ut resolutum fuit ad probationem legis non est necessaria in scripturam, tamen aliqui contrarium tenent infra citandi: & quia per regulam cancellarię Apostolicæ sub num.27.iuxta ordinem modernum, sub titu.de non iud. iux.for.suppli.disponitur, per iudices tam in Cu. Ro. quàm extra eam non debere iudicari iuxta formam supplicationum, sed iuxta literarum expeditarum tenorem, aliter pręsens quæstio decidenda venit, vt dicamus gratiam Papæ omnino scripturam ad eius probationem requirere, & hoc ex tenore, & dispositione præfatæ regulæ cancellariæ. Antequam ad declarationem dictæ regulæ cancellariæ deueniā sciendum est, ꝙ etiam gratia, seu concessio imperialis non ꝑ ut est in fieri, sed pro ut est in esse producta, ut probari posset, requirebatur certa forma, & scriptura eo modo quo cauetur in l.sacri affatus.C.de diuer. rescri. in l.bene a Zenone.§.quæ omnia.C.de quadri.præscr.Bal.in l.humanum.cir.
50 fi.C.de legib.Fel.in c.eam te.col.3.de rescr.vbi volunt † gratiam Papæ literarum expeditionem requirere, vt de illa constare possit,& dixit Aegidius Bellame.consi.34. col.3. uersi. & puto quod de iure communi gratia sub quadam conditione si literæ expediantur concedi videtur. & per expeditionem forma,& perfectio gratię datur, ut habemus in Dec. Rotæ 27.sub titu.de rescri.in no.& in Dec.eiusdem Bellam. 746.& ratio huius opin.ꝙ ad essentiam gratiæ non requiratur scriptura, tamen quo ad probationem necessaria sit, illa adduci potest, quam considerat idem Aegid.Bellame.decis. 609.incipien.impetrans quia sola supplicatio ex eo concludenter non probat ius alicui competere, qaia fortè qñ literę expediri postea debebūt cācellariæ officiarij clausulas supplicationis aľr extēdēt, vel restringēt,& forte sup tali supplicatione literas nō dabūt, multotics.n.plures clausulę in supplicationib.ꝯcedunt, q̄ postea in literis, vel denegant, vel limitātur, vel alterant, vt stilus Ro.Cu.& cancellariæ docet. Ideo antequā literæ expediantur supplicatio non vr̄ certitudinē continere, & propterea gratia cum sola signatura informis per Rotam appellari solet, vt patet in Deci.19. de concess. præben. Ad tollendum disputationes Docto.& opinionum
51 contrarietates emanauit dicta regula cancel. † de non iudi. iux.for.scrip.sed literarum expeditarum.& sic habemus casum legis vnde amplius disputationi alicui desuper locus esse non porerit.per tex.in l.ancillæ vbi Bal.& alij.C.de furt.l. illam.C.de collatio.Deci.consi.452.visa.col.fi.ante nu.25. & consi.484.num.1.vbi ampliat etiam ad statuta ac consi. 685.incipien.statuto.in princ.

Redeo ad ipsam regulam cancel.de non iudi.iux.for.sup. quam licet aliqui minus prudentes hic,& alibi falso asserunt emanasti primò & principaliter ꝑ pecuniis acquirendis officiarijs Ro.Cu.ad alium effectum factam fuisse probatur ex illius procemio, quod finalem causam constitutionis osten-
52 dit † & ab illo arguere licet.l.fi.& ibi Bar.num.5.ff.de hære. insti.Bal.in l.cum hi.cir.prin.ff.de transac.& in l.1.in prin.ff. ad Macedo.D.meus Phi.Deci.cons.379.num.5.& 388.ante num.3.procemium autem est cumante confectionem literarum gratia apostolica sit informis, ideo statuit &c.& ꝙ
53 supplicatio dicatur informis,& quod† gratia apostolica per testes probari non possit ostendi supra: & hoc etiam voluerūt Cardi.in proœ.clemen.in versi.sane in fi.& Fely.in c.ex diligenti.in fi.de simo.Idem affirmant Oldr.consi.324.num. 5.Bal.in c.1.colum.2.per quos fiat inuesti.& Rot.458.num. 5.versic.sed quia gratia facta per principem ante confectas literas est quædam res informis,& imperfecta in no.& quod gratia principis scripturam exigat vltra supra citatis voluerunt Afflict.Deci.Neapol.243.num.4.ac Bar.Cassen.consi. 10.num.22.

Firmata conclusione, quòd gratia Papæ per literas apostolicas probanda sit, non autem per solam supplicationem, seu per testes, Feli.super hac rub.melius cæteris hanc materiam tractans, limitat hanc conclusionem tribus modis, pri-
54 mo quando sumus in probanda † qualitate gratiæ, ꝙ tunc per testes, supple tu, & per solam supplicationem probatio fieri possit vltra tex.in c.auditis.& ibi Ant.de But.& Abb.in 2.not.de in inte. resti.& glo.in c.duobus. in versi.si non appareat. de rescrip.lib.6.vbi tempus concessæ gratiæ ita probari potest per testes, seu aliàs, sicut per litteras, per Fely.adductis.addo Rot.332.licèt Romana.in prin.in no.vbi quòd licet gratia apostolica probanda sit per litteras, tamen certa scientia Papæ probari potest per testes.Idem voluit Bellam. Deci.746.quæ incipit licèt obseruet.post prin.Deci.Neapo. Afflit.253.num.8.& hæc est communis opin.pro vt testatur Hic.Boe.in tracta.de poste.lega.a late.in prima q.ante num. 79.uersi.& ista est communis.

Addo ad statutum prohibēs debitum aliter probari quā
55 per instrumentum, quod intelligendum sit immediatè, † circumstantiæ autem, puta damna & interesse bene per testes probari poterunt pro vt voluit Bald.in l.certi.condictio.§. quoniam.num.4.cum quo transit Pau.Castren.nu.7.Alex. num.3.& 5.ac Ias.num.10.& communiter scriben.ff.si cert. peta.Idem uoluerunt Ang.cons.200.in ciuitate Lucana.nu. 5.uersic.præterea prout dixi, ubi statutum huiusmodi dicit procedere circa factum principale cohęrentia uero, & reliqua factum liquidantia uult taliter quam per instrumentum probari posse.idem concludit D.meus Phi.Deci.hanc communē affirmans consi.137.& diligenter num.4.pro præmissis uidere poteritis Cassa. decis.20.incipien.quotidiana est num.2.de prob.

56 Secunda limitatio Felin.est † quando sumus in foro conscientiæ, quia tunc quis vti poterit gratia concessa per Papam, licet non habeat literas, allegat Abb.in clē.dudum.ad fi.de sepult.per illum text.contrarium tenuit glossator antiquus regulę cancel.de non iudi.iux.for.sup.volens eum cui
57 pensio reseruata fuit non posse cum sola supplicatione† pensionem exigere, & idem etiam voluit Hycro.Rau.antiquus cancellariæ apostolicæ corrector in lib. nuncupato prouinciale.fol.34.loquens in foro poli, seu in casu conscientiæ, qui liber in Cu.Ro.ab omnibus comprobatur, subdens quod salua conscientia non possit quis recipere, aut soluere pensionem

sionem super aliquo beneficio ecclesiastico assignatam nisi literis expeditis, cum consensus partis non possit operari vltra consensum principis, qui vult saltem tacitè vt ad perfectionem gratiæ literæ expediantur, & opi.Hyero.Rau.licet ad alium effectum sequitur Sarnen.in 9.quæst.dictæ Regulę de Non iudi.nu.3.per clausulas supplicationum & per obligationes in consensibus præstandis, cautelis locus esse poterit, quas hic non insero.

58 Tertia limi.per Fely.datur † quando agitur de probando tenore gratiæ, cuius literæ sunt deperditæ, quia ꝓbata amissione, probatur tenor per testes.ad Bart.in l.sicut iniquum. C.de fid.instru.verum quia hæc limitatio per moderniores etiam hic traditur, & imperfectè quidem mea sententia,& plures dictiones pro illius terminatione requiruntur, ideo illam, quæ magni ponderis est declarandum reseruo.

Declarauimus conclusionem illam, & probauimus veram esse, probationem gratiæ Pontificiæ per literas, non autem per solam supplicationē, nec per testes: retulimus duas limitationes hic per Fely.& alios datas, easq; plenè discussimus,& ampliauimus restabat tertia limi.quæ erat ꝙ quando agitur de probando tenore gratiæ deperditæ, probata amissione, tenor gratiæ per testes probari possit. Hæc limi.seu conclusio absque distinctione inextricabilis, & obscura nimis apparebit, & quia est magni effectus, & contrarietates
59 plures colliguntur, ad distinctionem deueniemus: † distinctione enim contrarietas remouetur, & tollitur ad.l.inter stipulantem.ff.de verb.oblig.l.pupillus.vbi distinguimus an per gratificationem &c.ff.quæ in frau.credi.per Barto.in 1. consti.C.nu.13.versi.No.quòd contrarietas.Cur.Iun.cons. 145.incipien.contra ea num.4.& 6.& amplectendo omnia membra, quæ circa hæc considerari possent sic distinguo.

Aut supplicatio porrecta sufficienter signata antequam sit registrata deperdita est, & tunc probatio quòd gratia sit concessa, etiam deperdita, non plus operabitur, quam si supplicatio ipsa produceretur, verum quia supplicatio fidem non faceret, nec etiam ista probatio supplicationis concessę, seu gratię factæ illiusque tenoris, quæ quidem subrogata esset in locum probationis faciendæ per supplicationem: dici
60 enim, & iudicari debet de subrogato idem, quòd † de eo in cuius locum subrogatum est in quacunque materia tam fauorabili, quam exorbitandi.ad.l.is qui in potestate.§.1.ff.de bono.possess.con.tabu.l.libertum.ff.de ritu nuptia.vbi sicut tutor prohibetur pupillam in vxorem ducere, ita & hæres tutoris, etiam extraneus, qui subrogatur in locum prohibiti.l.hæreditatis appellatione.2.ff.de verb.signifi.Ias.in l.1.§. bonorum num.5.& sequen.in 2.lectu.ff.ad Trebel.& est tex. in l.si cum.§.qui iniuriarum.ff.si quis cautio.& hanc regulam firmat Alex.consi.193.colum.3.lib.2.Ampliamus hanc regulam procedere siue simus in subrogatione hominis, siue legis: In subrogatione legis concludunt Bald. in l.1.§.sed si cum.C.de rei vxo.actio.Bar.in l.1.§.fi.colum.2.in 2.casu. ff.si quis testa.lib. esse iussus fue. Henri.Boic.in c.ecclesia. colum.1.& 2. vt lit.penden.Soc.consi.268.columfi. In subrogatione vero hominis quando concurrit eadem æquitas concludunt ijdem Henricus Boic. & Soc. in locis supra citatis.sequitur iuxta primum membrum huiusmodi, quòd probatio per testes releuans non esset: cautela dari posset ne quis tali gratia obtenta frustretur, vt facta fide Datario, vel alijs, aliam supplicationem signandam porrigeret, in qua posset apponi eadem data, quæ erat in prima supplicatione signata iam deperdita si de supplicationis substantia, & de data fides fieret: vel Datarius memoria retineret, & super tali supplicatione denuo signata, & data litteræ expedirentur, iuxta formam quarum postea iudicaretur.

Aut supplicatio deperdita asseritur post quam registrata fuit,& tunc ad effectum literas expediendi sumi potest sumptum a regesto supplicationum, quod ad istum effectum dabitur apertum, alias verò capud Rotam, seu alios iudices producendum dabitur, seu sumi debebit clausum, sed vtroque casu quibusdam cum subscriptionibus officiariorum, ac sigillo munitum,& hic est stilus Rom.Cu.& cancellariæ Apostolicæ, qui omnino seruandus est.c.quam graui.de crimi.falsi.c.porrecta: ibi, cum igitur a cancellaria nostra huiusmodi literas emanasse non credamus.de confir.vti.vel inuti.Roma.consi.376.quæstio est nunquid num.12.versic. secunda ratio. Abb.& Fely.in c.ex parte.1.de rescrip.Gemi. consi.120.quia in facto nu.7. Nec stilum huiusmodi, ac cōclusionem nostram conturbabunt,& subuertent Deci.Rotæ in antiq.620.nota sumptum ac.680.not.quòd sumptum.& Bellame.252.sumptum de regesto.ac consi.Roma.336.cir. propositum.nu.5.versic.Cæterum nec sufficit adhibere re-
61 scripti transumptum.vbi concludunt † sumptum supplicationis ex regesto extractum fidem non facere, quia loquuntur in terminis a nostris diuersis: & ratio ibi est aperta, quia si non probat supplicatio ipsa originalis literis non expeditis, fortiùs nec illius transumptum ad eundem effectum ad tex. in authen. multomagis. C.de sacrosan.eccles. cum simi.

Tertium membrum erit Aut supponimus literas expeditas fuisse, ac registratas, & successiuè deperditas. hoc casu
62 sumptum † a regesto bullarum sumendum erit, quod plene vbiq; sicut bulla ipsa originalis probabit, vt voluerunt Domini de Rota Deci.supra citatis.620.no.sumptum.& 680. in antiq.Ant.de But.consi.2.visis literis num.3.versicu.His non obstan.Belenci.de charita.subsi.quæst.113.& ita intelligi debent, quæ scribit Aegid.Bellame.Deci.612.incipien. licet cappella.versus fi.ex quo enim de facili transumptum ex regesto bullarum haberi potest reici consueuere articuli ad probandam gratiam apostolicam per testes.

Quartum mēbrū distinctionis erit, Aut supponimus deperditam esse bullam expeditam,& regestum ipsum, seu librum in quo literæ Apostolicæ, seu bullæ huiusmodi registrantur, & tunc si reperiatur supplicatio originalis, super illa denuo, vel si illa non reperiatur super transumpto a regesto supplicationum extracto iuxta modum supra declaratum literas expediri faciat, super eadem enim matrice plura
63 † instrumēta confici,& dari possunt, prout per omnes in authen.si quis in aliquo.C.de eden.ita & super eadem supplicatione, quæ pro matrice habetur,& bulla pro instrumento publico, vt concludit Petr.Rebuff.in praxi.benefi.in 3.par. signa.num.9.plures bullæ expediri poterunt: quod intelligete, nisi noua expeditio in fraudem quæreretur, puta quis narrauit in prima expeditione fructus beneficij non ascendere ad ducat.500.postea vult narrare non ascendere ad. 800.ex quo habeat clausulam in supplicatione augendi, vel minuendi.

Quintum & vltimum membrum nostræ distin.erit Aut omnia deperdita esse supponimus videlicet bullam expeditam: librum, quinternum, seu folium regesti bullarum illius temporis, ac supplicationem originalem, & librum ipsum supplicationum registratarum illius anni, mensis, vel diei. quod tamen ratio euenit, vt nullum præmissorum reperiatur, eo tamen casu putarem iudicari posse, & debere nō obstante regula de Nō iudi. &c. iuxta testium depositionē, qui quidem testes, bullam, bullarumque regestum, supplicationem, supplicationumq; regestum deperdita esse deponant, puta tempore infœlicis vrbis excidij: vel propter incendiū, seu alios sinistros casus: & qui testes concludenter deponant de substantialibus, & circumstantijs, seu accidentalibus huiusmodi gratiæ, & literarum expeditarum: ad quæ qui-
64 dem probanda debent † esse homines valde experti, practici, ac literati: quibus probatis, plena fides adhibenda erit talibus attestationibus pro vt adhiberetur ipsi authenticę scripturę deperditę.l.sicut iniquum.& ibi glo. Bart.& alij C. de fi.instru.l.testium.in fi.C.de testib. Barto.in alleg.authen.si quis in aliquo.nume.6.C.de eden.Bald.in l.2.colum.penul. versicu.si enim.ff.si cert.peta.cap.cum olim.1.cum glo.magna in princ.vt in fi.de priuileg.Cardi.in proœ.clem.vers.c. Hæc sane.in 5.quæst.Rot.332.licet Romana.post princ.in no.Abb.in c.Albericus. colum.2. & ibidem Fely.de testib. Idem Abb.& Felyn.in cap.sicut ille.colum.1.hic nume.2.& ibidem Fely.de testi.Ijdem Abb.& Felyn.in capit.sicut ille. colum.1.hic nume.2.versicu.vbi scriptura est dę substantia de re iudi. Alex.consi.196.viso testamento nume.9.& sequen.lib.2.optime Afflict. Deci. Neapol.302.aliud nume.3.vsque ad fi.Deci.& per hæc sit expedita,& declarata hæc ambigua limi.& hęc rub. de consti.

REPETITIO IN CAP. PRIMO, DE CONSTITVTIO.

Celeberrimi I. V. D. Quintiliani Mandosij.

SVMMARIVM.

1 *Canones an ab omnibus,& semper seruandi?& nu.25.ac nu.50.*
2 *Iudæi an arctentur ad canonum obseruationem?*
3 *Papa omnes iudicat,& a nemine iudicatur.*
Papa citare potest in terris imperij.
4 *Canonis appellatione quid veniat?*
5 *Canon etiam legem secularem comprehendit.*
6 *Canon pro annua præstatione.*
7 *Canon pro conciliari constitutione,& nu.10.*
8 *Prouinciale concilium non potest episcopum deponere.*
9 *Sinodalis constitutio non dicitur proprie canon.*
11 *Genus prædicatur de speciebus indifferenter.*
12 *Proprium,& commune opponuntur.*
13 *Decretum quod dicatur.*
14 *Decretum latè sumptum.*
15 *Decretalis epistola quæ?*
16 *Dogma quid?*
17 *Melantho serua impudicissima.*
18 *Caluinus porcus.*
19 *Mandatum quot modis sumatur.*
20 *Præceptum,& mandatum in quo differant.*
21 *Interdicti plures significationes,& quare sic dictum fuit?*
22 *Interdictum sæpissimè pœna afficit.*
23 *Interdictum ecclesiasticum in quod differat ab excommunicatione, & suspensione.*
24 *Sanctio quod?*
25 *Constitutio canonis ligat omnem creaturam.*
26 *Concilio Papa auctoritatem præstat, & ipse maior est concilio.nu.44.*
27 *Anima omnis Papæ subijcitur.*
28 *Dei,& Papa idem tribunal.*
29 *Cap.gaudemus.de diuort.quomodo procedat?*
30 *Matrimonium contrahere non licèt vsque ad quartum gradum inclusiue.*
31 *Conuersi ad fidem,pro vt alij habendi.*
32 *Facienda facilius impediuntur.*
33 *Publicæ vtilitatis fauore plura conceduntur.*
34 *Ecclesiastica iudicia secundum canones esse regulanda.*
35 *Ius naturale primœuum in sui totalitate ab omnibus seruandum.*
36 *Naturalia iura quando mutabilia.*
37 *Moralia præcep ta mutabilia quo ad sui totalitatem.*
38 *Mistica dicuntur figuratiua.*
39 *Ceremonialium ratio reddi non potest.*
40 *Euangelium Papa seruare tenetur.*
41 *Diuina lex quando a conditore canonis interpretationem recipiat.*
42 *Apostolica statuta ad decisionem causarum allegantur.*
43 *Concilia quatuor principalia.*
45 *Ius gentium pro parte mutari, vel tolli potest.*
46 *Rem suam quandoque quis inuitus vendere cogitur.*
47 *Ius gentium per consuetudinem tollitur.*
48 *Leges quando seruandæ?*
49 *Leges contrariæ iuri naturali,vel diuino non valent.*
51 *Papa quo ad spiritualia mundi dominus.*
52 *Spiritualibus omnes per canones ligantur.*
53 *Imperare sibi ipsi nemo potest.*
54 *Canonibus ligantur etiam qui extra ecclesiam sunt,saltem indirectè.*
55 *Canones in temporalibus quando seruandi?*
56 *Potestatis plenitudo residet pœnes summum Pontificem.*
57 *Baculo pastorali Papa non vtitur.*
58 *Testamentum quando cum duobus,vel tribus testibus subsistat?*
59 *Peccatum si sequatur lex nulla valet.*
60 *Sacerdotes,& Prophetæ se non intromittebant in causis seculi.*
61 *Fori lex quo ad ordinem iudicij seruari debet.*
62 *Testamenti locus vbi factum est attendi debet,quo ad solemnitates.*
63 *Contractus locus quantum ad solemnitates attenditur.*
64 *Decisoria quando statutum respiciat,quando ordinatoria.*
65 *Guarentigiata instrumenta ex forma statutorum Tusciæ habente executionem paratam.*
66 *Ordinatoria,an decisoria sint plura sunt, quæ difficile sit iudicare.*
67 *Romanum statutum 157.lib.1.de anno ad agendum an comprehendat clericos.*
68 *Clericus potest vti statuto,& consuetudine in sui fauorem.*
69 *Canones personales qui.*
70 *Localis canon quis.*
71 *Constitutio causalis quæ.*
72 *Temporales canones qui.*
73 *Regulæ cancellariæ sunt constitutiones temporariæ.*
74 *Legis in corpore iuris non insertæ sex signa ad cognoscendum an sit generalis.*
75 *Particularis constitutio cognoscitur ex illius verbis.*
76 *Abrogatæ leges allegari prohibentur.*
77 *Legum transgressores non dicuntur leges vsu non receptas non seruantes.*
Abrogatam legem allegans in pœnam falsi incidit.
78 *Derogare aliud, aliud abrogare.*
79 *Correctio legum non inducitur,nisi expressè appareat de illa.*
80 *Lex approbata a iure canonico, postea abrogata allegari poterit sicut alij canones.*
81 *Canonizata lex a Papa quando dicatur.*
82 *Abrogata lex pro habentibus tractum de præterito allegari potest.*
83 *Iuramentum de seruanda lege, illa abrogata non ligabit.*
84 *Correcta lege an illius ratio tollatur.*
85 *Ratio est anima legis, vel statuti.*
86 *Argumentum an sumi possit ex lege abrogata.*
87 *Principali annullato omnes clausulæ corruunt.*
88 *Guarentigia non tenet si principale non valet.*
89 *Priuilegium personæ non subditæ irreuocabile.*
90 *Princeps ex contractu obligatur.*
91 *Præcepta cuiusuis superioris seruanda.*
92 *Consilijs non est omnino parcendum.*
93 *Consilijs perfectionis nemo ligatur : limitatur.nu.94.& 95.*
96 *Veniale peccatum ex vsu, efficitur mortale.*
97 *Reuerentię consilium an obliget?*
98 *Cap.testamentum vers.ed ab imolatione dist.6.intellectus.*
99 *Debet,& oportet verba, necessitatis sunt.*
100 *Omnibus ab hominibus ciuitatis audiuisse, scilicet de hac materia loquentibus.*

Anonum. Accedamꝰ ad tex. cap.1.de constitu. in cuius declaratione iuxta ordinem Docto.& præcipue Abb.procedemus. primo a diuisione text.exordium sumemus, qui licet propter breuitatem diuidendus non videretur,tamen iuxta morem aliorum eum in duas partes diuidemus,prout hic Abb.quem Felyn.& Deci.sequuntur. In prima parte text.statutum concilij Melden.recitatur, disponẽs canones ab omnibus seruari debere.In secunda quę est ibi & nemo, Papa id confirmando declarat,puta dum inquit tale statutum procedere debere in actionibus, & in iudicijs.

Summatur text.tam in prima,quàm in secunda par.per Abb.dupliciter, primo. Quòd constitutiones canonum ab omnibus sunt seruandæ : hoc tamen summarium nimis generale videtur,nec enim tangit,quod in 2.par.tex.habemus hanc generalem regulam,quod statuta canonum sint ab omnibus seruanda.

Secundo aliter redigit tex.in compendium Abb.dum inquit Iuris canonici statuta omnes ligant, & eorum ritu tam in pronunciando,quàm in decidendo iudicia sunt regulanda: Verum hoc etiam summariũ,minus perfectum videtur quia non declarat perfectè quid in c.hoc disponatur, inquit enim Abb.in summario,canones seruandos in pronunciando,& decidendo, at in tex.habemus etiam in actionibus canones, seruandos: cum secundum ius canonicum ordo seruari debeat.c.ad nostrum.2.de iureiur.c.quoniam contra. de proba.

Tertio igitur, & melius summari poterit statuta canonum in omnibus negocijs ecclesiasticis ab omnibus sunt seruanda.

Facti species,seu casus talis est. Dubitabatur in concilio.
1 Malden.an,& quando canones† seruandi essent,conclusum fuit,ab omnibus, & in omnibus negocijs esse custodiendos: contrarium tamen decidendum esse uidebatur, scilicet non semper & generaliter seruandos esse canones,non enim vera est conclusio canones ab omnibus seruandos esse.vniuersalis enim propositio in vno falsa, in omnibus redditur falsa.ad tex.in l.1.ff.de reg.iur.& in l.si is qui ducenta.§.vtrum. ff.de reb.dub.quia qui omne dicit nihil excludit.l.Iulianus. ff.de lega.3.l.a procuratore. C.manda.cum vulga. At sunt etiam qui per canones non ligantur, ergo falsa vniuersalis propositio,Canones ab omnibus esse custodiendos. Antecedens quòd canones non omnes ligetur probatur per text.in c.gaudemus.de diuor.& in c.multi.2.q.1.in quibus iuribus habemus † Iudęos, & cœlicolas non arctari canoni-
2 bus, seu ad canones seruandos † Et in successionibus iudæi vtuntur legibus veteri testamenti, prout per Caide.cõs.13. sub

sub titu.de testa. Imò quod plus est iudicandi sunt præfati iuxta leges Cæsareas.toto titu.C.de iudę.& cœlico.& hoc etiam approbat ius canonicum,prout in c.iudęi.de iudę.vbi secundum iuris ciuilis sanctionem statuitur sinagogas iudęorum denuo non esse erigendas,cum igitur in ijs seruetur ius ciuile, vt dixit etiam glo.2.in c.ius quiritum.1.distinct. non rectè videtur sancitũ canones ab omnibus, & in omnibus seruandos, & hæc erit prima ratio dubitandi in text. nostro.

Secundo pro ratione dubitandi adducitur text.in l.leges sacratissimæ.C.de legib.vbi habemꝰ leges Cæsareas ab omnibus custodiendas, non ergo canones ab omnibus seruari debent,cum qui vnum dicat seruãdum aliud excludat.vulg. l.cum prætor.ff.de iudi.& cum implicet contradictionem quòd iura inter se diuersa, & sæpè contraria in omnibus seruentur.Auget etiam difficultatem cum Imperator sit mundi dominus.l.deprecatio. ff.ad leg.Rod.de iactu.l.bene a Zenone.§.sed sancimus.C.de quadri.præseri.l.si duas.§.grammatici ibi vniuerso autem orbi conueniens est.ff.de excu. tuto.l.1.C.de rapto.virgi.ibi nostri.orbis regiones.

Tertia dubitandi ratio adduci potest per text.in c.sciendum.29.distinct.vbi,quòd dispositiones canonicæ non sunt semper seruandæ non ergo vera regula canones ab omnibus custodiendos.

Ratio decidendi,ꝙ canones ab omnibus seruari debeant, ea est, quia processerunt ab eo, qui habet supremam pote-
3 statem,& a Dei in terris vicario,& † qui omnes iudicat, & a nemine iudicatur.c.cuncta per mundum.1.& 2.9.q.3.c.solitæ.versic.Ecce constituite super gentes, & regna.& versicu. Quodcunque ligaueris super terram.de maio.& obedien.c. per venerabilem.qui fil.sint legi.c.2.de re iudi.lib.6.vbi ꝙ Papa Imperatorem deponere potest, & est rector vniuersalis ecclesię Archid.& Ioan.And.in c.1.de ꝓsti.eo.lib.6.Hinc optimè dixit Bar.in extra. Ad reprimen.in ver.per edictum. num.10.versic.Duo ergo. quòd licet Imperator citare non possit in terris ecclesiæ, pŏt tamen Papa citare in terris Imperij,& quemlibet vbicunque existẽtem,ea ratione,quia ipse Papa est vicarius ipsius, cuius est terra, & plenitudo orbis terrarum,& vniuersi,qui habitant in eo.prout psal.23.Idem voluerunt Aret.consi.158.col.2.& Aegid.Boss.in sua praxi crimi.titu.de crimi.læsæ maie.num.110.versi.Et ob tale ius. Tolluntur nunc contraria : & quo ad primum respondetur quòd text.noster loquitur in subortis ecclesiæ, ac fidelibus. Nec enim fidelibus infideles sunt aggregandi,infideles enim extra gremium ecclesiæ,ac foris sunt.iuxta verba Apostoli. 1.ad Corint.5.ad fin.vbi inquit. Quid enim de his qui foris sunt iudicare? & c.gaudemus de diuor.c.multi.2.q.1.

Ad secundum respondetur leges imperiales regulariter seruandas esse in terris subiectis imperio, & ibi circa personas non ecclesiasticas.& ideo leges Cęsareę nõ ab omnibus seruandæ,Pontificiæ vero leges, seu constitutiones ab omnibus custodiẽdæ sunt,in terris Imperij spirituales, per quas in toto orbe Papa disponere potest præalleg.cap.cuncta per mundum.9.q.3.& d.c.solitæ.de maio.& obedi.In terris ecclesiæ omnes eius constitutiones seruari debent, quia habet potestatem vtriusq; gladij.iuxta illud Lucæ c.2. Ecce gladij duo hic extra.Cum sanctum.versi.Nam dicentibus apostolis.Boni.VIII.inter commu.sub eo.titu.de maio.& obedi. ac extra.si fratrum post princ. sub tit.ne se.vacan.Io.22.& hinc est,quòd Imperatores confirmationem Imperij a summo Pontifice obtinere volentes, iurant Pontificis auctoritatem, ac iurisdictionem non modo, se non violaturos, sed seruaturos, ac de ea manutenenda pro vt in cle.vni.de iureiur.& contra Imperatores, Reges,& alios vsurpantes bona, ac iurisdictionem Ro. ecclesiæ habemus constitutionem illam tremendam, nuncupatam in cęna Domini, eo quod in die cenæ Domini Iouis ebdomadæ sanctæ publice legi, & publicari solet per duos Cardinales Romę ante faciem omnium populorum,etiam summo Pontifice, & Cardinalibus astantibus & hæc breuiter dicta sint pro responsione ad secũdam rationem dubitandi:Quærere enim a quibus, in quibus, & quãdo ius canonicum seruandum sit altioris est speculationis, sufficiat hæc obiter dixisse,de his enim suo loco latius disseremus.

Ad tertiam rationem dubitandi per text.in c.sciendum. 29.distin.respondetur,quòd ideo constitutiones canonicæ quandoque non sunt seruandæ,quia specialiter pro tempore,alicui loco constitutæ sunt, & ideo sufficiet eas seruari in personis,locis,ac temporibus quibus prouisum fuit: decisio autem text.nostri verissima est,quia loquitur in ijs, quæ generaliter, ac vniuersaliter sancita sunt, pro vt leges,ac constitutiones generaliter seruandæ esse debent.iuxta pulchrũ tex.in c.erit autem lex.4.distin.

Explicauimus iam ea, quæ ad text.præmittenda erant,& pro ratione dubitandi, & pro ratione decidendi, reliquum est nũc, vt ad primum notabile accedamus,& hic plures termini iuris Pontificij explicandi venient, quorum frequens est vsus. Primo igitur notat ex text.Abb.quòd appellatione
4 canonis venit omnis constitutio ecclesiastica, vel canonica, & in hoc rectè quidem sentit Abb.animaduertendum tamẽ est,quòd canonis appellatio latior est,quàm ipse Abb.dicat:
5 canon † enim legem etiam secularem significat : canonibus enim soluere, idem quod legibus soluere : & canonis gratiã facere,idem quod legis gratiam facere,ac dispensare importat, ita tradit Bal.in l.princeps.ff.de legib.Et quòd canones dicantur leges probat tex.iun.glo.in c.Nicena.31.distin.voluit Abb.in c.& si necesse.in fi.de dona.inter ui.& vxo.Plerunque tamen pro constitutione ecclesiastica sumitur, & in hac significatione vsurpatur in l.priuilegia.C.de sacrosanct. eccl.dum inquit ibi Imperator omnes pragmaticas sanctiones contra canones ecclesiasticos factas nullius esse roboris, & certe per excellentiam ad text. Insti.de iu.natu.§.sed ius, constitutio ecclesiastica canon dici debet,ea enim est recta,
6 ac vera viuendi norma nobis tradita. † canon etiam annuam collationem, & præstationem significat. l. fina. C. de condi. fundo. patrimo. lib. 11. ibi canon exigatur, de quo etiam est text. in l.vni. C.de collatio. donato. lib.10. & habemus text. in cap. propter sterilitatem. ad fin.& cap. seq.ibi,vel cessando in solutione canonis per bienniũ.loca. & ita sæpissimè in iure vsurpatur hæc dictio,canon,Et pro eo,quod emphyteuta soluit, & in hac significatione accepit Azo in sum. C.de iure emphi. versicu. Ex hoc autem contractu.sumitur etiam pro pedagio,vel vectigali.vt in rub.ff. de publica.& vecti.Hinc & canonica illatio.in l.placet.C.de sacrosan.eccle.pro ordinaria tributi præstatione. Prout tamen ad rem nostram facit canon idem quod regula significat.c.canon.distin.3.canon grecè,latinè regula nuncupatur. & verè canon est regula, quia,vt inquit Ab.ducit hominem ad rectè, & regulate viuendum, secundum enim canonem, hoc est secundũ regulam viuere debemus Regula enim dicta est, eo quod rectè ducit.c.regula.3.distin.
7 Subdit deinde Abb.quòd strictè canon † sumitur pro cõstitutione facta in conciliò generali, vt notatur 3.distinct.in summa.vbi glo.adhoc citat text.in c.vni.de bigam.lib.6.qui tamen tex.non probat id,quod statuitur in vniuersali concili canonem dici, ideo ad id adduco text.in c.1.20.distin.vbi quòd decretales epistolæ canonibus conciliorum pari iure exequantur:dicetur igitur canon,quod in generali, seu vniuersali concilio statuitur & ita probat tex.in d.c.1.20.distin. qui de concilio prouinciali intelligi non potest, sed solum de concilio vniuersali:concilium enim prouinciale non habet eam auctoritatem,quam Papæ constitutio,nec est ęqualis potentiæ : Hinc videmus Papam posse episcopum depo-
8 nere, concilium autem † prouinciale non posse, vt voluit Abb.Deci.& Rip.in c.1.de iudi.per text.in c.accusatus.& c. quamuis.3.q.6.Nec mirum,quia prouincialis concilij caput est Metropolitanus, comparatio igitur facta, seu æquiparatio, vel adęquatio de decretalibus,& canonibus cõciliorum intelligi debet de concilijs vniuersalibus : ex quibus confirmata est opin.Abb.quòd canon propriè dicatur constitutio concilij generalis: quod etiam voluit Archid.in alleg.c.1.3. dist.Hinc etiam habemus constitutiones & decreta nouissimi concilij Tridentini canones nuncupari.

Si tamen latè, ac generaliter canon sumatur, eius significatio latissima erit, ac etiam in prouinciali concilio facta cõstitutio, canon dicetur,ita probat tex.in c.regula.3.distin.in §.porro.vbi tex.inquit,canonum alij sunt decreta Pontificũ, alij sunt statuta conciliorum : cõciliorum vero alia sunt vniuersalia, alia prouincialia. Quare autem propriè facta constitutio in vniuersali concilio dicatur canõ:impropriè verò illa facta in concilio prouinciali, ea ratio reddi potest, quia illa est propriè, ac vere regula, quæ inter omnes, vbique & semper locum habet.ad text.cum ibi tradi.per Docto.in l.1. ff.de reg.iur.talis est constitutio facta in vniuersali concilio, secus est in ijs,quæ disponuntur, seu statuuntur in prouinciali concilio, quia hæc quæ ibi decreta fuerint in propria tantum

tantum prouincia fernanda erunt ex quo apparet constitutiones in prouinciali concilio factas propriè canones non dici, cum canon, a regula dicatur,& tales constitutiones ꝓuinciales regulæ non propriè dici possint,quia non sint vniuersales: Et ideo quia constitutio † sinodalis propriè canon
9 non dicitur, appellatione canonis tantum in materia fauorabili, & extensibili veniet, ac canonis appellatione comprehendetur sinodalis constitutio, pro vt per Calde.consi. 16.sub hoc tit.de consti.vbi dicit, quòd habens potestatem dispensandi cum celebrante post excommunicationem latam a canone, poterit dispensare cum celebranti excommunicato ex constitutione capituli, vbi loquitur in materia fauorabili,& extendenda,videlicet in facultate dispensandi, q̃ est fauorabilis,vt ꝯcludũt Io.An.Fel,& alij in c.fi.de simo.

Contra huiusmodi primum nota.Abb.seu illationem, ꝙ
10 canon strictè sumptu † pro constitutione conciliari tantum sumatur in disputationibus circularibus more Gimnasij Pisani erga D. Hyppolitum se tam vnum ex excellentissimis collegis meis inter alia hæc proponebam canon est propriè, ac strictè regula:constitutio Pontificia est propriè, ac strictè regula: ergo constitvtio pontificia est propriè, ac strictè canon.Maiorem probabam per text.in c.canon grece, latinè regula nuncupatur.3.distinct. & ex verbis Platonis lib.10. qui inscribitur Philebus,vel summo bono, quæ sic in latinũ transferunt.Et ab ijs ea,quę formis fiunt plana,vel solida & quæ canonibus,idest regulis,atque angulis constituuntur.& post sub ijs verbis Dum in architectura, similibusque operibus canonibus idest regulis, circulisque vtetur. Minorem probabam per tex.in c.regula ca.distinct.3.vbi quòd regula ex eo dicta,quod rectè dicit: talis est constitutio pontificia, vt ibidem subditur videlicet.decreta pontificum esse canones:consequentia probatur, quia quæ sunt æqualia vni tertio,inter se sunt æqualia ex communi animi conceptione.

Item arguebam proprium est,quod cõuenit vni soli,semper. Porphi.in eius definitione.Cõstitutio conciliaris ea sola non vocatur canon, sed ea,& constitutio Pontificia, quæ sunt species canonis.d.c.regula.3.distin.& canon est genus
11 vtriusque † quod prædicatur de illis speciebus indifferenter.l.si quid earum.§.interemptum. ff.de lega.3.l.in generalibus.ff.de reg.iur.Bart.in l.quæsitum. §.si quis.ff.de fun.instru.ergo malè dixit Abb.quod sola constitutio concilij generalis strictè & ꝓpriè dicatur canon,& quod vocauit pro-
12 prium,debuit dicere commune. At † proprium, & commune sunt opposita iuxta tex.in l.2.§.ne diutius.ff.de ori.iur.in l.vt tantum versi.seruus communis meus,vt tuus proprium meum seruum corruperit.ff.de seruo.corrup.

Declarauimus quid sit canon,& quot modis accipiatur,& quia idem Abb.postquam tractauit de canone cursim, seu potius remissiuè de decreto,ac nonnullis alijs terminis, qui in iure nostro frequentes sunt loquitur, ideo nobis latius in
13 eorundem terminorum declarationẽ morandum erit † Decretum igitur inquit glo.in c.1.3.distin.(ad quam Abb.se remittit) dicitur id,quod Papa statuit de consilio suorum cardinalium ad nullius consultationem, & huiusmodi sunt decreta illa, quæ habemus in libro decretorum, qui hac ratione decretum nuncupatur.& decretum, & verborum decerno necessitatem important, vt necessario parendum sit decreto,vel id,quod decernitur effectui,& executioni demandetur.c.fi.ad fi.versi.Decretum verò necessitatẽ facit.4.dist.
14 Arch.in c.1.in ver.decernimus.56.dist.† Decretũ latius sumptum ꝓ edicto citatorio,seu pro ĩnia accipiẽ.l.decreta.& ibi gl.& Imo.ff.de re iudi.& ẽt ꝓ edicto, seu banno, ꝓ vt Esdræ 1.c.6.A me positum est decretum & c.& 2.Machabeo.c.6. Decretum aũt exijt in ꝓprias ciuitates gentilium suggerentib⁹ Ptholomeus & c.Decretũ definiuit Plato in libello definitionum (si mõ ij suus est) hoc mõ Decretum,est edictum ciuile ad aliquod tps definitum. Dr̃ ẽt decretum Dei.prout habemus.3.Reg.c.8.Sitq; cor nostrum perfectum cum Dño Deo nostro,vt ambulem⁹ in decretis eius.& ad Ephesios.c. 2.legem mandatorum decretis euacuans. De decretis magistratuum, & quot alijs modis decretum sumatur videre poteris toto titu.ff.de decre.ab ordi.facien.in l.decreta.vbi glo.ff.de re iudi.per Spec.in titu.de primo,& secun.decre.& per Pet.Rebuf.super concor.rub.de conclu.Lateranen.concilij in versi.decretis.quæ etiam habemus in rub.& nigro.C. de decre.decur. in l.nequaquam.§.vbi decretum.ff.de offi. procon.& ibi Bal.& Ias.

15 Tertiò est † decretalis epistola, quàm statuit Papa,vel solus,vel cum Cardinalibus ad cõsultationem alterius, vt probat tex.in c.si Romanorum.19.distin.dum dicit, Decretales epistolas, quas Beatissimi Papæ diuersis temporibus ab vrbe Romana pro diuersorum patrum consultatione dederũt venerabiliter suscipiendas decernimus. Hæ decretales ad consultationem, seu petitionem alterius sunt penè omnes in decretalibus cõtentæ, vt illa in c.cum accessissent. in c.ex literis.in c.ex parte.hoc titu.in c.2.in c.inter cæteras. in c.ad aures.in c.suscitatus es.in c.ad audientiam.j.de rescrip.& in finitis aliis in locis. & propterea hic liber Decretalium nuncupatur. in quo vt plurimum sunt hmõi decretales epistolę.

16 Quartò dr̃ † dogma, & est illud, quod consistit in doctrina fidei Christianæ,c.qui eps.23.dist.vbi quod eps ordinandus inter cætera debet esse in dogmatibus ecclesiasticis exercitatus,vt per glo.in alleg.c.1.3.dist.c.qui sine.26.q.2.glo.in c.satis.96.dist.& dogma cum deriuatur a doceo generaliter sumptum significabit doctrinam,seu cuiuslibet sectæ decreta,c.qui de mensa.& ibi dogmata Philosophorum.37.distin. & in Auth.quom.opor.episc.in prin. Hinc dogmatistes,qui alicuius dogmata sequitur,etiam si dogma sit hæreticorum, vt in l.1. C.de sum.Tri.ibi hæretici dogmatis infamiam substinere,& in c.fi.extra eod.in fi.ibi,condemnamus peruersissimum dogma impij Almerici: At quot dogmata hæreticorum modernorum hodie habeamus, omnes norunt, inter quos duo illi impiissimi Melãto, & Caluinus,nescio quo nu
17 mine sortiti sunt nomen eis congruum. † Melantho enim, (vt Dioge.Laert. tradidit) fuit serua impudicissima Penelopes. Melantum item vnum inquiunt Poetæ eorum, quos
18 Bacchus in Delfines mutauit. † Caluinus verò, seu caluinarius porcus is est, qui in cibo commixto ex colluuie hieme nutriẽ.Hæ proprietates his duobus hæresiarcis maximè conueniunt. Cum ꝙ porcorum stercus pessimum, cineres optimi habeatur, vti apud Palladium Rutilium de re rustica, libro 1.tit.33. vtinam horum porcorum non stercorum congestionum propter fœtoris horrenda, sed cineres ante prætorium aspiceremus. Dogma item in l.2. ff.ad senatusconf. Velleian.pro decreto, & senatuscon.vsurpatur.

Declarauimus quatuor terminos in iure nostro frequentissimos,videlicet,canonem,decretum, decretales epistolas, ac dogma, de quibus hic tractarunt Abb. & latius alij, Alij termini per eosdem tractati nunc clarius,& lucidius per nos
co lis mouetur de † contractu, vel testõ alibi facto, quantum ad solemnitates, ac ordinaria iudicij inspici debeat locus fori, in quo vertitur controuersia. Quo verò ad validitatem actus: puta contractus, vel testamenti inspici debeat locus, seu regio, vbi gesta ea fuerunt, super quibus controuertitur: & ita tenent communiter Doct. in l. cunctos populos. C. de sum. Trin. Firma igitur est conclusio, quam hic refert, ac declarat Abb. ex sententia Guigliel. Naso. quòd lex fori attendi debeat, in præparatorijs, seu ordinatorijs iudicij.

Et in ijs rectè aduertendum est, quandoque enim quædã videntur spectare ad ordinatoria, & sunt decisoria, pone. n. ꝙ statutum prohibeat appellationem in causa instrumenti executiui: vel quod statutum prohibeat inquiri: vel accusationem post certum tempus, erunt ne hæc statuta ordinatoria, vel decisoria? Ant. de But. in d. c. quod clericis, inquit statutum, quod a ꝓnunciatione exequendi instm non liceat appellare seruari debere ꝯ clericum in foro seculari, & etiam ꝯ ecclesiam: ratio est, quia respicit hoc statutum ordinatoria ꝓcessus, non aũt decisoria. Hanc tñ sententiam non comprobo: quia non posse amplius appellare a pronunciatione exequendi instm: vel non posse procedere super maleficio vltra certum tempus extinguunt ius partis; & ea, quæ sunt fundamentum iuris prosequentis: vnde sicut interlocutoria per quam pronunciatur non posse procedi, vel per quam pronũciatur non posse appellari habet vim diffinitiuæ. pro ut sentit Bar. in l. Titia. ff. de accusa. & Bal. in rub. ne lice. in vna, eademque causa. & nota. in cle. cum a repulsione. de appel. Ita dicendum erit, quòd statuta disponẽtia circa præmissa, dicãtur respicere decisoria: quia. s. extinguant ius partis: saltem quo ad ius ꝓsequendi. Et hæc sententia magis mihi placuit, quam tenuit Fran. de Aret. in d. c. quod clericis. de fo. cõpe. & ꝓ ea adducit dictum Bal. in l. 1. C. ne fil. ꝓ pat. col. fi. vbi dicit Bal. ꝙ si statutum dicit, quod nulla exceptio peremptoria possit
64
opponi ꝯ instm guarentigiæ, istud statutum respicit decisoria, non ordinatoria. quod ẽt voluit idem Bal. in simi. qõne in l. cunctos populos. col. pen. C. de sum. Trinit. vbi tenuit ꝯ Cy. in disputatione sua, ꝙ statutum excludens accusationẽ, vel inquisitionem, & similiter concedens respicit decisoria iudicij, & non ordinatoria: quia. s. talia statuta sunt fundamẽta iuris super quib. pronũciatur: Et ideo cauti esse debẽt advocati in dispiciendis his, quæ circa iudicia emergunt, an sint de decisorijs, an de ordinatorijs. Et quia locuti sumus de guarentigia, declaro quid operetur. Et sciendum est quod in Tuscia, vt plurimum proceditur vigore instrorum guarentigiatorum, quæ ex forma statutorum Etruriæ habent † exe-
65
cutionem paratam non secus ac snia, & res iudicata Bald. in l. cum vnus. in fi. in prin. ff. de bon. aucto. iud. possi. Idem Bar. in l. si & iure. in fi. ff. q. potio. in pigno. habe. Bal. in l. consentaneum. post nu. 43. C. qũo & qñ iud. Alex. in l. a diuo Pio. §. si super reb. col. 6. ff. de re iud. Bar. in l. error. col. 2. ver. Et eodẽ modo dico in instris guarentigiatis. C. de repu. vel absti. hære. & Bal. in l. 2. nu. 7. C. de exe. rei iudi. Soci. consi. 79. nu. 49. volu. 4. Statutum Florentinum super Guarentigia est lib. 2. rub. 42. sub titu. de præcepto guarentigiæ. de quo per Ange. consi. 234. & per Rom. consi. 76. in casu nobilis. per totum. & consi. 373. in casu, simile huic instro guarentigiato est Romæ frequentissimum, parem, ac fortè maiorem potentiam habẽs q̃ instm guarentigiatum, instrum quod vocamus in ampliori forma cameræ. Et ꝙ instra guarentigiata executionem paratam habent affirmant etiam Cyn. & Io. Fab. in l. si certum. C. fami. erci. Ang. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi. Boe. decis. 295. nu. 6. dicens guarentigiam, nil aliud esse, quam ꝑceptum quoddam, quod fit per notarium de instro rogatũ, parti roganti, vt obseruet in instro contenta, quod ẽt voluerunt Bar. in l. 1. ff. de iudi. Ias. in l. error. nu. 26. ff. de iur. & fac. igno. Rip. in l. si insulam. nu. 15. ff. de verb. obli. ac Soci. consi. 79. num. 49. & 55. vol. 4. docens quæ concurrere debeant, vt hæc guarentigia adhiberi possit. Et horum instrorum executio impediri non põt, nisi debitor opponat exceptionem, quam statim probare velit. vt per Roma. consi. 76. col. fin. ac consi. 244. ad fi. Neuiza. consi. 56. num. 9. D. meus in l. fin. nu. 43. C. de edi. di. Adri. tollen. in c. ex parte. 2. nu. 6. in 7. fallen. de offi. deleg. & in c. cum sit. in 3. not. de appel. ac consi. 466. in fi. Ias. in l. iurisgentium. §. quod ferè. nu. 13. ff. de pact. ac Boe. dec. 295. num. 7. & Aimo. consi. 156. num. 17.

Cum autem plura sunt, quæ difficilè sit dijiudicare an
66
† ordinatoria, an decisoria sint, & cuius naturam sequãtur, hæc altiorem requirerent indaginem. Sciendum tamẽ est, inter alia dubitari circa statutum, quo cauetur debitum solutum non posse probari per testes. Io. de Imo. dixit statutum huiusmodi ligare etiam clericos in foro seculari, quia modus probandi, licet consequẽter respiciat decisoria, principaliter tamen ordinatoria, vnde ex hoc statuto fieret præiudiciũ clerico in foro seculari, vt nõ possit ꝓbari debitũ solutũ. Ioã. Calde. aliud sensit, quem refert, ac sequitur Aret. in d. c. quod clericis. de fo. cõpe. vbi ꝙ statutum huiusmodi potius censetur respicere decisoria, quàm ordinatoria.

Pro proximè dictorum declaratione, & pro statuto Vrbis lib. 1. c. 157. in concernentib. capitaneum, per quod datur annus ad agendum de nullitate inter Romanos, a die snia latæ numerandus: ꝙ statutum concernit decisoria inquantũ permit litem, & instantiam, & dubitari potest an seruari debeat
67
in vtroque foro, & an † statutum hmõi & similia habeant locũ in clericis, & rebus ecclesiasticis? Videtur distinguẽdum, aut loquimur in capite inclusiuo: aut exclusiuo: & in primo capite clerici includantur: in secundo non. Declaro statuti premissi Romani caput inclusiuum est fauorabile, comprehendens clericos, ecclesias, & bona ecclesiastica: Alterum caput est exclusiuum, ne victus allegare possit nullitates post annum: & hoc est odio sum: & clericos, & bona ecclesiastica non comprehendet: similem considerationem, seu distinctionem faciunt Bald. & cęteri in l. vni. C. de in ius vocan. & Corn. consi. 95. volum. 5. Et quòd dispositio statuti generaliter loquentis in capite inclusiuo comprehendat ecclesias, & clericos voluerunt Ioan. Calder. Anton. de But. Abb. col. fin. & alij in c. ecclesia S. Mariæ. hoc titu. Roma. fin. Abb. col. fin. & alij in c. ecclesia S. Mariæ. hoc titu. Roma. fin. gu. 442. incipien. capitulum ecclesiæ Alex. consi. 121. col. fin. lib. 2. & consi. 122. colum. pen. ac consi. sequ. volu. 5. Et hanc opinionem communem affirmat idem Alex. consi. 114. lib. 2. & Soci. consi. 241. col. 1. & seq. etiam lib. 2.

Et quòd † clericus possit statuti dispositionem pro se re-
68
cipere, in quantum eius fauorem concernat: non autem recipere teneatur si contra se faciat, voluerunt glo. in ver. sic. quicunque. circa fin. & Abb. num. 28. verficu. vltimo. glo. de iudi. Barbat. in alleg. cap. ecclesia S. Mariæ. col. 4. nu. 9.

Sic

Sic & quòd clerici vti possint statutis, & consuetudibus laicorum vbi commodum, & fauorem ex illis consequuntur. est text. in c. 1. de no. oper. nunc. & voluerunt Bal. in repet. l. de quibus. in 17. q. & ibi Ias. num. 11. ff. de legibus, Lap. alleg. 101. in ciuitate Florentiæ. Ruin. consi. 143. colum. fina. vol. 4. Grat. consi. 162. col. 2. lib. 2. & notanter dixit Abb. in c. fi. in 1. not. de vi. & hone. cler. quòd clerici vti possunt statuto contra laicum, quòd instrumenta habeant executionẽ paratam. & hæc est communis opin. teste D. meo Phili. Dec. in d. c. Ecclesia S. Marię hoc tit. nu. 52. Expeditis notabilib. per Abb. super hoc tex. positis, & alijs q̃ tex. nostrũ illiusque intellectũ conuenerunt, deuenio ad gl. 1. q̃ posita est ad declarationem tex. dũ inquit, Canonũ statuta custodiant ab omnib. cum. n. canones sint in duplici dria: alij. n. gñales, seu vniuersales: alij verò particulares, seu singulares, dubitari poterat, qui nam ab omnib. custodiendi essent, & ideo Glossator occurrens huic difficultati declarat tex. ꝓcedere in canonib. gñalib. non in particularibus. Duplex igitur cõclusio ex hac 1. gl. elici põt: prima, quod statuta canonum ab omnib. custodiri debent qñ gñalia sunt scda ꝛclusio, quæ ex prima elicit̃ est, ꝙ statuta personalia, localia, causalia, & temporalia nõ ab omnib. indistinctè seruari debeant. In prima conclusione, qa iam satis fuit discussam in 2. & 3. nota. ipsius Abb. non erit insistendum. Sed tantum in 2. conclu.

Pro cuius scdę cõclusionis intellectu declarandi veniunt termini quatuor canonum particularium, videlicet, q nam dicantur canones personales, qui locales, qui causales, & vlti
69
mo, qui temporales, de quib. hic remissiue loquitur gl. † Canones personales sunt, qui intuitu alicuius personæ constituuntur: illiusq; personam non egrediunt, nec in consequentiam trahi possunt iuxta tex. in l. 1. ff. de constitu. & §. sed qd̃ principi. vel. planè. Insti. de iu. natu. gent. & ciui. Et huius psonalis constitutionis exemplum habetis in text. per glo. 1. hic adductam in c. cum longe. 63. dist. vbi Archiepiscopo Toletano tantum datur potestas confirmandi, ac ordinandi in quibuslibet prouincijs episcopos a Rege electos.

Localis † canon, is dici potest certum locum concernẽs, illumq; non egrediens, cuius exemplum poni põt per tex. s. adductum vbi ratione loci conceditur, vt in confirmatione Episcopi a Rege electi ꝓꝓ distantiam loci solus Toletanus Pontifex sufficiat: ad quod ẽt gl. prædicta adducit text. in c. nihil est. de elect. vbi ꝙ ratione distantiæ loci prælati extra Italiam constituti ẽt ante cõfirmationem administrare possint. Hodie hæc parum considerabilia videntur, tum ꝓpter regulam cancellariæ. 2. ac 3. reseruatorias cathedralium, & aliarum dignitatum maiorum, & principalium super quib. scripsi, tum propter extra. Iniuncta de electio. inter commu. De locali etiam constõne prohibitiua habemus tex. in l. pen. iun. gl. in vers. orientis. C. de fund. patrimo. & saltuen. lib. 11. vbi prohibitio facta de non alienandis fundis patrimonialibus. i. ipsius principis proprijs, qui in oriente existunt, non extenditur ad patrimonialia alibi existentia. Hodie etiam cessat hæc constitutio localis, quia Imperator nihil habet in Oriente. Rursus aliquando constitutio aliqua videtur localis, quæ tamen suadente æquitate, & rationis identitate generaliter, & vbique ligare debet: & tunc loci demonstratio facta potius dicitur ratione frequentioris vsus. iuxta text. in auth. cassa ibi. per totam Italiam. C. de sacros. eccle. & ibidem per glo. & Docto. c. 1. iun. glo. in ver. Franciæ. de immu. eccl. lib. 6. c. 1. cum gl. in ver. Italiæ. de tempo. ordi. eod. lib. similis quæstio orta fuit hic Pisis, de qua per D. meum Philip. Dec. consi. 70. & pro tenui. col. 2. circa med. vbi pulchrè de conuentione Doctorum facta de legendo Pisis, quòd se etiam ad alia loca extenderet consuluit.

Causalis † constitutio dicitur cum ex causa quid statuit̃, qua cessante cesset constitutio. glo. in c. sciendum. 19. distin. exemplum huius causalis constitutionis ponunt in neophitis, qui per annum probandi sunt: & prohibentur statim ad episopatum promoueri ex causis, de quibus in tex. c. 1. 48. di stin. Et quia in Ambrosio cessabant duæ causæ, quę iã iam, & alios docere poterat: Superbia item elatus non erat, ideo ad episcopatum contra iuris regulas ex causa promotus fuit. Pro quibus est etiam tex. in §. ijs omnibus. 61. distin. vbi de promotione ad episcopatum eiusdem Ambrosij cathecumini.

Temporales † canones dicuntur qui rõne tpis statuuntur: horum exemplum habemus in c. quædam. 35. quæst. 2. & 3. vbi Anglis ex quo paulo ante ad fidem peruenerant, ne metuentes eius auctoritatem a fide recederent, concessum fuit vt in quarto gradu existentes matrimonium cõtrahere possent, vel hæc erat temporalis constitutio, ea ratione vt ꝑmisi, quia tũc recentes erant in fide, & ideo subdit tex. quod postquam erunt firmi in fide dispositio huiusmodi, ꝙ intra quartum gradum existentes cõiungi possint cessabit. ex quo etiam constat ꝙ dicta constitutio est temporalis duplici respectu: & quia ratione breuis temporis, in quo in fide permanserant a dispositione iuris communis receditur: & quia erat duratura dicta cõstitutio, donec Angli firmi, & constantes in fide essent, & sic vsque ad certum tempus.

Temporales item canones vltra glo. & Doc. hic alio modo, & alia consideratione dici possunt, exemplũ ponere pos-
73
sumus † in regulis cancellariæ, quæ constitutiones sunt, sed temporariæ, videlicet durante vita illarum conditores. prò vt per Nic. Mil. in suo Reperto. in ver. legis vim obtinẽt. per Ioan. Fran. Paui. in prooe. extrauagan. Ioan. 22. versi. Regulæ cancellarię per Fely. in c. ex parte. 1. de rescrip. in ver. Diuersorum librorum colum. penul. & ibidem per Rip. num. 84. & seq. per Ias. nu. 24. D. meum Phi. Deci. num. 74. & Rip. num. 65. in l. 1. ff. si cer. pet. per Stepha. Bertran. consi. 285. viso casu. nu. 11. versi. Et quia regulæ cancel. lib. 1. & consi. 292. visis copijs. num. 8. lib. 3. Et vltra omnes id expresè probatur ex ipsarum regularum cancellarię proęmio, a quo proęmio arguere licèt, & ab illius ratione. l. fi. & ibi Bar. num. 3. ff. de hęre. insti. idem Bart. in l. cum hi. cir. princ. ff. de transactio. & in l. 1. in prin. ff. ad Macedo. D. meus Philippus Deci. consi. 373. nu. 12. & 379. num. 5. Proœmium autem regularum cancel. est Santissimus: in Christo Pater, & D. N. D. Gregorius diuina prouidentia Papa. XIII. suorum prædecessorum vestigijs inhærendo normam, & ordinem gerendis dare volens in crastinũ assumptionis suæ ad summi apostolatus apicem. & c. reseruationes, constitutiones, & regulas infrascriptas, quas etiam ex tunc suo tpe obseruari voluit, & c. Et sic vita Papæ illas regulas constituentis, regulæ hmõi vim obtinent, & per illius obitum expirant, & extinguntur: vnde temporales canones, temporiariæque constitutiones dicuntur: & alia ratione, quam canones temporales, de quibus per glossas prædictas: & non minus hę regulę cancellariæ ligant omnes, quàm cęteri canones vt per supra citatos.

Ex præmissis iam constat, quæ nam sint constitutiones personales, causales, locales, & temporales, de quibus habemus text. ad literam per dictam glo. 1. adductum in c. sciendum. 29. dist. ex quo sequitur huiusmodi constitutiones de quibus locuti sumus nõ esse semper, & indifferenter ab omnibus seruandas: sed tantum canones generales de quibus in tex. nostro sunt semper ab omnibus custodiendi: pro quo est etiam text. in cap. statuimus. §. his omnibus. 61. distinct. & in cap. non autem. ac in cap. peristi. 6. quæst. 1. in §. sed & quod principi versicu. planè Institu. de iure natura. & in l. 1. ff. de constitu.

Obstare tamen videtur prædictis tex. in c. erit autem lex. 4. dist. vbi, quòd inter cætera, quæ in lege condenda obseruari debent, illud vnum est, quòd nullo priuato commodo, sed pro communi ciuium vtilitate lex sit conscripta: quomodo igitur cõstituti fuerunt canones, qui communem vtilitatem non concernunt? Hæc difficultas soluitur per D. meum Phil. Deci. hic in 1. lectu. videlicet, quod talis constitutio particularis non erit lex, sed quoddam beneplacitũ ipsius Principis. vt no. Bal. in l. iudicibus. C. de appel. & And. Barba. hic.

Diximus constitutionem principis statui posse etiam nõ pro communi vtilitate, quod tamen nõ semper ita se habet; certum est enim, quòd cum princeps vult quid generaliter seruari, lex est. d. §. quod principi Insti. de iu. natu. & l. 1. ff. de constitu. necessè est ergo, quòd talis constitutio habeat legis partes essentiales, de quibus. in d. c. erit autẽ lex. Et tunc cõsequenter generalis esse debebit, cuius generalitas ex pluribus elicitur, de quibus habemus text. in l. 3. C. de legib. vbi Barto. & Pau. Cast. & glo. in c. vt circa. de electio. in ver. perpetuò. In quibus iuribus habemus sex signa cognoscendi leges, quę generaliter seruari debent: loquor de ijs, quę in corpore iuris non sunt clausæ, has enim, quæ in corpore iuris clausæ sunt indubitati iuris est seruari debere, ꝓ vt habemus tex. in 1. consti. C. ad fi.

Quantum attinet ad ea, quæ in corpore iuris inserta non
74
sunt: † inspicienda sunt dicta sex signa, quorum primum est si constitutio edictum nuncupatur. d. c. vt circa. de elect. lib. 6. & secundum signum erit si cõstitutio mittatur cętui sena-

Repet. in 1. Decretal. To. 6. B 3 torum

torum,tunc enim generalis censenda est.d.l.3.C.de legib.& l.1.C.de cadu.tollen.tertium signum erit si præcipiatur publicari per omnes populos.d.l.3.& per præalleg.glo.in d.c. vt circa.quartum si dicatur idem in similibus obseruandum fore.ad supra adducta :quintum si lex, vel canon appellatur generalis, vt per dictam gl.& Pau.Cast.in d.l.3.C.de legib. sextum & vltimum si videtur expresè ad omnes pertinere vt per præalleg.vbi supra.

His addenda sunt,quæ tradit Bal.in alleg.l.3.C.de legib.
75 vbi dicit,quòd ex verbis cognoscitur constitutio † particularis: puta si sit interlocutoria principis non redacta in corpore iuris : vel si est ibi verbum,concedimus: vel verbũ donamus : vel verbum,dispensamus : sed aliud sonans in relaxationem iuris communis : his enim casibus nõ censebitur ius generale. Fallit in concessione facta in fauorem ecclesiæ intelligeretur enim esse ius generale,nisi cõtrarium eius,quod
78 disponitur in iure reperiatur expressum.vt per Bal.in auth. nisi rogati.C.ad Trebel.col.3.p tex.in §.hoc ergo.in Auth. de reb.alie.quem etiam hic refert Fely.nu.15.

Glo.2.in versi.statuta, quæ in duas partes diuidi potest. In prima limitat decisionem nostri text.non procedere in statutis canonum abrogatis per contrarium canonem, vel per consuetudinem. In secunda quæ est ibi & die statuta limitat non procedere in ijs, quæ sunt consilij.expediemus primo primam par.glo.

Vt occurreret Glossator ijs,quæ contra text.obijci poterãt in ver.statuta respondet tacitæ obiectioni: Poterat enim opponi contra text.quòd imò non omnia statuta custodiri debeant,dato etiam,quòd sint generalia: Videmus enim canonum statuta abrogata a nemine custodienda esse pro quo glo.citat tex.in c.1.26.distin.& in c.fi.36.q.vlt.q̃ iura parum faciunt: ego ad id,& ad probandũ,quòd leges abrogatæ, seu correctę non sint seruandę,& pro decisionibus causarum al-
76 legari prohibeantur,† adduco tex.in l.vni.post prin.C.de lati.liber.tollen.& ibi glo.in ver.imaginem. Idem voluit Fely. in c.paternitatis.nu.2.super gl.1.de hereti.& dixit Bal.quòd re iam sublata absurdum est relinqui imaginem, seu similitudinem in l.de quibus.num.33.versi.Quo ad tertium.ff.de legib.Et quod per contrariam legem, vel consuetudinem contrariam constitutio, seu lex tollatur, probatur etiam ex d.l.de quibus.& ex tex. Insti.de iu.natu.gen.& ciui.versi.Ea verò, quæ ipsa sibi ciuitas constituit sæpè mutari solent, vel tacito consensu populi,vel alia postea lege lata. Communis igitur est sententia gl.Abb.& aliorum hic, quòd per contrariam legem,& per contrariam consuetudinẽ leges non nunquam abrogentur. Hinc dicimus non esse transgressores le-
77 gum, leges vsu † non receptas non seruantes, vt voluit Oldra.consi.259.impugnatur.colum.2.num.1.versic.secundo quia illud statutum nunquam fuit obseruatum Idem voluit Ancha.consi.283.iure stricto post prin.vbi concludit, quòd sicut leges moribus vtentium confirmãtur: sic moribus vtẽtium in contrarium nonnullæ leges abrogatæ sunt Anto.de Butr.in c.quia circa.de consang.& affi.vbi quòd quando lex non recipitur ab omnibus sciente superiore, talis lex non ligat: quia superior videtur eam tacitè tollere,ex quo scit cõtrarium obseruari,& patitur:sequitur Aret.consi.11.procedendum est.num.5.& Ias.in l.si filius qui.in 6:not.num.22. & sequen.ff.de libe.& posthu.& D.meus Philip.Deci.consi. 486.visis.colum.penul.versi.Tertio non obstat & conf.649. procedendo.num.8.

Circa hanc materiam quærit Abb.an omnes constitutiones possint abrogari,& remittit se ad ea,quę dixit in c.nouit. de iudi.de quo inferius tractabimus cum cõstabit,quid nam operetur legis alicuius,seu canonis abrogatio. Et hoc ex iure facilè colligitur : cũ enim lex aliqua abrogata est, seu sublata nullas amplius uires habet:imò eam allegans pęnam falsi sustinet.l.fi.§.hæc igitur omnia.C.de vete.iu.enu.glo.in c. nouit.in ver.quicunque de iudi.Et no.Bar.in l.1.ff.de fals.& in l.omnes populi.ad fi.ff.de iusti.& iur.pro quo videtur tex. in l.1.§.hunc igitur.C.de Iusti.Codi.confir.Et hæc est communis opin.Pro ijs videre poteritis Hyppo.de Marsi.in l.is qui cum telo.nu.23.ff.de sicar. & eundem Hyppo. consi.70. ac Zucchar.in l.fi.nu.145.C.de edic.diui Adri.Tollen.Et qa (vt præmisi)hanc opi.omnes comprobant,difficile esset cõtrarium obtinere, verũ si quis subtilius perscrutetur cognoscere iura pro cõmuni citata parum, vel nihil facere, nec loqui in allegante legem correctam,Et cum nulla sit lex, quæ pœnam falsi imponat alleganti legem correctam, pœna incurri non poterit, nisi expresè de ea incurrenda caueatur iuxta tex.meliorem in iure in §.cum igitur,versic.sinautem, ibi Nec quælibet est lex aliquid tale dicens in Auth.de non eli.se nuben.in l.& si quis.§.idem labeo.ad fi.ibi,pęna tamen in eum statuta non est.ff.de reli.& sump.fune.& voluerunt Bald.in authen.ex testamento.colum.fi.versi.Illa allegatio. C.de secun.nupt. Fely.in c.querelam.nu.2.de iureiuran.& Cur.Iun.consi.119.pro clara.nu.9.& conf.137.habitu.nu.17.

Animaduertendum item est pro vt hic Do.meus Deci.& communiter Docto.admonent id, quod communiter tenetur pœnam falsi incurri, procedere quando lex in totum est abrogata, prout intelligere debemus glo.nostram, dum exponit statuta non abrogata:abrogata enim vt subdit seruanda non sunt:secus autem erit si sit derogatum legi: & sic pro parte tantum lex sublata sit, quæ propriè non dicetur abro-
78 gata,sed ei derogatum. Aliud enim est † derogare,aliud abrogare.l.derogatur.ff.de verb.signifi.Derogatur legi.(inquit Iureçon.cum pars detrahitur : abrogatur legi, cum prorsus tollitur. Cum legi derogatum fuerit non incurrit pœnam falsi aliam partem legis allegans : quinimò in alia parte cui derogatum non fuit lex obseruari debet,vt not.Bal.in l.1.§. fi.versi.Item no.C.de lati.liber.tollen.

79 Huius ratio est, quia legis † correctio facta non intelligitur, nisi id expresè appareat, vt in iure cautum ita probat text.in l.sancimus.C.de appella.in fi.vbi inquit Iustinianus postquam circa appellationes a diuersis iudicibus disposuit, ac plura constituit, subdit Quicquid autem hac lege nõ specialiter videtur expressum id veterum legum, constitutionumque regulis omnes relictum intelligant. Ad idem etiam facit tex.in l.præcipimus.in prin.C.de testa.ibi, Quod enim non mutatur, quarè stare prohibetur? Ad idem etiam est gl. in versi.nisi.in Auth.de nõ alie. §.fi.& tex.in l.penul.vbi Bal. c.per quas pers.nob.acqui.

Secundo, vt lex abrogata allegari non possit, requiritur quòd non sit canonizata : tunc enim etiam, quòd abrogata per ius ciuile fuisset, tamen vbi ius canonicum seruandum esset,puta in terris ecclesiæ, vel in materia spirituali in toto orbe, illa lex ciuilis canonizata in iure canonico, licet po-
80 stea † abrogata a iure ciuili, pro valida allegari posset, sicut alij canones, ita dicit glo.nota.in cap.in primis.2.q.1.super versi.lege. Cuius dictum probatur ratione vltra Doct.quia postquam lex ciuilis est confirmata, comprobata, seu recepta a canone, virtute comprobationis dici poterit canon. vt in c.cum aliquibus.de rescrip.lib,6.& in l.1.§.hæc omnia. C.de vete.iu.enu.& not.Barto.in l.ambitiosam cir.fi.ff.de decre.ab ordi.faci.

Tertio requiritur, vt lex abrogata allegari non possit, q̃ constitutio corrigens tenuerit: nam si non tenuisset, prima constitutio teneret,ac obseruanda esset.pro hoc facit tex.in c.cum omnes.infra hoc situ.vbi per constitutionem capituli contrariam non fuit sublata antiqua consuetudo,& hoc voluit etiam Barba.hic colum.4.

Verum quia de derogationibus locuti fuimus, aduertite ad praxim Do.Cu.& ad clausulas derogatorias, quæ in rescriptis poni, concedi, & limitari consueuere. In rescriptis iustitiæ in materia commissionum super causis appellationum peti solet derogatio.cap.oblatæ.de appel. ne nimium quis præcurrat. De alijs derogationibus tractat latè Fely.in c.nonnulli.in 2.fallen.de rescrip.super derogationibus in rescriptis gratiosis infinitæ clausulæ inuentæ fuerunt, nos aliquas subijciemus.Derogat regulæ de Insordes cõ.Itẽ derogat Iuri patronatus.de his tracto sup̃ signa.Gratæ. Derogat regulæ de Annali, sup̃ qua latè scribo. Derogat statutis, & priuilegijs ecclesiarum pręterquam pro illegitimis in cathedralibus, & Metropolitanis,ad quæ sunt omnino inhabiles. c.fi.de fil.presb.Alias derogationes videre poteritis in meis scriptis super dicta signa.Gratiæ.

Hactenus tres limitationes attulimus ad ꝛclusionẽ, q̃ lex abrogata nõ liget: diximꝰ.n.limitari vt ꝓdicta ꝛclusio nõ ꝓcedat in lege ꝓ parte abrogata : nec ẽt illã ꝓcedere in lege a iure ciuili iã ꝛstituta,& postea reuocata,cũ ꝑ canones fuerit cõprobata, & canonizata: Verũ ad vnũ aduertitè qñ videli-
81 cet dici possit † lex ciuilis ꝑ Papã cõprobata, & canonizata rndet, q̃ illa q̃ reperit in canonibus incorporata ꝓut voluit glo.in ver.capituli.in c.inprimis.2.q.1.& in c.1.de reb.eccl. non alien.Ias.in l.1.col.9.C.de sum.Trini.Verum aduertendum est,quod leges registratę in decreto ꝑ Gratianum non dicentur canonizatę, sed tm̃ per Gratianum transportatæ pro

pro ut concludit Rip.in l.1.nume.67. si cert. petat. qui ad id adducit duas gl.videlicet in c.2.de rescr.& in c.j.de excep.q̃ id non dicunt : Nec denique locum esse prædictæ conclusioni probauimus,cum lex abrogata fuit per cõstitutionem cõtrariam,quę non tenuit:tunc.n.lex taliter inualidè abrogata allegari potest:paria enim sunt aliquid non facere,vel nulliter,seu inualidè facere.l.2.cum duab.sequen.ff.de optio. lega.c.illud.de iu.patro.c.non præstat impedimentum.de reg. iur.lib.6.sic & iuramentum non ritè præstitum pro non iuramento habetur.l.qui per salutem.ff.de iureiur.

Quarta igitur limitatio in ordine sit, quòd non procedat dicta conclusio in habente potestatem legis condendæ, is enim potest legem correctam, seu abrogatam allegare : de hoc tex.in c.nouit ille.iun.glo.in ver.quicunque.de iudi. in c.quicunque.11.q.1.in c.auctoritatem Martini de præb.lib. 6.Barba.ad id citat tex.in c.Rainutius.de testa.vbi Papa allegauit legem lombardam abrogatam.

Quinta limitatio dari potest, quòd lex abrogata allegari possit si lis fuisset mota, ac ea pendente lex abrogata : & sic
82 simus † in habentibus tractum de præterito, est tex.in Auth. vt cum de appel.cogno.in prin.Bar.in l.fin.ad fi.ver.solutio, aut quis vult allegare leges correctas ad decisionẽ causarũ. ff.de fals.Feli.hic nu.22.& in c.fraternitatis.nu.3.ver.quarto uisis.de hæreti.Hinc videmus,q̃ expirata tutela per aduentũ pubertatis.Insti.qui.mod.tute.fini.in prin.licet q̃ tutor fuerat non possit amplius noĩe pupilli conueniri, hoc intelligi debet principiando negociũ de nouo,secus in causis inchoatis. hæc sunt verba Abb.in c.ex parte vlt.in 3.not.de appell. Amplio ad statutum reuocatum,q̃ allegare possit pro decisione eorum,quæ ante correctionem emerserunt Barto.in l. oẽs populi.versus fi.num.68.vers.Quid de statutis antiquis correctis.ff.de iusti.& iur.Idem etiam voluit Bal.in l.vni. C. de Iusti. Codi.cõfir.Hęc vera intelligatis,nisi in lege,vel statuto corrigente,& abrogante caueretur,seu statueretur circa præterita,& futura : licèt enim lex respicere solum soleat futura per Docto.infra in c.cognoscentes.& in c.fina. & per Bar.in alle.l.omnes populi.in 5.q.prin.tamen Imperator,& Papa possunt legem suam extendere,etiam ad præterita.d.c. fi.hoc titu.ibi Nisi nominatim in eis de præterito caueatur. Curt.Iun.consi.56.num.10.vbi hanc communem affirmat. Ratio huius esse potest,quia cum leges generales, vel municipales abrogantes caueant etiam circa præterita,nec in eis veteres leges locum habeant:tunc nec robur, nec nomen retinebunt legis generalis,vel municipalis:Et hinc est, q̃ quia
83 lex abrogata legis nomen non meretur,† iuramentum,vel factum appositum de seruanda lege, ea abrogata nec iurantẽ, nec paciscentem ligat : per ea,quæ habentur in c.1.de his q̃ fi.a maio.par.cap.secus tamen erit.si iuramentum fuerit prę stitum, vel pactum factum de obseruandis ijs, quæ in lege, seu statuto continentur : tunc enim paciscentes, seu iurantes ad ea obseruanda astringi poterunt. ita tenet Bal.in prelud.feud.col.4.quem refert,& sequitur Andr. Barba.in c.nostro. Ratio differentiæ esse potest, quia vt diximus lex, vel statutum abrogatum tale nomen legis, vel statuti non meretur : ea autem,quæ in lege, vel statuto continentur remanent in suo esse,saltem vt materia.

84 Sexto limitatur, quo ad † rationem legis, quæ non tollitur,etiam si lex sit correcta, prout voluerat Anton. de Butri. & Imol.l.hic per text.in l.eas. ff.de capi.diminu.vbi Iurecon.inquit, quòd ea,quæ naturali ratione sunt fulcita iure ciuili non dirimuntur. nec mirum, quia ius ciuile ius naturale tollere non potest, cum immutabile sit.§.sed naturalia. Institu.de iure natu.gent.& ciui. Ciuilis enim ratio ciuilia iura tollere potest: non naturalia.§.fina.Institu.de legit. agnat. tute.Ratio huius esse potest, quia ratio separata est a dicto.l.fina.& ibi Barto.ff.de offi.procurat. Cæsa.l.qui interogatus.vbi Barto.ff.de peti.hære.vnde abrogata lege non erit abrogata ratio, cum diuersa sint, & consequenter ex ijs illatio fieri non possit, cum ex diuersis non fiat illatio.l.Papinianus.ff.de mino. Vnde non valebit dicere, est abrogata lex, igitur etiam est abrogata ratio legis Contra hoc tamen videtur vrgere consideratio hæc, quòd imò abrogata lege,etiam ratio censeatur abrogata:quia dictum, & ratio sunt partes legis:igitur cum ratio sit in lege tanquam pars in toto:ac in toto pars insit.l.in toto.ff.de regu.iur.cap. in toto partem.eo.lib.6.& hæc ad sensum patent : abrogata lege, & sic toto, censebitur abrogata ratio,& sic pars legis, ac consequenter pars totius.

Solui poterit hæc obiectio si dicamus rationem legis abrogari,quantum ad hoc,quòd non sit necessariò cõcludens, ac liget subditos sicut lex: nõ ideo tamẽ cessabit quin ratio, tanquam simplex ratio allegari possit, etiam ad decisionem causarum, ꝓ quarum decisione, & terminatione ẽt rõ naturalis allegari põt,& q̃ ꝓ lege hr̃ text.est in l.cum rõ naturalis in prin.ff.de bon.damn.in l.scirè oportet.§.sufficit.ibi,ex ipsa naturali iustitia.ff.de excu.tut. c.cum vobis in fi.ibi Tam rationes, quàm canones.de elect. Abb.in c.cum sint homines.in vlt.not.de deci.& in c.secundo requiris.de appel.vbi colum.2.per illum tex.ponderat, quòd sola ratio naturalis licitè allegatur ad decisionem causarum. Idem voluit Isern. in prælud.feud.in 6.quæst.num.48.versi. Nam rationabile dictum.

Dubium autem maius videtur esse in ratione ciuili, nam tex.prædicti loqui tantum videntur de ratione naturali:ego in ratione ciuili putarem distinguendum esse : Aut ratio est generalior lege : & tunc ex generali ratione infertur ad id, quod est particulariter decisum : & tunc abrogata lege poterit ratio allegari ; sicut remota vna specie,non remouetur genus.l.si quid earum.§.interemptum.ff.de lega.3.Aut ratio nõ est generalior, & tunc putarem eam etiã esse abrogatam: nec posse allegari, solo enim iure ciuili fulcita,iure ciuili tolluntur, & in sufficientia tacitè in eo casu decisa declarantur.

Cum igitur ratio legis est naturalis:vel ciuilis generalior lege correcta, poterit allegari, cum (vt supra dixi) aliud sit ratio, aliud dictum.& cum correctio legis vitanda sit, & ea solum correcta censeri debeant, de quibus expresse in iure cautum sit.l.præcipimus.C.de appel.l.sancimus.C.de testa. & dixit Barto.in dicta l.præcipimus, quòd antequam dicatur aliquid correctum,oportet quòd speciali, & specificè illud dicatur, adeo quòd verba generalia non sufficerent ad inducendam correctionem,vt voluit Ias.consi.164.colum. 1.in fin. lib. 2. correcta igitur lege, non censebitur correcta ratio.

Nec obstat,quòd lex nihil aliud videatur,quàm ipsa ratio. c.consuetudo.dist.1.l.cum mulier.ff.solu.matri.quia isto respectu dicitur lex ratio,quia lex semper debet a ratione regulari.l.adigere.§.quamuis.ff.de iu.patr. Et ita etiam ad hoc respondet hic D.meus Phi.Dec.in 2.lect.nu.14. ex quib.firma remanet conclusio,ꝓ ratio legis cum est naturalis:vel ciuilis,lege tamen generalior, allegari potest: quia tunc ratio separata a dicto reperitur, & dicto sublato ratio nõ tollitur.

Huius exemptum in naturalibus habemus, & maxime ad rem nostram:sicut enim se habet anima ad corpus,ita ratio
85 ad legem:ratio enim † est anima legis,vel statuti Bald.in l.si quis seruo.nu.5.versic.ex ijs apparet.C.de fur.glo.in c.consuetudo in ver.ratione.1.dist.Abb.in c.ratio nulla.in 1.not. de præb.D.meus Phi.Deci.consi.64.& diligenter pro viribus.nu.6.versi.Ratio enim legis.

Sicut igit̃ corrupto corpore anima rationalis ꝓmanet, & non expirat ab ipso corpore:ita lege abrogata ratio generalis firma erit:quia quæ generalis est:apta est ad informandas plures leges,& ad plures casus dicidendi sic,& anima rõnalis est apta ad plures status in corpore,& extra:& ideo mortuo corpore ea firma, ac immortalis permanet.& sicut anima irrationalis,quia nõ est apta ad informandum,puta nisi illum equum,vel illum canem:& non ad aliũ statum, equo, vel cane corrupto corrumpitur.Ita illa rõ,quæ non est apta ad decidendum,nisi illum casum,& illud dictũ,dicto abrogato cẽsebitur abrogata, secus autem si tollatur ratio,& illa dr̃ propria, & vera ratio, qua sublata tollitur dictum Barto.in l.si cum exceptione.§.post annum in fin.ff.quod met.cau.Paris. consi.12.num.189.lib.2.

Contra autem nostram principalem disputationẽ obijci posset, ꝓ inutilis sit circa rationem particularem:quia ratio sit particularis tantũ ad illum casum non poterit ad alios casus allegari : igitur friuola hęc dubitatio: Ad id respondeo, ꝓ poterit saltem dubitari, an possit in argumentum adduci. And.Barbat.hic tenet,quòd lex abrogata possit in argumentum adduci.Contrarium tenet Dec.quid tenendum sit subiiciemus : Conclusio,quòd lex abrogata non possit allegari iam fuit sex modis limitata,reliquum est, vt cęteras limitationes prosequamur. & qa quo ad illam,quã tradũt Docto,
86 limitari prędictam conclusionem,cum in argumentum † lex abrogata adducitur crederem aliter dicẽdũ esse(licet Bar.in l.fi.ff.de fals.& in l.1.in fi.ff.de coniun.cum eman.libe.Barb.

in hoc c.ac plerique hanc limitationem admittant) & sic cũ
D.meo Philip.Dec.hic in 1.& 2.lectura, qui hanc limitatio-
nem reprobat res ideo:ea quippe ratione,quia quod allega-
tur in argumentum probata simili, vnde si lex correcta non
probat,quod principaliter disponit: nec etiam probabit a
simili: & in hac opin.est etiam glo.in l.1.in princi. C.de lati.
liber.tollen. vbi inquit, Iustinianus legem per se abrogatam
esse tanquam si nec scripta fuisset memorata lex: cessante
igitur principali,hoc est ipsa lege,cessabit & accessorium,qđ
in argumentum, & a simili allegari possit.l.cum principalis.
ff.de reg.iur.c.accessorium.eo.lib.6.sic etiam dicimus annul-
87 lato principali † omnes clausulas in eo contentas annullari
gl.in l.patronus.§.patronum. in ver.fauianam.ff.si q̃d in fra.
patro.Bar.in l.sicut.§.superuacuum.ff.qui.mo.pig.vel hypo.
solu.glo.fi.in c.significantibus.cir.medium.de offi.dele. Bal.
in c.1.tit.de feud.dat.in ui.leg.commis.& in l.ex testamẽto,
versus fi.C.de fideicom.Vbi ꝙ precarium non valet si ꝯctus
corruit.Rom.consi.171.pro decisione.post num.4. versi.ex
quo consecutiuè apparet nullam esse clausulam precarij di-
ctæ donationi adiectam idem voluit Ias.in l.si ita stipulatus.
§.Ghrisogonus.post nu.48.ff.de verb.obli.& And.Tiraq.de
iure consti.par.3.limi.7.nu.15.& 32. sic & si principale non
88 valet nec † guarentigia tenet Bal.in l.si absentis.col.fi.ver.vñ
scias.C.si cer.pet.per text.in l.fi.ff.de consti.pecu. Rom.con
si.42.uisis post num.3. vers.Quia nullo existente contractu.
consi.57.in causa.versus fi.& consi.76.in causa nobilis.col.fi.
Barba.consi.28.scripsit bellissimè.col.5.nu.13.lib.1.D.meꝰ
Phil.Dec.consi.247.in causa.col.2.

Nec est eadem ratio in tota lege alleganda in argumentũ,
ac in ratione legis: nam lex allegata, quæ abrogata est, non
habet amplius uires:quia decisio legis est correcta: ꝙ si dica-
mus in argumentum allegari posse rationem legis, hoc non
erit inconueniens:quia ratio ipsa lege abrogata(vt in præce
denti lectione dictum fuit) etiam viget:ac robur habet.

Septimo limitatur quando lex abrogata concordaret cũ
noua secundùm Archidia.in c.fina.de offic.deleg. lib. 6. Sed
Imo.quem refert hic Dec.dicit se non videre quomodo lex
noua concordari possit cum antiqua correcta. Moderni re-
spondent id exemplificari posse, quando nouus legislator
prius omnes leges veteres annullaret: & postea nouas cõde
ret in aliquib.conformes:& certè prout voluit idem D. meꝰ
Dec.hic inane eẽt legem veterem allegare: quia tota uis est
in lege noua.Et ad hoc,quòd lex vetusta abrogata nõ possit
allegari,etiam si conformis sit legib.nouis adduci potest tex.
in alle.l.1.C.de lati.liber.tollen.vbi disponitur legem abro-
gatam esse, ac si illa scripta non esset. Præterea text.in l.vni.
C.de Iusti.codi.confir.vbi pœnam falsi statuit imperatur in
eos,qui inter cęteros libros quid ex constitutionib.trium li-
brorum Codicum Theodosiani, Gregoriani, & Hermoge-
niani allegauerint,& tamen certum est constitutiones, quæ
in Codice Iustiniani sunt pluribus constitutionibus in prędi
ctis codicib.similes esse,imò idem disponere, cum pleręque
leges,seu constitutiones,quas in Codice habemus inde de-
promptæ fuerint pro vt ex inscriptionibus legum constat,
quibus veterum Imperatorum,qui eas constitutiones con-
diderunt nomina recẽsentur,& ideo putarem dici posse hãc
limitationem locũ habere si legislator in lege noua diceret
se ꝯfirmare legẽ,quæ aliàs idẽ disponebat,quod lex noua.

Octauo limitari potest cum lex est concessiua priuilegij:
tunc.n.abrogata ẽt sæpè poterit allegari:ex quo tolli nõ po-
tuerit,quo ad ius quæsitum tertio:& præcipuè cum est con-
89 cessum personæ † non subditę,tunc.n.non põt reuocari, vt
dixit Inn.in c.nouit.de iudi.& in c.dilectus.de tempo. ordi.
Ioan.And.in addi.ad Specu.in titu.de censib. §.nunc dicen-
dum.& in titu.de instru.editio. §.nunc vero aliquæ.& Ant.
de But.in c.cum M.Ferrarien.hoc titu.& plures ad id addu-
cit And.Barba.hic: & hæc limitatio incidit in aliam ex supra
dictis,quod lex abrogata allegari possit quãdo abrogata fuit
a non habente potestatem,huiusmodi enim est hęc limitatio
quantum ad personas non subiectas: quia abrogatio facta
non extenditur ad non subditos: & in hac limitatione tota
difficultas est circa subditos.

Et in hac quæstione circa subditos dicendum est,ꝙ lex, q̃
cum subditis transiuit priuilegium, vel contractum poterit
a principe ex causa abrogari, ex quo sequitur, ꝙ subditus
tunc non poterit illam legem, vel constitutionem abrogatã
pro se allegare: istud fuit singulare dictum Inno.quem re-
fert hic Barb.& sequitur Ant.de But.in alleg.c.cum M.hoc
tit.pro quo dicto Moderni plura cumulant in l.si verò.§.de
viro.ff.solu.matri. Et hoc pendet ex quæstione an contra-
ctus celebratus inter principem, & subditum, a principe
possit reuocari: Si enim reuocari poterit, tunc lex contra-
ctus,seu priuilegium abrogari poterunt: & consequenter al
legari non poterunt: Dicendum igitur erit, quòd concessa
subditis reuocari possint, etiam si sit translatum dominium
vel ius,vt tenent communiter Docto.in c.nouit. de iudic. &
hic. & Bald.in l.qui se patris. C.vnde libe. & hæc est verior
opin.licet contra eam tenuerit Bald.in c.1.de feu. sine cul.
non amit.cir.prin.vbi dicit, quòd non potest reuocari sine
causa.

Est tamen sciendum,quòd doctrina præmissa,quòd Prin-
ceps priuilegium reuocare possit sine causa procedit in sim-
plici priuilegio: nam si priuilegium, vel gratia concedatur
in renunciationem,vel seruitij, vel pecunijs receptis: tunc
non eimus in natura simplicis priuilegij: sed transit in con
tractum,licet concessio sit facta in forma gratiæ: & propte-
rea non poterit etiam inter subditos sine causa reuocari: &
ad cognoscendum qualitatem concessionis non inspicitur
nomen,quod imponitur concessioni, seu dispositioni: Sed
effectus,& forma facti.iuxta tex.in l.insulam.ff.de præscrip.
ver.& per Bald.in rub.C.de iu.emphiteu. versus fin. & facit
text.in l.fundi.C.de fun.patrimo.lib.11.

Quòd autem princeps reuocando priuilegia, gratias, &
facultates sub quibusuis fortissimis clausulis, non reuocet
concessas recepto precio,& in vim pacti patet,quia reuoca
ret conuentionem, quod non potest, vt optimè concludit
Bald.in alle.l.qui se patris.col.7.vers.Hoc scias, quòd si prin
ceps recipit precium significat venditionem & c. C.vnde li-
be.Ancha.in cap.1.nu.8.hoc titu.de constitu.lib.6.Roma.cõ
si.252.pro decisione.num.3.Abb.in c.nouit.nu.25. de iudi.
90 ibi,Quia illud transiuit in quasi contractum † quo etiã prin-
ceps obligatur Feli.in c.quæ in ecclesiarum.nu.51.vers.secũ-
do confirmatur.infra hoc tit.D.meus Phil. Dec. consil.286.
in causa communitatis.nu.6.& consi.292.& pro tenui.nu.7.
Curt.Iun.con.174.in causa vertente.nu.24.& nu.33. vbi di-
cit opin.Bal.de qua supra communiter teneri. Ludo. Goza.
consi.14.num.28.& Paris.consi.82. incipien. aduertendum.
nu.48.& seq.& nu.52.hanc cõem opin.affirmat.lib.1.

Ratio autem præmissorum ea est, quia in contractib.prin
ceps cẽsetur vti iure priuati.Pau. Castren.in l.digna vox.C.
de legib.Roma.cõsi.436. quod indultum.nu.17.& sequ.Ias.
post alios in l.traditionibus.C.de pact. & Dec. d. consi.286.
nu.6.& ꝙ princeps ex ꝯctu ẽt subditis,& fidelib.teneatur de
iure gentium,& ciuili voluit Cyn.in alleg.l.digna vox.C.de
legib.Bal.in l.princeps.in 1.lectu.C.eo.vbi inquit,ꝙ si prin-
ceps non obligatur alijs,nec alij obligarentur ei, & ex regu-
la correlatiuorum: iste enim terminus princeps, dicitur ad
aliquid,seu (vt dicunt)ad conuertẽtiam,& sic princeps,sub-
ditorum princeps:& subditi sunt principis subditi:correlati-
uorum autem idem est ius.l.fi.& ibi Bar.in vlt.nota.ff.de ac-
ceptila.l.1.& ibi Bar.ff.quod met.cau. Principi igitur inter-
dictum esset commercium,& esset tanquam exul, vt subdit
Bal.in d.l.princeps.Et dixit Bal.in l.1.in prin.ff.de nauti.fe-
no.Quòd licet Deus summo Imperatori subiecerit leges:nõ
tamen subiecit contractus, ex quibus obligatur,sequitur.
Mar.Soci.Iun.consi.76.cum diebus.num.15.lib.1.Idem cõ-
cludunt Abb.& Feli.in c.1.de probat.

Demum sciatis,quòd si Princeps motu proprio reuocat
ea, quæ obseruare tenetur fingitur circumuentus, adeo ꝙ
contrarium probari non possit, quasi sit præsumptio iuris,
& de iure D.meus Phil.Dec.consi.588.viso puncto. nu.19.
Hinc ego inferebam dum essem defensor Militum S.Petri &
non seruarentur quædam priuilegia puta doctorandi,nota-
rios creandi,& exemptiones ab honeribus,& gabellarum so
lutione,ꝙ id fieri non poterat,ex quo nobis concessa fuerãt
per contractum initum cum sede Apostolica.

Prosecuti etiam fuimus octo limitationes ad regulam il-
lam, quòd lex abrogata non potest allegari, supersunt non
nullæ aliæ limitationes per Docto. hic traditæ, quæ faci-
liores præmissis sunt, illas per vos videre poteritis. Tran-
seo igitur ad 2.par.glos. & consequenter ad ea,quæ super il-
la Abbas hic tractat.Conclusio glo.& Abb.est,ꝙ tex.noster
procedit in canonibus præcipientibus, seu prohibentibus,
non autem in consulentibus.iuxta tex.in §.fi.14.q.1. vbi ex
epistola Gregorij ad Iouianum dicit, Quòd precipitur im-
peratur,quod imperaẽ necesse est fieri,si nõ fiat pęnã habet.
Vbi

Vbi consilium datur offerentis arbitrium est.ad idem addu-
cunt text.in §.& si legibus qui est finalis.4.distinct.vbi idem
dicitur videlicet,ꝙ decretum necessitatem facit, exhortatio
verò liberã volũtatẽ excitat.quo ad primã par.ꝙ canones,q̃
præcipiunt seruare debeant omnes concludunt cum glo.&
Abb.hic,quod etiam voluit Abb.super rub. de obser.ieiu.
versus fi.Amplio vt etiam præcepta Imperatoris præcepta
91 legis: & † p̃cepta cuiuis superioris:siue affirmatiue, siue ne-
gatiuè seruanda sint.c.si quis teneat.& c.omnes.de maio.&
obe.c.nouit.de iudi.toto tit.ff.si quis ius dicen.non obtem.
Sic & præceptis ducis exercitus parẽdum ab omnibus mili-
tibus est,imminete alioqui capitis pęna l.3. §.in bello, & l.
omne.§.contumacia.ff.de re mili.& habemus apud Cæsarẽ
lib.5.Belli Galli; Quo p̃cepto ab his diligentissimè obserua-
to &c.Habemus exemplũ Mallii Torquati, q̃ ꝓprio filio nõ
pepercit, ẽtꝙ res ꝓsperè successisset vti apud Titũ.& Vale.
Max.Quanto magis p̃cepta diuina seruari debebunt? Hinc
scribit Deute.c.4.Custodite p̃cepta atq; Mãdata Dei, q̃ ego
p̃cipio sibi,vt bene sit tibi.& filijs tuis post te.& Osod.4.obli
ta es legis Dei tui: obliuiscaret ego filiorũ tuorum.c.quę ꝯ
mores.vers.Quanto magis Deo. 8.dist.Saul ꝓꝓ trãsgressio-
nẽ diuini p̃cepti a regno expulsus fuit.1.Reg.c.51.& ante ip
sum, & diu ante primi parẽtes ꝓꝓ transgressionẽ p̃cepti di-
uini a paradiso terreste expulsi fuere. Genes.c.21.Animalia
irrationalia,& sol et elementa p̃cepto Dei parent.Iob.9.Itẽ
p̃cepit soli,& nõ orit.ac Iosue.c.1.sol ꝯ Galaon nõ mouearis.
Præcepit Dñs coruis vt pascerent Eliã, & fecerunt.3.Reg.c.
27.Amplio decisionẽ gl.& Abb.hic volentiũ canonibus p̃ci-
pientibus omnino parendũ esse, nõ aũt consulentibus, ad p̃-
cepta, & consilia testatoris: vt illis heres oĩno parere debeat,
92 nõ aũt † concilijs: ꝓ vt ꝓbaẽ in tex.l.peto.§.fratre.ff.de leg.
2.in l.pater.§.filius Agrippa.& in l.Lucius.ff.de leg.3.in l.fi-
lius familias.§.diui.vbi Bar.& latè Ias.in vtraq; lect.ff.de leg.
Grat.respon.66.visis.lib.2.& ꝙ canonibus cõsulentibus nõ
tenamur parere pondero text.iun.glo.in c.omnis homo.de
consecra.dist.2.vbi ꝙ ante sacram communionem a propria
vxore, quis per plures dies abstinere debet supplet gl.ꝙ est
de concilio non autem de præcepto.

Pro clariori cognitione eorum,quæ glo.& Abb.hic con-
cludunt circa canones consiliũ cõtinentes,tres casus a Doct.
considerant. Primus est in consilio ꝑfectionis. Videlicet vt
hoĩes ꝑfectiores reddanẽ, exempla habemus Mathei.c.5.&
Lucæ.6.ac 1.ad Corinth.c.6.Diligite inimicos vestros:bene
facite his, q̃ oderũt vos.& orate ꝓ ꝑsequentibus, & calum-
niantibus vos. Si q̃s te ꝑcusserit in desteram maxillam tuã,
ꝓbe illi & alterã, ei q̃ voluerit tunicã tuã tollere dimitte ei,
& palliũ. Quare nõ magis iniuriã accipitis?Quare nõ magis
fraudem patimini?hæc sunt exempla ꝑfectionis.& consilij,
quo q̃s ꝑfectus euadere poterit, de q̃bus in c.1.& in c.fi.14.
q.1.& gl.ibi in sum.in locis ꝓximè citatis Illud ẽt est cõsiliũ
ꝑfectionis si uis ꝑfectus esse, vade,vende oĩa q̃ habes, & da
pauperibns,& habebis thesaurũ in cęlo.Matthei 19.& Lucę.
93 12.Talibus † concilijs concordaẽ oẽs hic neminem ligari, ẽt
si sit religiosus,adducunt tex.in cle.exiui, de ver.signi.q̃ op-
timè facit.vers.Nos circa hunc arciculum, vbi ꝙ fratres mi-
nores non tenenẽ ad consilia euangelica,q̃ in eorũ regula nõ
94 continetur,Hæc,& similia consilia dñr exortationis,q̃ liberã
volũtatẽ excitãt.c.fi.§.fi. 4.dist.c.quod debeẽ.14.q.4.limita-
tur iste primus casus,ne quis ad consilium ꝑfectionis teneaẽ,
Primo nisi quis se adstrinxerit consilijs, vt faciunt religiosi
ꝓfitentes,& vouentes castitatem, paupertatem:& obedien-
tiã:q̃ licet ꝑfectionis sint, q̃s obligaẽ, nõ ex iure canonis cõ-
sulẽtis:sed ex vi voti,& obligationis ꝓ quo optimè facit di-
cta cle.exiui.de verb.signifi.vbi ꝙ fratres minores ad hæc,&
alia, de quibus in eorum regula, quam seruare proferentur
tenentur, licet aliq̃ñ hæc concilij sint pro quo etiam est tex.
in c.cum ad monasterium.in fi.de statu mona.vbi quòd su-
per paupertate, & castitate huiusmodi nemo dispensare po-
test:Subdit tex.quòd nec etiam summus Pontifex,quod vl-
timum intelligete vos sane,videlicet,nisi ex magna causa:le-
gimus enim dispensatum aliàs fuisse cum monaco, vt vxorẽ
duceret,vel ad tempus cũ ea moraretur,donec prolem susci
peret,ac postea ad monasterium rediret super quo videri
poterit apud diuum Thomam.2.2.q.88.artic.9.per Innoc.
in allega.capitu.ad monasterium de statu mona.per Ioan.
And. in capitu.semel Deo, & in cap.actus legitimi.de regu.
iur.lib.6.De iis tractaui super signa.gratiæ text.de dispensa.
matri.

Secundo limitatur ille primus casus, quando quis venit
95 contra † consilium ex contemptu,seu in contemptum: tunc
enim quis mortaliter peccaret. c.quis autem leges principũ,
iuncta glo.10.dist.Ioã.And.in c.sacris.quod met.cau.Feli.&
alij in c.2.de maio.& obed.D.meus Phil.Dec.hic in vtraque
lect.& in c.cum non ab homine,in 6.not.de iud.& vbiq; no-
tant præallegati ex contemptu aggrauari delictum:aliàs le-
ue. pro quo etiam adduci potest illud.4.Esdr.c.1.post princ.
Ipsi autem irritauerunt me: & consilia mea spreuerunt. Et
dixit diuus Thom.2.2.q.186.art.vlt.circa medium. & Felin.
hic post num.26.ꝙ ratione contemptus aliquid efficitur de-
lictum,quod non erat,prout etiam voluit glo.magna in fi.in
l.1.§.fin.ff.si quis ius dicen. non obtemp. Et dixit Gemin.in
96 §.omnis,col.2.dist.25. ꝙ peccatum † veniale ex vsu, & con-
temptu efficiẽ mortale. Et voluit Alex.de Ales in 4.par.suæ
summæ,q.104.memb.3.licet hora comedendi tempore ieiu
nij sit de consilio, eum tamen, qui ex contemptu illum non
seruat, peccare.

97 Secundus casus consideratur in consilio † reuerentiæ, qđ
98 quidem Doct.hic obligare affirmant,adducunt tex.† in c.te
stamentũ. vers.sed ab imolatione sacri misterij (vt arbitror)
abstinere debet humiliter, dist.6. vbi glos.in vers.humiliter,
inquit,illud esse consilium.Verum licet d.glo.ibi,& Doc.hic
concludant illud esse consilium reuerentiæ, subtilius intuẽti
apparebit illud potius esse præceptũ, ponderando verbum,
99 †debet, ꝙ de sui natura necessitatem infert, vt omnino quid
faciendum sit,vt probatur 2.ad Thessal.1.sub ijs verbis.Gra
tias semper agere debemus Deo,pro quo adduco tex.in l.p̃-
tor,in prin.ff.de eden.& in l.1.in prin.ff.quod quisq; iur.in c.
oblatæ,§.superior.ibi,potest,immo debet, de app.glo.in l.sæ
pè,ff.de off.præsi.Bar.in rep.l.creditores,num.3. C.de pign.
Pondero etiam vltima verba d.c.testũ,quæ sunt ea die absti
nere oportet,quod quidem verbum,non potestatis, & volũ
tatis,sed necessitatis est,l.verbum oportere.vbi omnes, ff.de
verb.sign.Adducunt etiam Doct.hic,tex.in c.ad aures,ad fi.
iunc.glo.de ęta.& qual.p̃ficiẽ.vbi Papa ꝯsulit medicum,ꝙ si
eius conscientiã eũ remordeat,ad maiores ordines nõ ascen-
dat? quod quidem consilium,si conscientia remordeat,præ-
cepti vim obtinet super consilio reuerentiæ,Fely.hic nu.29.
remittit se ad ea, q̃ tractabit: in c.nã cõcupiscentiã ĩ.hoc tit.

Tertius casus adducitur,quando materia est de pręcepto,
& tunc in effectu sit præceptum,licet verba aliud sonent, vt
per Dec.hic, num.47.in prima lect.per tex.in c.2. de maior.
& obed.& ad supra adducta num.91

Venio ad glo.in vers.ab omnibus,quæ in duas partes diui
di potest. In prima enim corroborat dictũ tex.nostri,arguẽs
a simili. In secunda parte,q̃ est ibi. Et dic ab omnibus,decla-
rat,seu limitat tex.nostrũ. Redeo ad primam partem gl.quæ
volens ostẽdere veritatẽ nostri tex. ꝙ canones seruandi sint
ab omnibus,dicit,sic,& leges ab omnibus sunt seruandę,l.le-
ges,vt gñales ab omnibus ęquabiliter in posterũ obseruẽtur,
C.de legi.Adducit etiam tex.in l.pen.C.de iu.& fac.ign.vbi
ꝙ nemo legum ignorantiam prætendere potest. Ad idem
etiam est tex.in l.leges sacratissimæ, quæ constringunt homi
num vitas, intelligi ab omnibus debent, C.de leg. Igitur ad
similitudinem legum ciuilium,quæ omnes ligant: sic & con-
stitutiones canonicæ omnes ligabant.

Dũ verò glo.subdit ab omnibus.s.subditis, restringit tex.
(inquit Abb.)ad subditos,vt canon solos subditos coerceat.
Et sic restringitur dictio,omnibus,quæ vľis est,neminem pe
nitus excipiens,l.testoribus.& l.Iulianus.ff.de leg.3. Et in sa
cra pagina habemus Psal.8. Omnia subiecisti sub pedib.eius
iun.declaratione Pauli ad Hebr.2.sub ijs verbis:In eo enim,
ꝙ omnia ei subiecit,nihil dimisit non subiectũ.& ad tex.iun.
glo.in ver.aliorum,in c.vt circa,de elect.lib.6. Restringiẽ hic
dicta dictio vľis,vt tantũmodo comprehendat subditos,seu
subiectos,vt per Abb.& alios hic:& sic interpretatio fieri vr̃.
i.ab aliquibus ex omnibus, iux.tex.in c.mulier, quæ accesse-
rit ad omne pecus,iuncta glos.15.q.1.& in c.si quis omnem
traditionem. vbi glos.exponit.i.aliquam ex omnibus.1.q.7.
Hinc ad praxim infertur, ꝙ si testis dicat: Audiuisse ab om-
100 nibus dici, videlicet † ab omnibus hominibus ciuitatis, non
incurrit in periurium, seu in crimen falsi,quia subaudire de-
bemus. Ab omnibus huius ciuitatis. s. loquentibus de hac
materia, iuxta glos.in c.si verò.2. in versic.omnes leges.s.de
materia loquentes, de senten.excommun.in c.omnes leges.
1.distin. Et licet Innoc.hic improbet hanc expositionem il-
la satis probabilis videtur.

REPE-

REPETITIO IN CAP. SECVNDO DE CONSTITVT.

Celeberrimi I. V. D. Quintiliani Mandosij.

SVMMARIVM.

1 *Lex futura respicit.*
Cap.2.de constit. subordinatur ad cap. primum
2 *Diuisionis effectus.*
3 *Constitutio noua, an respiciat præterita, & futura?*
4 *Pœnam subsistere non debet culpa carens, & numero 10. ac 26. ac numero 44.*
5 *Lex abrogata licitè allegatur pro causa inchoata ante reuocationem legis.*
6 *Præterita etiam respiciet lex, si hoc caueat.*
7 *L. sancimus nemini. C. de sacrosan. eccles. intellectus.*
8 *Statuta stricti sunt iuris, & non extendenda.*
9 *Pecuniaria pœna pro homicidio per statutum imponi non potest.*
11 *Præterita tantum lex quæ indulget, quando respiciat?*
12 *Ius canonicum præcipuè salutem animæ respicit.*
13 *Rationibus duabus stantibus vna sublata constitutio remanet in suo robore.*
14 *Maleficia non expedit remanere impunita.*
15 *Corporales pœna minima qualibet pecuniaria maior est.*
16 *Peccandi materiam statuta dantia non valere.*
17 *Bannitus quòd soluens centum remittatur statutum ex aliqua causa fit.*
Et quid si deliquerit ante statutum, post statutum vero bannitus fuerit, numero 22.
18 *Publicam ob vtilitatem concedunturalijs prohibita.*
19 *Dominijs rerum, & proprijs vsibus aliquos priuari ob publicam vtilitatem, & num. 28.*
20 *Aedificari mandat ecclesiam episcopus, esto, quòd fiat alteri, præiudicium perpetuum, & num. 28.*
21 *Sanguinis pœnam archiepiscopus, vel episcopus inferre non potest.*
23 *Exorbitantis dispositionis exclusio fauorabilis censetur.*
24 *Lex semper loquitur, qualiter accipi debeat?*
25 *Tempus constitutionis non seruans eius formam non seruare dicitur.*
27 *Causa quę esse debeat, & sine culpa quis puniatur?*
29 *Corpore vitiati ab ecclesia Dei repelluntur.*
30 *Statutum quem absque culpa pro alio puniri, an valeat?*
31 *Culpa ex aliena quis tenetur. & num. 37.*
32 *Vnius ex delicto plures puniri.*
33 *Naturalia iura dispositio contra non valet.*
34 *Pœnam quem pro alio substinere, iniquum est.*
35 *Anima quæ peccauit, ipsa morietur. & num. 41.*
36 *Filius non portabit iniquitatem patris.*
38 *Pœna pecuniaria mulctari possunt culpa carentes.*
39 *Pater quando pro filij delicto puniatur?*
40 *Dura lex, dura constitutio, dura consuetudo seruanda.*
41 *Ipsa dictio, est personalissima.*
42 *Peccatum vnius, animum alterius non afficit.*
43 *Peccatum primorum parentum, genus humanum afficit.*
44 *Delicti propter atrocitatem vnus pro alio quis punitur.*
Feudis in delictum paternum nocet filijs.
45 *Actus retractatio an sit damnum, vel pœna?*
46 *Annullatio actus an sit pœna?*
47 *Et, dictio est implicatiua similium.*
48 *Pœna est vbicunque lex personam pro vindicta lædit.*
49 *Præteritionis pœna est annullatio testamenti.*
50 *Ignorans statutum, seu legem culpa carens, pœnam euitat.*
51 *Concilium Tridentinum prouidè denunciationes matrimoniales instituit.*
52 *Simoniacè ignoranter ordinatus, quomodo excusetur.*
53 *Clericus quis non præsumitur.*
54 *Lata culpa, an æquiparetur dolo.*
55 *Duntaxat, dictio restrictiua.*
56 *Lata culpa non æquiparetur dolo, quando pœna est corporis afflictiua.*
57 *Homicida non dolosus an ex statuto pœna mortis puniri debeat?*
58 *Cap. si quis suadente, an procedat in lata culpa?*
Commentariensis pœna capitis punitur, si carceratus aufugerit.
Poculum amatorium, vel abortionis dans, pœna capitis punitur.
Medicamento mulieri dato, vt pariat, ea mortua, non incurrit pœna capitis.
Arcem perdens, capite punitur.
Medicus imperitus, quando pœna corporis puniatur.
Assessor imperitus aliquem indebitè parere faciens, qualiter puniatur?
59 *Ignorans, an, & quando statuto ligetur? & num. 63.*
60 *Soluendo, qui non est, luat in corpore, regula, quomodo procedat?*
61 *Constitutio vt liget, an requiratur lapsus duorum mensium?*
62 *Ligat lex a tempore a iure statuto.*
64 *Constitutio inferioris a principe quando liget?*
65 *Prouincialis constitutio, a quo tempore liget?*
66 *Priuilegium quando liget?*
67 *Dominium non acquiritur ante acceptationem.*
Gratia alicui concessa, an præsumatur acceptata?
Præsens in loco præsumitur scire quæ ibi fiunt.
Impensa vbi modica requiritur, actus factus non præsumitur ad instantiam eius, ad quem spectat.
68 *Beneficium ante acceptationem prouisi non dicitur suum.*
69 *Executor Apostolicus iurisdictionem exercere non potest ante literarum receptionem.*
70 *Ciuilitatis priuilegium in absentem ante scientiam non operatur.*
71 *Familiaritas est quidam consensus reciprocus.*
72 *Decretum in constitutione, an operetur, vt statim liget.*
73 *Decreti irritantis formula.*
74 *Decretum irritans ligat ignorantes.*
75 *Lex habens decretum irritans, an liget ante publicationem.*
76 *Decretum sub conditione, an suspendatur in euentum conditionis.*
77 *Menses duo, qui dantur ad hoc, vt constitutio liget, a quo tempore currere incipiunt.*
78 *Publicatio generalis in curia Romana ad hoc, vt constitutio liget, an sufficiat.*
79 *Pontificia constitutio satis est, vt Romæ publicet.*
80 *Ignorantia per iuramentum probari potest.*
81 *Iuramento probari potest, quæ in animo consistunt.*
82 *Ignorantiam constitutionis promulgatæ modus probandi.*
83 *Banna vbi fieri debeant?*

EXpeditis ijs, quæ præcipua erant in præcedenti capitulo primo de constitutionibus, vt nouum quid, non tamen a proposito nostro extraneum sumeremus, obtulit se se nobis tex. in cap. 2. eod. tit. de consti. qui (vt infra videbimus) continet materiam & vtilem, & frequentem, ac quodammodo necessariam, (arbitro etiam doctissimo D. Doctore Romuleo, qui dignatus est pro sua immensa humanitate principio nostrarum lectionum super hoc c. 2. adesse ad perfectam intelligẽtiam cap. primi, & ideo in eo aliquantulum exponendo mihi elaborandum esse censui, vt non minus vtilitati vestræ, quàm mihi ipsi satisfaciam.

Tex. noster in c. cognoscentes, non indiget alia continuatione ad præcedentia. Sicut enim de lege, ad legem continuatio non est facienda, vt volunt glo. & Docto. in l. Gallus, ff. de liber. & posth. ita nec erit necessaria continuatio de capitulo ad capitulum. Tamen, vt ordo maior summi Pontificis appareat in hoc tit. nostro de Constitutionibus, non ab re erit, capit. huius cognoscentes: & sic capitulũ secundũ ad capitulum primum connexionem detegere, & ostendere: eo maximè, quia tex. præcedens quodammodo mancus videbatur, nisi summus Pontifex in hoc capitulo secundo declarationem, ac suppletionem ad ea, quæ in primo capitulo dicta sunt, attulisset. Erat enim conclusio præfati capituli primi canones ab omnibus custodiendos: & in actionibus, & in iudiciis ecclesiasticis. Vnde dubitari poterat, an id semper ita se haberet, & ideo deciditur, ac quodammodo limitatur præcedens conclusio per hunc text. in cap. nostro, q̃ non habeat
1 locum in negotiis præteritis: natura enim † legis est futura respicere, vt docet Plato lib. 13. cui titulus Theętotus, vel de scientia, circa med. vbi inquit. Nam quoties leges condimus, vt in posterum profuturas condimus: & parum post. An non legum quoque lationes, vtilitasq; ad futurum spectãt? & habemus tex. in c. fi. ẗ. eo. vbi latè Doct. ad quod est etiam tex. in l. leges. 1. & 2. C. de legib. & in Authen. vt factæ nouæ constit. Bart. in l. omnes populi, in 5. q. ff. de iustit. & iu. & est communis Doct. sententia, de qua infra latius videbimus: & hæc erat connexio, seu subordinatio huius cap. 2. ad capitulum primum hoc tit. nostro. Et similes continuationes nõ inconueniunt, prout etiam videmus Instit. de suspect. tuto. §. ostendimus, & §. consequens. vbi fit continuatio ad §. præcedentem.

Nunc cum diuisio ea sit, quæ (vt tradit glos. in proœ. Instit. in §. igitur. † animum legentis incitat, mentem intelligen
2 tis præparat, memoriam artificiosè reformat. Et per diuisionem quid clarius, & apertius intelligitur glos. in l. 1. ff. de doli excep. & est bonus tex. in §. sed non vsque. Instit. de leg. Ioan. Monach. in c. locupletari, de regu. iur. lib. 6. a diuisione tex. nostri eius explicatio exordium ducet. Diuiditur igitur tex. noster in tres partes. In prima enim ponitur regula, ex qua

qua sumitur ratio. In secunda, quæ est ibi, quoties, ponitur ipsa constitutio. In tertia, quæ est ibi, ne detrimentum. applicatur ratio ad factum. Ita diuidit hic Abb. Melius tamen erat dicere, quòd in tertia parte applicatur ratio ad decisionem factam.

Summarium per Abb. hoc ex tex. habemus. Constitutio respicit futura, non pręterita, quod communiter admittunt Doctor. Aret. Felyn. & Bernar. & cæteri. Posset tamen dici hoc esse summarium tantum secundæ partis huius capit. cognoscentes, non autem totius capit. prout esse debet: nam vt inquit Barbat. hic, & supra cap. 1. debet summarium, (vt eius verbis vtar) exuiscerare totam decretalem. Et Cagnol. in l. si quis maior. numero 2. C. de transactio. redarguit summarium scribentium ibi, quia non complectitur totam medullam tex. illius legis: & ideo aliter summari posset in hunc modum, sine culpa damnum sentiri non debet: ideo constitutio non respicit præterita, sed futura: ne quis detrimentum ante prohibitionem sentiat. Vel etiam summari potest, prout hic per Barbat. Constitutio noua, & pœnalis regulariter futuros casus comprehendit, non præteritos. Sed etiam hoc summarium minus perfectum exiuit, quia tantum tangit vnam partem text. & non minus reprobari debet, quam ipse Abbatis, & aliorum summaria reprobet, licet suam pro meliori tradat: & ideo transeundum erit cum summario, quod supra posui, cui simile est illud Baldi in hoc cap. quod tale est. Vbi non est culpa, ibi non debet esse pœna: Et nouum statutum futuris dat formam, non præteritis, ne iusta ignorantia puniatur.

Casus, seu quæstio erat, an † noua constitutio respiceret præterita, & futura, an verò futura tantum: & quod etiam ad præterita extendi deberet, suaderi videbatur.

Primo per textum in l. sancimus nemini licere, C. de sacrosanctis ecclesiis. qua lege probetur alienatio rerum ecclesiæ: & tantum permittitur in casum redemptionis captiuorum: & postea in fine subditur eam legem, non solum ad futura negocia referri: sed etiam in iudiciis pendentibus locum habere. Igitur constitutio non determinat solum futura. Verum ne quis existimet materiam alienationis rerum ecclesiarum pendere in omnibus a iure ciuili ante illam penitus decidi a iure canonico, iuxta quod alienatio prohibetur, nisi adsit euidens vtilitas, prout toto titulo de rebus eccl. non alie. ac in extrau. Ambitiosæ Pau. 2. inter commu. Et iuxta praxim Romanam.

Secundo per textum in l. sancimus, res ad venerabiles, eodem titulo. C. de sacrosanctis ecclesiis. vbi disponit Imperator, quòd curialis dans bona sua ecclesiæ, vel hospitali, & similibus locis, liberè disponere possit: nec sit necesse quartam partem bonorum suorum apud curiales remanere debere: sed omnia bona integrè ad prædictas ecclesias spectare fauore ecclesiæ, licèt secus sit in his, quæ priuatis dantur. Vltimo in fi. legis prædictæ cauetur illam legem non solum in casibus, quos in futurum tempus creauerit, sed etiam in casibus pendentibus obtinere. Non igitur solum ad futura constitutio arctari debet.

Tertio per textum in l. finali, C. de sacrosanctis ecclesiis. disponitur enim ibi, quod relictis, vel donatis locis piis, vel ciuitatibus non obstat alia præscriptio, quam centum annorum: & quòd ea lex obseruatur, & in his casibus, qui vel postea fuerint nati: vel in iudicium deducti sunt. Ecce igitur, quòd etiam ad casus præteritos extenditur constitutio, seu lex: necesse est enim prius casum emergere: deinde in iudicium deduci.

Quarto, quòd constitutio etiam ad præterita extendatur, probatur per tex. in l. leges, & constitutiones. C. de legi. vbi statuitur leges, & constitutiones ad pręterita, ita etiam referri, si adhuc pendentibus negociis lex lata sit: non igitur respiciet tantum futura.

Quinto per text. in l. 2. §. fin. ff. de iureiuran. propt. calum. vbi cauetur iuramentum calumniæ in primordio litis præstandum esse: In causis autem pendentibus, cum primum partes ingrediuntur iudicium: Lex igitur, seu constitutio, etiam ad præterita extenditur: quia ad casus, qui iam emerserunt, ac in iudicium deducuntur.

Sexto, cum lex in præteritum quod indulget, in futurum vetat. l. cum lex, ff. de legibus. ergo a contrario sensu, quod argumentum in iure est fortissimum, l. prima, ff. de offi. eius, capit. cum Apostolicum, de his quæ fiunt a prælato sine consensu capituli. cum lex in futurum vetat, in præteritum indulget, dicta l. cui lex: ergo lex, seu constitutio disponit etiam circa præterita, quia indulget: & talis indulgentia constitutio est. §. sed & quòd principi. Instit. de iure natur. gent. & ciui. & indulgere est effectus dispositionis principis, vt dicto §. ergo, & ad præterita noua lex, seu constitutio extenditur.

Septimo per textum in l. diui, C. de natu. liber. in qua lege Imperator Zeno statuit licere his, qui vxorem non habent, nec ex vxore habita legitimam prolem ducere in vxorem mulierem ingenuam eam, ex qua filios habuit, ac eius concubina fuit, quo casu filij in potestate rediguntur, prout ad idem est textus in §. finali. Instituta de nuptiis. Et hæc, inquit, Imperator locum habere etiam in his, qui ante eam legem tales filios naturales ex concubinis erant consequuti: ergo lex etiam ad præterita extenditur, non solum ad futura.

Octauo, quia si aliqua lege municipali caueatur, quòd bannitus centum soluendo, liberetur a banno, talis lex non prodest ei, qui commisit delictum post statutum. Bartol. in l. cum lex, ff. de legibus. ergo constitutio non refertur ad casus ad futuros tantum, sed ad pręteritos etiam: immo quòd magis est ad pręteritos tantum. Nec obstant, quòd statuta sint leges particulares, quia eadem est ratio totius, & partis, l. quæ de tota, ff. de rei vendicat. l. qui sit, primo respon. ff. de vsur. l. si duo, in fi. ff. de administr. tutor. l. si seruus, in fi. ff. de acquiren. hæred.

Nono per tex. in cap. cum tu, de vsur. vbi summus Pontifex vult vsurarios etiam ante constitutionem factam ea constitutione noua coercendos esse: non ergo futura tantum respicit.

Decimo, & vltimo per textum in capitu. si quidem, decima quæstione prima. vbi statuitur dotes ecclesiarum ad episcopi ordinationem pertinere, & hoc habere locum in præteritis: quia pręterita ea constitutione corrigi debent, ac futura prohiberi: ergo constitutio etiam ad præterita extenditur. Ad idem est textus in capitu. cum in cunctis, de electionibus. Disponit idem summus Pontifex vigesimumquartum annum attingere debere eum, qui ad beneficia curata admittitur, & infra tempus statutum ordinari debere: aliàs priuandum fore non obstante appellatione, nisi ex causa legitima: & id locum habere in promouendis: & etiam in his, qui iam promoti sunt: constitutio ergo ad præterita extenditur: Ex quibus omnibus decisio texti nostri dubitabilis videtur, immo quòd indistinctè dicendum esset constitutionem præteritam respicere. Contrarium statuit summus Pontifex prædictis non obstantibus. Et qua ratione id fecerit, ac quo pacto contraria tollantur, videndum erit: Excogitandæ igitur erunt rationes decidendi in tex. nostro, & solutiones ad ea, quæ contra tex. huius decisionem allata sunt, de quibus nobis agendum erit.

Habuistis plures rationes, quibus tex. nostri decisio in dubium reuocatur, reliquum est nunc, vt inspiciamus, quibus nam rationibus motus summus Pontifex constitutiones futura tantum respicere sanxerit.

Ratio decidendi manifestè apparet in textu, & vna est, licet duplex esse videatur. Ideo enim constitutum est nouas constitutiones respicere futura, non autem præterita: ne ignorantes puniantur. Ratio rationis est, quia culpa ca-
4 rent: & † pœnam, qui culpa caret, substinere non debet: vulga. capit. sine culpa, de regulis iuris, libro sexto. sine culpa, nisi subsit causa, non est aliquis puniendus: & in simili est text. in capit. satis peruersum. 56. distinctio. in aliud est fraus. ff. de verborum significatio. in princip. & in l. absentem, ff. de pœnis, in principio. & in l. si putator, ff. ad legem Aquiliam. Vnde cum habeamus expressum in textu nostro, cur ita constitutum fuerit, non erit in hoc immorandum, maximè cum infra iuxta ordinem Abba. quærendum sit ignorantes, quomodo, & quando censeantur culpa carere. Et in simili, quòd lex, seu constitutio futura respiciat, & non præterita, habemus tex. in capitulo finali. infra hoc titulo nostro, in capitulo, ante triennium. trigesimaprima distinctio. in capitulo, proposuisti. octuagesima secunda distinctione. quos adducit glos. in dicto capitulo finali. in verficulo, futura. Habemus etiam textus in l. leges. prima, & secunda. C. de legibus. & in Authentico, vt factæ nouæ constitutiones, in principio.

Restat nunc deuenire ad solutionem eorum, quæ in contrarium pro ratione dubitandi adducta fuerunt. Ad primũ respon-

respondetur, scilicet ad text. in l. sancimus nemini licere. C. de sacros. eccle. quòd Imperator ibi non dicit illam constitutionem referri ad præterita, sed ad ea, quæ in iudicio pendẽt: & sic non decisa, & sic pendentia etiam post legem latam, & sic ad futura, vel ad plus præsentes casus, verum hæc solutio non satisfacit: si enim casus, qui in iudicio deducuntur lata lege, ipsa lex respicit, certum est, ꝙ præterita determinabit, quia secundùm illam legem iudicandum erit de his, quę ante eam legem cõtingerũt, ac postea in iudicio deducta sunt, quod esse non debet: quia imò casus ante legem, seu statutũ contingentes non ex noua lege, vel statuto, sed veteri sunt
5 iudicanda: lex enim † abrogata licitè producitur, & attendi debet ꝓ causa inchoata ante reuocationem legis, seu quę habet causam de præterito in Authent. vt cum de appel. cogno. in prin. Bar. in l. fi. versus si. vers. solutio, aut quis vult al legare leges correctas ad decisiones causarum. ff. de fals. Feli. in c. fraternitatis. nu. 3. vers. Quarto ad decisionem causæ inchoatæ. de hæret. Amplio ad statuta correcta, vt pro decisione eorum, quæ ante correctionem emerserunt allegari, & produci possit. Bar. in l. omnes populi. num. 68. vers. Quid de statutis antiquis correctis. ff. de iusti. & iur. Idem Bar. in l. leges. 2. num. 2. vers. & ideo statuta correcta. C. de legi. Nõ erit ergo sublata difficultas si dicamus eam legem referri ad casus præteritos, qui tamen post legem latam sunt in iudicium deducti: quia imò præteriti casus debent ex veteribus legib. etiam abrogatis iudicari, ad supra adducta & ideo cogitabã aliter responderi posse, vt dicamus id fauore piæ causæ constitutum, vt in fauorem ecclesiæ etiam nouæ leges, seu constitutiones ad præterita trahantur, qui rerum ecclesiasticarum fauor maximus est, & de hoc est tex. expressus in l. sancimus res ad venerabiles. C. de sacro. eccle. Cur enim non faciemus discrimen inter res diuinas, & humanas: & quare nõ competens prærogatiua cęlesti fauori concernetur, quam oportet non solum in casibus, quos futurum tempus creauerit: sed etiam in adhuc pendentibus, ne dum scriptis obtinere. Et ita fauore ecclesiæ id constitutum dicamus.

Tertio responderi potest, quòd licet regulariter lex ad fu
6 tura referatur, futuraque respiciat: tamen secus est † vbi lege cauetur illam etiã præterita respicere, de hoc est text. in l. leges & constitutiones. C. de legib. vbi quòd leges futura dirimunt, non præterita, nisi id expressum sit: ac nominatim dictum: Cum igitur ea lege sancimus id specialiter, ac nominatim sit dictum non habebit locum in cęteris iuribus vbi id non cauetur.

Quarto cogitabam præter cęteros responderi posse, & sa-
7 tis subtiliter, quòd † text. in d. l. sancimus. nihil probet, ꝙ scilicet constitutio ad præterita referri possit, seu debeat. imò oppositum: inquit enim casus omnes ea lege decidendos, ꝙ scilicet alienationes rerum ecclesiæ regulariter inualidę sunt etiam in iudicio pendentes: quia, & cęterę leges hoc idem statuebant. ita habemus in d. l. in princ. ibi, cum etiam leges veteres ea, quæ iuris diuini sunt humanis nexibus non alligari sanxerint. Et ita tollitur primum dubitandi fundamentũ ex d. l. sancimus.

Ad secundum, & tertium respondetur ex prędictis, quòd licet in l. sancimus res ad venerabiles. & in l. fin. C. de sacros. eccle. disponatur illas leges non solum vindicare sibi locum in futuris, sed etiam in præteritis: tamen id est fauore ecclesiæ, ac Reipub. & propterea dicta iura, etiam præterita concernunt, quia id illis legibus cauetur, iuxta præalle. text. in l. leges & constitutiones. C. de legibus. Vnde speciale est, vt lex ad præterita trahant quando id iure cautum est: ergo cũ in iure id cautum non est secus dicendum erit arguendo a speciali.

Ad quartum respondetur, videlicet ad text. in l. leges, & constitutiones. C. de legib. Verum esse etiam, vt dictum est ad præterita legem referri cum id iure cautum est. Et ex hoc soluitur etiam quintum argumentum de tex. in l. fi. C. de iureiur. prop. calum. dando. vbi quòd in causis etiam pendentibus iuramentum calumniæ præstari debet: id enim ea lege exprimitur.

Altero modo responderi potest ad dictum text. in l. fina. C. de iureiur. prop. calum. videlicet, quòd disponat tantum de futuro, inquit enim in litibus pendentibus eam legem locum habere, cum primum partes in iudicium venient: respicit igitur futura.

Ad idem quintum contrarium respondetur etiam aliter, & tertio in ordine, ꝙ leges nouæ non referunt ad præterita casu, quo lex respicit litis decisionem, ac decisoria iuxta tex. in auth. hæc ꝓstitutio interpræ. prio. & l. iubemus. in fi. C. de testa. Secus est quando lex pertinet ad litis ordinationẽ: tũc enim etiam præterita respicere potest ita procedit tex. in d. l. 2. C. de iureiur. prop. calum. dan. loquitur enim de iuramento calumniæ, quod non est decisorium, sed ordinatorium iudicis, ita distinguit Barto. in l. leges, & constitutiones. C. de legibus.

Ad sextum de tex. in l. cum lex. ff. de legi. respondetur primo, quòd ille text. non dicit cum lex in futurum vetat, in præteritum indulget, prout vult glo. in d. l. cum lex. Hanc. n. conuersionum non probat Bar. sed dicit. cum lex in præteritum, quid indulget, in futurum vetat. Secundo dato etiam ꝙ prædicta propositio vera sit, non probat legem disponere circa præterita: sed totum oppositum: Cum enim in futurum vetat in pręteritum indulget, quia pœnam lex non irrogat cum prohibitio non præcesserit. non quod in præteritum aliquid permittat.

Ad septimum, videlicet ad text. in l. diui. C. de natu. libe. & ad nonum de tex. in c. cum tu. de vsur. ac ad decimum, & vltimum de tex. in c. sic quidã. eo. tiu. de vsur. & ad alia adducta respondeo, quòd nihil probant, quia ibi expresè statuitur, vt dicta iura etiam præterita respiciant. Vnde vt quinto dictum fuit arguendo a speciali, in contrarium regula generalis esse debet: quod scilicet lex non debeat præterita respicere. Ad tex. autem in cap. cum tu, responderi etiam potest, ideo vsurarios etiam ante constitutionem afficere, quia vsuræ etiam ante prohibitę erant, cap. quia in omnibus. eod. tit. de vsur.

Superest respondere ad octauum, ad quod in specie respondendum est: cur arguebamus ex statuto, quo cauebatur bannitum centum soluentem a banno liberari, tale statutum nõ habere locum in his, qui banniuntur post statutũ: sed in iam bannitis: ergo constitutio refertur ad præterita.
8 Respondetur primo, ꝙ cum statuta † sint stricti iuris, & extra casum suum non extendenda, prout per Bar. & alios in l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. Imo. in l. si verò. §. de viro. col. 4. ff. solu. matr. Roma. consi. 318. quæritur etiam. versus fi. Feli. super rub. de præscrip. col. 2. vers. Responde ex doctrina. & hanc communem affirmat Cur. iun. consi. 7. num. 8. & consi. 105. num. 2. Non erit igitur ex his ad alia inferendum: cum plerunque statuta a iure communi exorbitent.

Secundo respondetur id esse speciale in hoc statuto, vt pterita, non futura respiciat, ea ratione ne delinquendi occasio detur: si quis enim videret se centum aureorum solutione ab homicidio, vel alio graui delicto absoluendum esse, facilius delinqueret, ita dixit Bar. in l. cum lex. ff. de legib. sequtur Aret. in hoc cap. nostro cognoscentes, & communiter Docto. Et ideo hoc statutum sic interpretandum est, quia si futura respiceret esset causa delinquendi, & inualidum esset.
9 Non enim valet statutum imponens † pœnam pecuniariam pro futuro homicidio, ea ratione, quia esset causa delinquẽdi, iuxta communem sententiam de qua hic D. meus Philip. Dec. num. 5. alios ad id citans. & hanc communiorem, & veriorem testatur Fran. Curt. in cap. fina. fol. 20. iuxta paruam impres. de consue.

Primum nota. Abb. ex text. nostro colligitur, quòd sine
10 culpa † non est aliquis puniendus, id ex prima par. tex. nostri colligitur, & ad hoc plura iura habemus, quibus hoc idem cauetur: tex. in c. sine culpa. de reg. iur. lib. 6. in c. satis peruersum. 56. dist. c. inuentum. 16. q. 7. c. 1. de cler. ægro. & in l. aliud est fraus. ff. de verb. signi. in prin. & in l. absentem. ff. de pœn. in prin. & denique in l. si putator. ff. ad leg. Aquil. Huius autem regulæ, seu nota. ratio est (inquit hic glo.) quia quod legitimè factum est pœnam non meretur. l. Gracchus. C. de adulter. Hoc nota. in glo. 1. iuxta ordinem Abb. discutiendũ venit ideo transeundum est ad secundum.

Natura legis, seu ꝓstõnis est, vt concernat futura tm̃, non præterita: ne afficiat aliquos sine culpa. Limitat ipse Abb. id non ꝓcedere cum lege, vel ꝓstõne cauetur illam ẽt extendi ad præterita, de quo Abb. remittit se ad ea, quæ dicit ꝛ̃. in c. fi. vbi latè super hoc consistit. sufficiat tm̃ vobis pro hoc, tex. vbi latè super hoc consistit. sufficiat tm̃ vobis pro hoc, tex. aliàs citatus in l. leges, & constitutiones. C. de legibus, vbi, quòd tunc lex ad præterita extenditur, cum id iure cautum est: aliàs enim futura tantum respiciet: Authenti. vt cum de appellat. cogno. in princip. Nec in hoc insistendum erit.

Secundo limitat Abb. prædictum nota. quòd non habeat locum

11 locum † vbi lex, vel statutum aliquid indulget, & loquitur per verba præsentis temporis, ne materia delinquendi det, ad quod adducit tex. singu. in l. cum lex. ff. de legib. Dr̃ in ea lege, ꝙ cum lex aliquid in præteritum indulget: in futurũ vetat. Cum igitur pęna aliqua irroganda in præteritum remittatur, & sic indulgetur: in futurum aliter se habebit: cum id committetur, quod iure vetitum est. & per prædictam legẽ cum lex. dixit Bart. quòd stante statuto bannitum soluentem centum de banno extrahendum, non extrahentur de banno, nisi ij, qui erant banniti tempore statuti: non autem hi, qui post statutum deliquerunt: ac banniti fuerunt: cuius nulla alia est ratio, nisi vt vitetur occasio delinquendi: Nellus tamen de san. Geminia. in suo tracta. bannito. in terria par. 2. tẽpo. in 10. quæst. cir. fin. quem refert hic, & improbat Deci. sentit prædicta vera esse quando lege, vel statuto pęna ita remitteretur, vt delinquẽs peritus impunitus remaneret. Tunc enim maxima esset occasio delinquendi: secus si aliqua pęna statuitur. Vnde inquit, quòd si statuto banniti remittuntur solutis decem remittentur etiam delinquentes, ac banniti post statutum. & pro eius opinione argui posset per tex. in l. interpretatione. ff. de pęn. vbi quòd pęnę potius sunt molliendæ, quàm exasperandæ ad idem est text. in l. in testamento i. & ibi not. Bal. ff. de condi. & demon. c. pęnæ. de pœniten. distin. 1. Bal. in l. 1. col. fi. quali. domi. prop. feu. priue. Alex. consi. 13. viso themate. lib. 2. D. meus Philip. Deci. consi. 306. licet. & consi. 452. visa. num. 1. & sequen. rectè ergo referetur statutum etiam ad futura, vt pęnæ molliantur, ac minuantur: & satis minuentur, quia bannitus puta ob crimen capitale, vel aliam pœnam corporis afflictiuam propter statutum præmissum solutione pœnæ pecuniariæ liberabitur & ita minorem pęnam substinebit: omnis enim corporalis pœna, licet parua, quacunque pecuniaria maior, & grauior erit. l. in seruorum. in fi. ff. de pœn. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui notan. infa.

Secundo, quia tale statutum si referatur etiam ad futura erit maximè æquum, ac sanctum cum concordet cum iure canonico: & potius habebit vim legis generalis, quam statuti, & quòd cum iure canonico concordet probo per text. in cap. archiepiscopatu. de rapto. vbi in saracenos mulieres christianas, & pueros rapuentes, & alia delicta grauissima perpetrantes, pœnam infligendam esse sancitur pecuniariam: certum tamen est, quem de iure pęna capitali, plectendum esse. l. vni. C. de rapt. virgi. vbi in rapientem mulieres mortis pœna statuitur. Ad idem est text. in l. qui cętu. ff. ad legem Iul. de vi. publi. facit text. in l. 1. & rubri. ipsa. C. nę christia. manu. & in §. item lex Iulia. Insti. de publi. iudi. & tamen ius canonicum vult pecuniaria pœna plecti ante dictos
12 delinquentes: cum † ius canonicum pręcipuè salutem animę respiciat, dum peccata vitat. cap. possessor. de regu. iur. lib. 6. cap. vt famæ. de senten. excommu. Ac etiam ita mites pęnas in futuris casibus infligat, ita etiam prædictum statutum ad futura extendetur. Non enim obstat, quòd daretur occasio delinquendi, ex quo pœna mitiori delinquentes punirentur, quia pari ratione nec canonibus locus esset cum pęnas statuant mitiores, quàm ius ciuile sanciat. Ex his tamẽ prędicta Nelli opinio. mihi nõ magis suadetur. imò illa sicut est contra communem Docto. sententiam, de qua testatur hic Deci. ita etiam falsissima est. Hoc probat text. per eundem Deci. adductus in l. operis. C. de pęnis. vbi text. inquit. Pęnam minuendam non esse, publice enim interest, ne ad maleficia temerè quisquam prosiliat: ergo non solum tollere in totum pęnam, sed & minuere non debebit statutum: cum ex sola diminutione pęnæ detur occasio delinquendi contra publicam vtilitatem.

Quidam moderni dicunt prædictam. l. operis. C. de pęn. nihil probare, quia text. non loquatur de pęna per sententiam imposita, quæ minui non potest amplius ab eo iudice, qui sententiam tulit: cum lata sententia officio suo functus fuerit. de quo habemus tex. in l. iudex post quam. ff. de re iudi. Ad quod inquit Bero. est text. in l. pęnam, quæ immediatè sequitur post alleg. l. operis. C. de pęn. Dicitur in ea lege prędicem non posse reuocare pęnam, quam per suam sententiam dedit: ergo aliud erit in lege, seu statuto: quia in dicta l. operis. nõ poterat pęna minui: nam iudex lata sententia nõ habet amplius facultatem illam mutandi: Et hæc responsio subtilis quidem videtur, sed non tollit argumentum pro cõmuni sententia factum: si enim pęna immutari nõ debet per sententiam iudicis imposita: seu minui: multo minus mutari debebit pęna legis, quippe quæ semper in viridi obseruantia est, ac semper loquitur. l. Arriani. C. de hære. & man. Cardi. in cle. fi. de rescrip. col. 3. vers. Et concernit futura, vt dispositio legis, quia semper loquit & ibi Imo. nu. 25. vers. si a lege.

Præterea dato ꝙ vna ex duabus causis propter quas pęna statuta minui non debet, ex eo ꝙ iudex nõ possit sententiam suam, ac pęnam in ea inflictam immutare cesset: remanet tamen alia ratio, & principalior nostri tex. propter quam pęna minui non debet, cũ in ea lege dicatur pęnam non facile minuendam, quia publicè interest ne ad maleficia temerè quisquam prosiliat. Duplex igitur erit ratio illius legis, vna quia iudex non possit amplius sententiam mutare, & sic ex defectu potestatis iudicis: Altera ne detur occasio delinquendi & sic natione publicæ vtilitatis: habemus autem regulam, ꝙ quando duæ rationes adducuntur, quibus aliquid constitu-
13 tum est vna cessante † altera remanet: altera autem remanẽte constitutio stat in suo robore. §. affinitatis. Instit. de nupt. l. qui neque sequantur. §. solutum. ff. de ver. signi. c. pastoralis. de priuileg. c. ex tuarũ. de autho. & vsu pal. Dato igit, quod pęnam non per iudicem, sed per ipsam legem, vel cõstitutionem irrogata sit propter publicam vtilitatem minui nõ poterit, ne delinquẽdi occasio det ꝓ dictũ tex. in alle. l. si operis.

Secundo arguit pro sententia Bar. Abb. & communis per l. si ita vulteratus. ff. ad leg. Aquil. vbi ꝙ maleficia non oportet pro communi vtilitate esse impunita. ad quod est etiam text. in l. si a reo. ff. de fideiuſ. Nam pęnas ob maleficia per-
14 solui magna ratio suadet. Ad † quod etiam est tex. in l. bona fides. ff. deposi. & in l. quicunque. §. quod si fecerint. C. de hęret. cum simi. At si pecuniaria pęna pro corporali infligeretur † quia ea, licet minima, qualibet pecuniaria maior est d.
15 l. quid ergo. §. pęna grauior. ff. de his qui notan. infa. l. in seruorum. in fi. ff. de pęn. ergo prædictum statutũ imponens pęnam pecuniariam bannitis: non debet censeri pęnam imposuisse: quia factum minus idoneè, & non factum æquiperantur. l. quoties. ff. qui satis. cogan. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi. l. 1. §. & quod nõ esse. ff. quod cuiuſ. vniuer. c. inter corporalia. §. sed neque. de transla. episco. l. quamuis. §. si conuenerit. ff. ad Velleia. ergo pęna prædicta pecuniaria non erit pęna: quia non erit legitima pęna: prędictum ergo statutum, ꝙ banniti extrahãtur de banno si soluant centum ad pręterita non referetur, ne detur occasio delinquendi ex hoc, ꝙ nõ irrogatur pęna debita, ex quo sequitur, quòd si statutum ꝓdictum ad futura deberet extendi, nullum esset, & inualidũ, ac non seruandum, quia neminem ligaret, ne detur occasio delinquendi, ac peccandi. c. quoniam omnes. de præscrip. & ibi post Bernar. Hostien. & Henri. Boic. in c. 1. hoc tit. nostro de consti. vbi ad hoc plura cumulat ipse Boic. cõcludens sta-
16 tuta, quæ dant materiam † peccandi non habere locum in terris ecclesiæ, imo nec etiam in terris Imperij.

Non obstant superius adducta: primum soluitur, ꝙ licet pęnæ sint molliendæ, non exasperandæ. l. interpretatione. ff. de pęn. non sequitur valere statutum prædictum: etiam si ad futura extendatur: quia tex. vult potius molliri, quàm exasperari, hoc est ꝙ quando pęna immutanda est in aliquo: vel dubium est, quæ pęna intelligenda sit, mitiorem sententiam sequi debemus: At pecuniaria pęna in delictis futuris, vbi corporalis pęna debetur, si statuitur non est mollire pęnam, sed tollere, quia (vt dictum est) quælibet pęna corporalis maior est quacunque pecuniaria.

Respondetur secundo, ꝙ licèt pęna mutari possit tamen condigna delicto esse debet c. quæsiuit: in fi. de his, quæ fi. a maio. par. cap. c. felicis. §. illud. de pę. in 6. c. nõ afferamus. 24. q. 1. Talis autem, pęna præmissa, quòd bannitus soluendo centum remittatur in casibus futuris non est condigna. ergo &c.

Nec dicatur ergo statutum præmissum nec etiam præteritos casus concernere deberet: Nam respondetur, quòd
17 statuta † huiusmodi ex aliqua vrgenti causa fieri solent, puta quia ciuitas, dominiũ, vel princeps pecunijs, vel hominibus indiget, quibus casibus conceduntur ea propter vtilitatem
18 publicam † quæ alias prohibita sunt. l. actione. §. Labeo. ff. ꝓ
19 socio. l. vtilitas. C. de primipila. lib. 12. Hinc videmus † dños rerum dñijs, & proprijs vsibus, ac commoditatibus priuari ob publicam vtilitatem. l. item si verberatum. ff. de rei vend. in §. 1. & l. Lucius. ff. de euictio. l. quod semel. ff. de decre. ab ordi. faci. Old. consi. 224. col. 7. Bal. in l. bene a Zenone. col. 1. C. de quadrien. præscrip. idẽ Bal. in l. cõuentionũ. ff. de pact. & ibidem clarius Ang. & Ang. in l. venditor. §. si consistat. ff.

commu.

comm.præd.no.in c.quæ in ecclesiarum,in hoc ti.nostro.&
no.Bar.in l.fi.si contra ius,vel vtil.publ. & ad alia,quæ addu
cam infra num.28.Hinc etiam videmus,ꝙ renuente aliquo,
seu contradicente ędificationi ecclesiarum,quę pp vtilitatē
20 publicam fit, eps ędificari † mandat, posito ꝙ illa ędificatio-
ne fiat perpetuum præiudicium illi, qui consentire recusat,
c.ad audientiam.1.de eccles.ędif.Gemin.consi.50. quæritur,
an episcopus.versus fi.inferens ad permutationem in publi-
cam vtilitatem ecclesiarum redundantem absq; patroni dis-
sentientis consensu faciendam.

Ad 2m,videlicet ad tex.in c.archiepatu,de rapt. rñdetur,
ꝙ ideo ibi decernit summus Pōtifex, vt etiam in illis delictis
grauissimis pœna pecuniaria infligatur, quia archieps nō po
21 terat † pœnam sanguinis inferre.c.is a quibus,& c.seq.20.q.
vlti.ne delinquentes condignam pœnam euitent, vult Papa
regiæ Potestati committi, a qua causa erat archiepo delega-
ta. Ex quo apparet ex d.tex.contrarium probari,ꝙ immo Pa
pa non mutet pœnam sanguinis in pecuniariam: sed ꝙ velit
sanguinis pœnam, cum res exigit, infligi, prout ex vlti.par.
tex.prædicti cap.habemus.ibi, si vero fuerit grauis excessus,
ꝙ mortem, vel detruncationem membrorum debeant susti-
nere vindictam reserues regiæ Potestatis: Vult ergo ius ca-
nonicum,ꝙ condigna pœna inferatur.Idem & ius ciuile per
supra adducta.Ergo dictum statutum furura non respicit,ne
det occasio delinquendi:& in simili tradit Host.in c.1.col.fi.
vers.quid si eps,de fil.presb.lib.6.vbi vult,ꝙ constitutio habi
litans illegitimos ad beneficia,non intelligitur de futuris,ne
detur occasio delinquendi,vt tradit D.meus Phi.Dec.hic in
2.lect.vbi plura adducit ad aliam quæstionem huic similem.

Statuimus hactenus ex communi Doct.sententia,ꝙ statu
tum,quo cauetur bannitos centum aureos soluẽtes remitti,
non extendatur ad futura,sed tm̃ ad pręterita,ne detur occa
22 sio delinquendi; nunc inspiciendum est, an † ex hoc statuto
remitti debeant, qui deliquerunt ante statutum factum, po-
stea autem banniti fuerunt?

Hæc quæstio vr̃ facilè dirimi posse, si inspiciamus ratio-
nem,quare statutum de remissione bannitorum non refera-
tur ad futura: ratio enim, (vt præmisimus) est, ne detur oc-
casio delinquendi,at in hoc casu nostro cessat ratio delinquē
di: igitur statutum respiciet etiam casum,in quo delinquens
ante statutum, bannitus fuit post statutum, quia iam delictū
erat commissum: non ergo dabitur occasio delinquendi:cer
tum est autem,ꝙ cessante ratione, seu causa cessare debet di
spositio l.adigere.§.quamuis.ff.de iure patrona.l.quæsitum.
ff.de testib.l.cum fideicommissum,ff.de mun.& hono.l.sug-
gestum,de deci.c.cum cessante,de appell. cessante igitur ra-
tione, cessabit etiam restrictio statuti, ꝙ non extendatur ad
delinquentem ante statutum,& bannitum post statutum: &
hæc fuit Abb.sententia,dum dixit super 2.nota. ꝙ si cessaret
hæc ratio, puta occasio delinquēdi, licet statutum loquatur
per verba præsentia, vel præterita, tamen extendetur etiam
ad futura. Animaduertendum est tamen,ꝙ non sufficeret in
casu nostro non dari occasionem delinquendi: sed oportet,
ꝙ verba statuti non respiciant tantum tempus præteritum:
& hoc est,quod affert difficultatem in hac quæstione, quàm
prę manibus habemus: statutum enim loquitur de bannitis,
non de delinquentibus: ergo necesse est bannitos iam fuisse
ante statutum: non enim dicit statutum banniendos, sed lo-
quitur de præterito:& quibus verba legis,vel statuti non cō
ueniunt, nec etiam dispositio l.dies cautioni, §.toties. & ibi
not.Bart.ff.de dam.infec.l.ita autem, in prin.& ibi Bar.ff.de
admin.tuto.c.indemnitatibus.§.pen.de elect.lib.6. Dec.con
sil.222.viso puncto,num.2. Item statutum huiusmodi exor
bitat a iure communi,cum pro pœna corporali, quā pleruu-
que banniti merentur, pecuniaria statuatur: & consequen-
ter non erit extendendum, nisi ad casus in eo expressos.cap.
odia.& ibi glo.& Dyn.de reg.iur.lib.6. Et exclusio,seu restri
23 ctio dispositionis † exorbitantis fauorabilis censetur.glos.in
c.statutum.in versic.numerandum.circa med. & ibi Doctor.
de præben.lib.6.Alexan.in l.si constante,num.5. ff.sol.matr.
Ias.in l.si seruus.§.pactus ne peteret,num.6.de pact.

Ad hoc tacitè respōdet Abb.dum inquit statutum cessan
te occasione delinquendi extendetur ad futura: quia l.sem-
per loquitur.l.Arriani. C.de hęret.voluit enim dicere Abb.
quia licet post statutum quis fuerit bānitus,tñ in statuto cō-
prehendetur, quia statutum ita est in viridi obseruantia: &
ita loquitur hodie, sicut tempore conditi illius statuti: ergo
cum quis post statutum factum, bannietur,per statutum re-
mitti poterit: quia postquam fuit bannitus, etiam statutum
loquitur: & ita talis casus respectu statuti semper erit præte-
ritus: licet non considerato tempore,quo statutum fit: con-
siderato tamen tempore futuro, quo etiam tempore lex lo-
quitur. Contrarium tamen tenuerunt Bal.& Pau.Castren.
in l.cum lex,ff.de legib. Non tamen facile recedendum esset
a prima sententia, quam etiam tenet hic D.meus Phil. Dec.

Subtilius tamen intuenti prædicta ratio Abb.nullius mo-
menti esse apparebit; videlicet,ꝙ lex semper loquatur, lex q̃
de præterito sit concepta,de futuris intelligatur,contra tex.
in l.cum lex,ff.de legib.Si enim lex,cum in pręteritum,quid
indulget,in futurum vetat: ex hoc,ꝙ lex semper loquatur,si
indulget in præteritum, & indulgebit in futurum: quia lex
semper loquitur,quod est absurdum:ex hoc enim,quòd lex
24 † semper loquatur, non per hoc casus futuros faciet præte-
ritos: sed bene verum erit,ꝙ lex semper viget, ac robur ha-
bet de dispositis, & statutis in illa lege. Si igitur statutum lo
quitur de præterito, hoc est de bannito: non erit hoc idem
de banniendo dicendum; Et ideo puto Bal.& Castren.sen-
tentiam in d.l.cum lex,ff.de legibus.sustineri posse,ꝙ prædi-
ctum statutum nō habeat locum in banniendis. Verba enim
statuti circa tempus disponentia ad vnguem seruanda sunt:
aliàs quid ipso iure irritum erit. Bal.in l.ordo,col.2. vers.no
ta tamen, C.de exec.rei iudi.& in auth.qui semel, col.5. vbi
etiam Ias. C.quomo.& quan.iud. Et qui constitutionis tem
25 pus † non seruat, formam non seruare dicitur. l. scire opor-
tet.§.consequens.ibi,nisi obseruauerit constitutum tempus.
ff.de excus.tutor. Bal.in auth.quæ supplicatio.in 3.nota.&
Salyc.& alij. C.de precib.imper.offer.sequitur Pau.Castrē.
in l.qui Romæ,§.Callimachus,in fi.ff.de verb.oblig.Et hanc
communem affirmat Curt.Iun.consil.166. circa controuer-
siam,num.4. Cum ergo statutum de bannitis, & sic in præ-
teritum loquatur, non habebit locum in banniendis: & ma-
ximè cum tale statutum sit contra ius commune, quod gra-
uiter delinquentes corporali pœna coercet, nō pecuniaria.
Vnde locus erit regulæ disponenti ea, quæ sunt contra ius
commune, comprehendere solum personas specificatas, vt
per Dec.consil.309.viso puncto, num.8.consil.346.omissis.
versus fin.& consil.315.incipien.superiori lata.Vt igitur sta-
tutum huiusmodi ad personas specificatas, duntaxat refera-
tur,necesse est,quòd ad bannitos, qui erant specificati, non
ad banniendos, qui in statuto specificati non erant, referri
debeat. Et ne in exorbitantibus fiat extensio contra iuris re-
gulas tutior videtur opin.Bal.& Pau.Cast. quicquid dicant
Dec.& alij Moderni. Et hæc circa notabilia dicta sufficiant.

Ex principio glo. (vt inquit hic Abb.) hęc conclusio eli-
26 ci potest, quòd † sine culpa, & causa non sit quis puniendus,
iuxta tex.in l.sine culpa,de reg.iur.lib.6. Et ꝙ absque culpa,
non tamen sine causa possit quis puniri, tenuit glos.in c.an-
tiqua, de priuilegiis,& excess.priuil.in ver.Alexandrina. Si-
ne causa enim, cum non adest culpa, non priuatur quis iure
suo.c.quoniam.§.2.vt li.non contest.
27 Declarat Abb.de qua † causa id intelligendum sit, ꝙ sine
culpa ex causa quis damnum, ac pœnam sentiat, & inquit
id intelligi debere de causa legitima, si enim non est causa le
gitima,potius occasio, quàm causa vocanda erit, vt in capit.
nouit,de iudic.& in c.solitæ, de maior.& obed. ponit exem-
plum, huius legitimæ causæ de publica vtilitate, quæ est le-
28 gitima causa, propter quam potest quis dominio † rei suæ,
tam de iure ciuili, quàm gentium quæsito priuari. l.si ita vul
neratum,ff.de rei vendicat. vbi priuatur quis dominio agri,
ex quo militibus assignatur. & notat Innoc.in cap.quę in ec
clesiarum, hoc titu. Et quòd quis absque culpa ex causa pri-
uatur iure suo: melius probat tex.per glo.in allegat.l.item si
verberatum.adductus, qui est tex.in l.Lucius,ff.de euict.vbi
quòd Lucij Titij possessiones,quas ipse emerat,principis prę
cepto, partim distractæ,partim veteranis in præmia assigna-
ti fuere,earum valore domino possessionum nō soluto.Pro
quibus etiam faciunt alia,quę adducit Damas.in Broccar.re
gu.2.ego supra.num.19.& quæ voluerunt Bar.in l.quęcun-
que,in fi.C.de fide instrum.lib.10. Cyn.in l.rescripta,ad fin.
& Bal.col.fin.q.3.C.de precib.imper.offer.Cardi.consil.85.
col.fin.Rom.consil.310.& 352.ad fin.Alex.consi.101. col.5.
lib.1.& consil.47.col.1. ad fin. vol.5. Ias.in l.quominus,co-
lum.2.ff.de flumin.Gozad.consil.5.numero 18.Paris.consi-
lio 11.colum.penult.lib.1.Ioan.de Ami.de Venat.consil.12.
colum.3. Aymo consi.5.colum.3. An autem valeat consue-
tudo, quid etiam in fundis priuatis, etiam dominus nihil
agere

agere possit in argenti fodinis soluendo precium, vel non
soluendo videre poteritis per Aegid.Bos.in sua praxi crimi.
titu.de metal.& argenti fodi.num.7. versicu.non tamen est
omittendum.

Et hinc est, quòd ex causa potest quis sine culpa puniri,
29 vt etiam videmus in † corpore vitiatis, qui non admittun-
tur: & ad ministeria diuinorum pro vt Leuiti.21. Qui ha-
buerit maculam non offerret panes Deo suo: nec accedat
ad ministerium eius. Hieron.super Malachiam, Indignum
enim (inquit) est dare Deo, quod dedignatur homo. cap.
fina.in fine.49.distinct. Et de cœcis, & claudis habemus 2.
Reg.cap.15. Iccirco dicitur in Prouerbio cœcus & claudus
non intrabunt in templum.& habemus tex.in cap.2.& toto
titu.de corpo.vitia. Et quòd aliquando quis sine culpa pu-
niatur concludit etiam Lap.alleg.120. Fulcinius.col.2.ver.
Et habet locum,quòd sine culpa punitur.

30 Quærunt an valeat † statutum, quo cauetur quem abs-
que culpa pro alio puniri debere? affirmatiuè respondent
si ex legitima causa factum sit, & ita communiter tran-
seunt: potest enim puniri quis propter culpam ab alio com-
missam, vt voluit hic Bald.& probat text.in l.miles.§.de-
cem.ff.de re iudica. vbi pro damno illato non a domino,
dominus tenetur noxali actione, & sic propter culpam
31 † non a se, sed ab alio commissam. Institu. de noxa. actio.
in princip. Ex maleficijs seruorum noxales actiones pro-
ditæ sunt, per quas à dominis vel noxam.i.seruum delin-
quentem: vel litis extimationem consequemur, Id etiam
constat ex actione de pauperie, qua tenetur is, cuius ani-
mal damnum dedit: & sic alterum pauperiorem reddidit.
toto titu. ff. & Institu. si quadru. pau. fe. dic.

Quæ conclusio, quòd quis pro alio pœnam substineat,
ita vera est, vt præter verba legis 12. tabu.etiam ad alios
casus in lege non contractos extendatur: & tunc vtilis actio
detur l.pen.ff.si quadru.pau.fecis.dica.

Et pro delicto † vnius, quòd plures puniantur est text.
in l.ne quid.ff.de incen.ruin.naufra.vbi cum ex naufragio,
quid raptum est, omnes vicini possessores conueniri pos-
sunt: ac in eos iudicium datur, licet non constet aliquid
eos rapuisse. Super hoc text.fundari affirmabam dum es-
sem in Rota Florentina statutum rub.74. de incendijs, &
vastis, dum absolui plebatum, & homines Ripuli a petitis
a nobilibus de Bartholinis occasione asserti furti perpe-
trati ab incerto authore, in qua causa egregiè more suo
scripsit clarissimus,& doctissimus D. Dominicus Bonsius.

Contra hoc tamen, quòd quis per statutum ex aliena,
& sine propria culpa puniatur, pondero quòd dispositio
† contra ius naturale non valet.§.sed naturalia.Institu.de iu.
natu.gent.& ciui.§.fina. Institu.de legi.agna.tute.l.eas obli-
gationes. ff.de capit. diminu. Sed tale statutum est contra
ius naturale, quod æquissimum est cum sit diuina proui-
dentia constitutum: sed iniquum sit pœnam † aliquem pro
alio substinere, quia absque culpa nemo puniendus est,
cap.sine culpa. de regul.iur.lib.6.l.aliud est fraus.ff.de verb.
significa.l. crimen. & l. absentem. ff.de pœn. l.si putator. ff.
ad leg.Aquil.l.prouidentia.C.de decurio.lib.10.l.sancimus.
C.de pœn.in rubri.& in toto titu. C.ne fil.pro pat. & C.ne
vx.pro mari.l.si maritus.ff.solu.matrimo. l.fina. ff.ad Sylla-
nia.l.2.§.nullum patris delictum innocenti filio pœnæ es-
se.ff.de decurio.glo.in l.si quis suo testamento. C.de inoffi.
testamen.c.satis peruersum, & tota 56. distinct. Et hoc sta-
tutum videtur esse contra ius diuinum dicente Ezechie-
le cap.18. † Anima, quæ peccauerit ipsa morietur † Filius
non portabit iniquitatem patris: & pater non portabit
iniquitatem filij. Et scribitur Deutero.24. Non occiden-
tur patres pro filijs, nec filij pro patribus: Sed vnusquis-
que pro peccato suo morietur. Idem etiam habemus 2.Pa-
ralipo.cap.25.post princi. pvnde statuta huiusmodi contra
ius diuinum neminem ligabunt, pro vt diximus supra in
capit.1.

Contrarium iuxta communem Doctor.sententiam ve-
rius affirmamus: vidimus enim supra ex iuris dispositio-
ne plures ex aliorum † culpis pœnis affici pro quibus etiā
adduco text.in l.quisquis.C.ad leg.Iul.maiest.canonizatum.
6.q.1.si quis cum militib.vbi filijs sine eorum culpa: non ta-
men sine causa puniuntur,cap.vrgentis. de hæreti. c.in qui-
busdam. de pœn.cap.cum multæ.ibi. Vt non tantum infer-
retur vltio in auctores scelerum, verum etiam in progeniē
damnatorum.15.q.8. Idem etiam videmus de iure diuino;
pro peccato, namq; sodomitarum paruuli eorum,qui bene-
ficio ætatis paterna flagitia nesciebant cœlesti igne sunt con
sumpti.Genes.capit.19. Igitur Dominus pluit super Sodo-
mam, & Ghomorram sulphur, & ignem a Domino de cœ-
lo, & subuertit ciuitates has,& omnem circa regionem vni-
uersos habitatores Vrbium, & c.Idem habemus Amos cap.
4.versus fin. & scribitur Lucæ 17.Qua die exijt Loth,a Sodo
mis pluit ignem,& sulphur de cęlo, & omnes perdidit: pro
peccatis etiam Amalechitarum non solum paruuli eorum,
sed etiam bruta animalia periere.1.Reg.cap.15. Et etiam ꝑ
præmissis, & alijs huc spectantibus est text.vbi plura huius-
modi exempla in cap.ecclesia.a principio vsq; ad fin. 1.q.4.
Nec obstat, ꝙ ius naturale, seu gentium contrarium sua-
dere videatur: potest enim ex causa limitari: & in parte im-
mutari, vt communiter concludunt. Docto. in §.sed natu-
ralia.Instit.de iure nat.gen.& in cap.1.supra hoc titu. Deli-
ctum autem patris an, & quando noceat filijs tractat Augu.
Bero.consi.155.visis nonnullis.lib.3.vbi distinguit,videatur
illud consi.& in materia sinodali infra post num.44.Videan-
tur Ioan.Igneus in l.si de pluribus. nume.23.ff.ad Syllania.
Afflict.in constit.Neapo.lib.1.Rub.2.num.70.Dida.Couar.
lib.2.Varia.resolut.cap.7.

Magnum nobis pelagus hodie intrandum est. & cum
Poeta dicemus, Apparent rari nantes in gurgite vasto.
Quod sine culpa ex causa quis damnum, & pęnam sentire
possit iam ex communi Doct.sententia constituimus, reli-
quum est videamus, quod nam sit hoc damnum, seu pœ-
na? In hoc enim satis Doct.dubitant. Et circa pęnā pecunia-
riam ꝯueniunt inter se Doct. quòd valeat statutum, quòd
38 etiam culpa carentes pœna † pecuniaria mulctentur, & ita
inquit hic Dec.se consuluisse Florentiæ vbi ex statuto, quis
pro alio obligatur: consilium eius est 359.item 525.idem di-
xit Bal.hoc nostro c. vbi ꝙ statuta locorū quædam puniunt
39 † patrem pro filij delicto,ad quod allegat notabilem, & sin-
gu.glo.quam approbat Ioan.de Plat.ibi,in rubr.C.de decre.
decu.lib.10.& idem Bald.quem refert hic Barba. C.res inter
ali.acta,vbi dic,t,ꝙ statutū, quo cauetur consortem caueri
ad soluendas pœnas consortis banniti est tollerabile: non
laudabile, allegat glo.in præalleg.rubri.C.de decre.decu.&
nota.in Authen.vt nulli iudi.§.quoniam.vbi glo.in versi. ci-
uis inuehitur contra potestates punientes vnam contratam
pro delicto vnius: id enim Imperator prohibet.

Aduertendum tamen est,quòd dictum glo.quod adducit
Bald.videtur contra ipsum facere, dum ipse vult statutum
puniens vnum pro alio esse tolerabile: Si lex prohibet quo-
modo tolerabile erit? Soluit hoc Barbat.inquit enim puni-
re vnum pro alio iudicibus est prohibitum: quippe qui suo
iudicio, & proprio sensu iudicare non debent, iuxta text.
in cap.1.hoc tit.nostro: Secus vbi lege vel statuto id ex cau-
sa cautum est: tunc enim ea, quæ lege statutove cauentur
40 seruanda sunt: licet enim † lex dura sit, seruanda tamen est
l.prospexit.ff.qui & a qui. Amplio ad durum canonem, vt
etiam seruandus sit.c.memoriam.19.distin. Gemi. consi.53.
num.8.Amplio etiam ad duram consuetudinem, vt etiam
seruanda sit Rot.11.in antiquis sub titu.de consuet. quæ est,
iuxta alium num.840.Et quod dura constitutio seruanda sit
voluerunt etiam Felin.in cap.si quando.num.11. versi.circa
rationem legis, de rescrip.& Dec.consi.37.num.4.452.in fi.
& 455.etiam in fi. Nec obstat text.in l.sancimus.C.de pęn.
vbi ꝙ pęna delinquentes tenere debet, ac suos auctores: id
enim regulariter verum est: quod enim quis pro aliquo
puniatur tantum ex causa concedi dicimus: Et ita pariter
responderi potest ad id, quod habemus.C.ne fil. pro pa-
tre, & alia huiusmodi. Pro quibus videatur etiam Damas.
in Broccar.Regula 21.

Sed difficultas maxima est vltra pecuniarias pœnas, &
primo, quo ad animam, indubitata est propositio illa
Ezechiel.18. Anima, quæ peccauerit ipsa morietur, ergo
non alia anima pro peccato alterius, quod etiam demon-
41 stratur ex ui dictionis illius ipsa, † quæ personalissima est,
& sic, omnem aliam animam a nominata excludit. iuxta il-
lud Ioann.1. & omnia per ipsum facta sunt; Et sine ipso
factum est nihil. ad Roma.11. in fi. Quoniam ex ipso, &
per ipsum sunt omnia, & iuxta illud Iob. Quem visurus
sum ipse & non alius.i.non factus alius, & sic idem numero.
& ad tex.in §.fuerat.ad fi.iuncta glo.Insti.de actio. Et quòd
42 peccatum † vnius animam alterius non afficiat, probatur ex
tex.in summa,versic.spiritualiter autem peccatis parentum.
24.quæst.3.

24.quæst.3.& in cap.illud.ibi, immeritam nulli ingerit pœnam,iuncta glos.11.quæst.3. pro quibus etiã adduco text.in c.vndecunque.iuxta glos.in versicu.sic mali.& ca.nunquam. ac cap.sequen.56.distinct.

43 Illud obstare videtur huic conclusioni, quòd † peccatum primum parentum genus humanum afficit:& nos filij iræ natiſcimur. ad Ephes.cap.2.circa princip.cap.firmissimè.versic. eramus enim, natura filij iræ, de consecrat.distin.4. Responderi potest, quòd omnes eramus in Adam,qui est forma futuri.ad Roman.cap.5. Et quòd per fidem,& per baptismum liberamur,dicto cap.firmissimè,& cap.per aquam,& in aliis. dicta 4.distinct.24.quæst.3.in summa. ibi, ex quo per sacramentum regenerationis ab originali peccato fuerunt emendati. ad Roman. capite sexto. Et Galath.capite tertio. versus finem.

Reliquum est videre circa pœnas corporales,circa carentiam successionum, officiorum publicorum, ac dignitatum, nec nõ circa infantiam, & inhabilitatem, an omnia hæc, vel illorum aliqua ex culpa, vel delicto alterius procedant. Et multa paucis perstringendo regulariter horum nullum ex persona alterius prouenire affirmamus, præalle.l.sancimus, C.de pœn.l.si pœna,ff.eod.& l.crimen,l.fina.ff.ad Syllanian. glos.in versic.supplicium,in cap.si homo. 23.quæst.5.quàm glo.sequitur Roman.sing.130. incipien. tu scis.& Barth.Cę pol. consil.40. Lucius. Verum quicquid supponant Docto. non colligitur ex illa gloss.quòd lege, vel statuto caueri non possit, immo contrarium suadetur, inquit enim propter loci consuetudinem id fieri posse, quòd vnus pro alio puniatur.Si igitur consuetudo inducit: ergo & lege,vel statuto id caueri poterit ex mente ipsius glo.præsertim quia talis consuetudo rationabilis est: aliàs nõ dixerit glo.secundum eam iudicandum: tunc enim non esset consuetudo, sed corrupte la, & obtinere non deberet, l.quod vero, & l.quod non ratione, ff.de legibus. Ex glos.igitur prædicta non colligitur, quòd statutum huiusmodi inualidum sit. Fallit prædicta

44 regula propter atrocitatem† delicti,quo casu in his,quę proximè diximus sæpe vnus pro alio punitur: exemplum dari potest in crimine læsæ maiestatis humanæ,vel læsæ maiestatis diuinæ, idest hęresis, & in nonnullis aliis grauissimis delictis. ad tex.in alleg.l.quisquis. C.ad leg.Iul.maiest. cap.vergentis,de hæret.cap.quibusdam, de pœn.glo.24.quæstio.3. in summa.cap.statutum,de hæret.lib.6.cap.fœlicis, de pœn. eod.lib.in cap.vni.de scismat.dicto lib.6. & in clementi.1.de pœnis. Causa fuit, vt homines magis abstinerent ab huiusmodi delictis enormibus propter amorem filiorũ, & coniũctorum: ne ij quoque hanc iacturam, & infamiam sentiant, iuxta tex.in l.isti,in fi.ff.quod met.cau.ibi,cum propter affectum magis in literis parentes teneantur: Nec minor est timor infamiæ,quàm mortis,dicta l.isti,circa medium. An pater pro filio,& consors ꝓ consorte,& in quibus casibus puniri possint, tractat etiam Felyn.in cap.ius generale, nume.21. & sequen. prima distinctio. in additio. ad princ. Abb. super Decreto.

Fallit regula pręmissa, quòd delictum parentum non noceat filio,quę probatur ex tex.in l.adoptiuum,ff.de in ius vocan.ex l.emancipatum.& l.filiam.ff.de senator. & ex aliis supra adductis in feudis: de iure enim consuetudinario, & feudorum delictum,& culpa patris nocet filio in feudo, vnde si pater delinquat,priuatur ipse,& eius filius indistinctè feudo, vt in capit.si vasallus culpam.si de feud.fue.controuer. & in cap.1.si vasal.feu.priu.licet glo.in dicta l.emancipati. & in al leg.l.adoptiuum,contrarium dixerit.de quo per Caccialup. in cap.1.de feud.cognit.in 6.principali quæsito,de concord. & differen.in 13.differẽ.quæ remittit se ad Cyn.in l.2.C.de libert. & eor.lib.colum.5.ad Bart.in l.3.C.de interdic.& releg.& ad alios ibi per eum citatos,videri poterunt,quæ scripsi supra num.37. & sequen.

Terminauimus iam arduam illam quæstionem, an & quãdo quis ex aliena culpa, seu delicto damnum,& pœnam sentire debeat: transeundum modo est ad not.Abb.super glos. in versic.dispendiis. ex qua elicit, quòd retractatio actus nõ

45 sit † damnum, vel pœna,quod colligit ex glo.dum exponendo dictionem,dispendiis in tex.positam: inquit, vel damnis, siue retractationibus: vnde videtur glossator tanquam diuersas res statuere damnum, & pœnam,& actus retractationem, seu actus nullitatem ex glossæ tamen sententia, hæc cõclusio non colligitur, si intelligemus glo.pro eodem ponere damna,& retractationes,immo tunc contrarium eliceretur, quòd scilicet retractatio, seu nullitas actus, sit pœna. Nec ita glo.intelligi inconuenit,vt ad idem significandum ea verba ponat: id enim factum esse, asserere possumus ad maiorem explicationem, & clariorem intelligentiam illius dictionis in tex.positæ dispendiis, vnde per duo synonima declarata est: nec ex hoc diuersitas rei argui potest: ea enim,quæ diuersis nominibus nuncupantur, quando ea nomina idem significant vnum,& idem sunt,& maximè idem, quia vnitate numerali, qua nulla maior est vnitas: talis erit si dicamus vestis,& indumentum, & id genus. Hoc modo loquendi vtitur Imperator in l.ad protegendum. C.de in lit.dan. tutor. vel curat.in princip.dum inquit tex. Tutor,siue curator datus:pro eodem.n. ponitur ibi tutor,seu curator,vt rectè animaduertit ibi glos.quia tutor certæ rei non datur. Instit.qui testamen.tuto.dari poss.§.certè. Ita enim concepta est rubr. de in lit.dan.tuto.vel curato. Et tamen ex prædicta ratione, quia rei certæ tutor non datur, pro eodem ponuntur ambæ dictiones. Qui scire voluerit, quæ dicantur eadem numero, quæ eadem specie, & quæ eadem genere videre poterit: apud Philosophum in Topicis libro primo, & in l.finali. cum glo.fin.ff.de magistr.conuent. Abbas igitur non elicit ex dictis glo.quòd retractatio actus non sit damnum,vel pœna.

Accedit, quòd inter verbum,damnis, & retractationibus ponitur dictio,siue,quæ supponit idem in substantia.de hoc est glo.in l.si quis Titio,ff.de legatis secundo,quæ inquit.Nisi sit relictum pro anima, siue ad pias causas: & tamen certum est, quòd relictum pro anima est ad pias causas.

46 An annullatio † actus sit pœna.Abb.hic insistit, & vltimo concludit ex Bald.sententia,in l.non dubium. C.de legibus. distinguendo in hunc modum, aut anullatur actus in odium facientis contra legem: & tunc talis annullatio actus erit pœna. Aut actus annullatur, quia nõ interuenerunt ea in actu, quæ sunt de forma: & tunc talis annulatio actus non erit pęna, cum annulletur, ex quo non est seruata forma requisita, sequuntur Anchar.in cap.primo,colum.quadragesima.versic.ex prædictis,hoc titu.Alexand.in l.turpia, ff.de legat. primo.& quòd annullatio actus sit pœna, probat Abb.per glo. not.in cap.decet,de immun.ecclesia.in versic.processus. vbi glo.inquit constitutionem, de qua in eo tex.annullantẽ processus, ac sententias latas in ecclesiis non debere extendi ad contractus initos in ecclesia, quia est constitutio pœnalis,& consequenter extendi non debet, cap.in pœnis,de reg.iur.libro sexto. Ex prædicta tamen glos.concluditur constitutionem annullantem actum esse pœnalem,& actus annullationem esse pœnam. Non obstat, quòd dicat prædicta glossa constitutionem dicti cap.decet, esse pœnalem: quia non est pœnalis respectu annullationis actus: sed est pœnalis, quia sententia excommunicationis, vel alia pœna arbitraria infligitur contra eos, qui non parebant constitutioni, de qua in dicto cap.decet.

Nec quòd annullatio actus sit pœna, probat text.per Abbatem adductus de lege,non dubium.C.de legibus.Dicitur ea lege, quòd qui facit contra mentem legis,non euitat pœnas legis:postea subdit actus factos cõtra legem, esse nullos: Non sequitur modo ex eo tex. quòd annullatio actus sit pœna. Non enim in eo hoc dicitur, sed quod pœnam legis,qui contra mentem legis facit, non euitat, hoc est pœnam legis, contra quam facit, cui etiam dicta lex addit, vt actus nullus sit: non sequitur igitur ex dicta lege, quòd annullatio actus sit pœna.

Et quòd annullatio actus non sit pœna propriè, voluerunt Ioann.And.& Pet.de Ancharano in capitulo finali, de electionibus,libro sexto. Bal.in l.nemo martires,versus fin. versiculo, ego dico. quòd annullatio actus non est propriè pœna, C.de sacrosanctis ecclesiis. Alexand. latè in additio. ad Barto.in l.prætor ait. versiculo,item nota. ff.de noui operis nunciatio.

Pro opinione affirmatiua, quòd annullatio actus sit pœna, adduci potest glos.in capit.quanquam,de vsur. quam ad id hic adducit Barbat. & inquit, aperto ore, quod nullitas actus est pœna?

Secundo ad idem comprobandum est text.in §.fin. Instit. de nupt. vbi statuitur matrimonium non legitimè factum, nullum esse. Nec virum, nec vxorem, nec dotem esse,subdit paulo infra Imperator. Sequitur igitur vt dissoluto, &c. & in fin. illius. §. inquit: & alias pœnas patiuntur. Ergo cum supra dictum fuerit de dissolutione,ac annullatione matrimonij, talis annullatio illius actus erit pœna: idque maximè

47 ximè colligitur ponderando dictionem, &, quæ est † implicatiua similium, & repetitiua præcedentium qualitatum. l. namquod. ff.de penu lega.l.Seiæ.§. Caio.ff.de fund.instruc. vbi si Caio fundos instructos, & domum superiorem lego, veniet domus instructa, licet illa qualitas in donatione domus non sit repetita. & ibi Bartolus numero quinto, exemplificat, Titio si nauis ex Asia venerit: & Seio lego fundum intelligitur fundus legatus sub ea conditione si nauis ex Asia venerit. idem Bartolus in l.si ita stipulatus. §. Grisogonus. columna tertia. ff. de verborum obligationib. Grat.respon.primo. numero vigesimoseptimo. Socinus cõsilio 280.considerata contingentia.numero secundo, lib.2. Et hæc est vera, & approbata conclusio teste Curtio iun. consilio centesimosexagesimoquarto, pro habendo.numero tertio. Vnde cum dicat textus. & alias pœnas, intelligere debemus præter prædictas pœnas, quas enumerauimus.

48 Accedit, quòd si lex lædit † personam pro vindicta, dicitur pœna. capitulo pœnitentia est quædam dolentis vindicta de pœniten. distinctione tertia. a lege per annullationem actus quis læditur. nullitas enim actus afflictio est intentionis agentis, naturaliter enim quod quisque facit vult valere, & de opposito contristatur, vt tradit hic Barba. per textum in l.3. ff.de milit.testamen. ergo annullatio actus est pœna.

Tertio hoc idem probatur per glo.in cap.porro.de diuor. vbi ꝓ sententia diuortij est pęna: ergo annullatio matrimonij: sed actus erit pœna.

Quarto hoc probatur per textum in l.senatus.de contrahenda emptione, vbi pœna imponitur in eum, qui aduersus Senatusconsultum fecisset, emptori vt duplum in ærarium inferat: contra venditorem, vt irrita sit venditio, ecce igitur,quòd annullatio venditionis seu actus est pœna.

Quinto est textus in l.fin.C.de posthu.hære.instit. Quærebatur in ea lege, an valeret testamentum,in quo pater filios ita instituerat,si filius,vel filia infra decem mensium spacium post mortem meam editi fuerint, hæredes sunto, vel sic, filius, vel filia, qui intra decem menses mortis meæ nascentur, hæredes sunto: concludit Imperator valere huiusmodi testamentum, ne pœnam patiatur præteritionis, qui filios non præterijt: pœna autem præteritionis est annullatio testamenti: ergo annullatio actus est pœna.Et quòd pę-

49 na † præteritionis sit annullatio testamenti: & quòd testamentum præteritione rumpatur est textus in l.Gallus. ff.de lib.& posthu. qua lege cautum fuit quomodo possent etiam posthumi institui: ne eorum natiuitate ob præteritionem testamentum rumperetur: ac annullaretur: & consequenter quis eam pœnam sustineret: vt intestatus decederet, sicut enim intestatus decessisse dicitur, qui nullo facto testamento decessit: ita intestatus dicitur, qui testamentum inualidum: ac nullum fecit Insti.de hære.quæ ab intesta.defe. in princip.Quid dicendum? Certè distinctio Abb. maximè probanda est, quòd cum quid annullatur in odium facientis contra prohibitionem dicatur pœna: hoc enim expresè probatur per textum in alleg.capitulo, pœnitentia est quædam dolentis.de pœniten.distinctione tertia.vbi quòd si lex lædit personã pro vindicta dicitur pœna: Cum ergo,vt persona lædatur,in eius odium quid annulletur, erit pœna.

Quando vero non seruatur forma requisita in actu secundum dispositionem iuris,meritò non erit pęna: quia lex non lædit pro vindicta, sed non præstat auctoritatem actui.

Superest modo respondere ad contraria. Non obstat igitur,quod dictum fuit per textum in l.fin.C.de posthu.hære. insti.vbi annullatio testamenti vocatur pœna: quia responderi potest prout hic per præceptorem meum domi. Philip. Dec. quòd non vocatur simpliciter pœna, sed pœna præteritionis, & ideo erit impropriè pœna: immo iuxta communem sententiam quælibet annullatio actus latè pęna dici potest.Curt.Iun.consil.octauo. numero primo.qui hanc communem affirmat.

Secundo responderi potest etiam propriè dici pœnam, quia in odium patris prætereuntis filios est constitutum, vt eius testamentum nullum sit: Nam non solum pater pręterendo filium errat, omittendo formam, ac solemnitatem de iure ciuili ad testamentum necessarias,cum quis filios habet, sed contra paternum debitum disponit: cum naturali iure parentũ hæreditas liberis debeatur: licet non ita econtuerso iuxta tex.& glo.in l.cum ratio.ff.de bon.dam. Et ideo non mirum si leges in parentum odium disposuerunt, vt ex eo testamento hæredem non habeant. Et ex ijs apparet, ꝙ comprobanda,& defendenda venit distinctio Abb.

Hactenus Abb.distinctionem prosequuti fuimus,quę bimembris fuit: verum addi etiam potest, prout addit Decius hic aliud membrum: ipse enim tria membra distinctionis facit,addens illud quando actus in fauorem annullatur,tunc non sit pœna: puta cũ quid annullatur fauore minoris, vel mulieris: tunc enim illa annullatio non erit pœna. l. sancimus. C. de pœn. Nec attendi debet annullatio actus penes contrahentes cum prædictis personis: licet enim respectu eorum sit pœna,tamen id consequenter venit, & dispositio dicitur fauorabilis, quamuis actus annulletur. Alex. per illũ tex.in l.2.ff.de libe.& posthu.

Qui alios vltra supra citatos videre voluerit, tractantes an, & quando annullatio actus sit pœna videre poterit Rui. consi.70.numero 17.lib.5.Alexan.consil.90. omissis.numero 3. volum.7. vbi concordat opiniones disputantium, an annullatio actus sit pœna.Pet.Rebuf. late super concor.rub. de colla.§.monemus,& vltra Bero. hic numero 27. eundem in capitulo, super literis.numero 22.& in repet.numero 32. infra de rescript.

Elicit Abb. ex glos. fina. capituli nostri quatuor conclusiones. Prima est,quòd lex,seu statutũ non afficit vere ignorantes, licet statutum præcesserit: & in hoc ipse satis insistit eam declarando per plures conclusiones.

50 Prima conclusio est,quòd † ignorans statutum, vel legẽ, & carens omni culpa,omnem pœnam legis euitat. Ad hoc inquit Abb.est tex.in cap.fin.qui matrimonium accusa.poss. qui tex. ad rem facit ex quo disponitur in ea constitutione, quòd ab accusatione non sunt repellendi, qui denunciationis factæ tempore tacuerunt, si probabile est eos denunciationem ignorasse,& si publice facta sit,ex quo apparet,quòd ex legitima causa ignorantiæ ac probabili quis excusatur:& scientes tantum ligantur: & sic Papa in illo text.excusat illos, qui denunciationis tempore erant extra diocęsim: vel si præsentes in illo oppido vbi denunciatio facta fuit, graui infirmitate detinebantur.Videtis ex illo text. & toto illo tit. qui matrimonium accusare possunt, quòd forma data no-

51 uissime a † concilio Tridentino super denunciationibus matrimoniorum faciendis: per quas inuitantur omnes impedimenta matrimonialia scientes reuelare, non esse a iuribus antiquis extranea, & consequenter non debet rigorosa censeri: sed potius prouida, ac prudentissima constitutio ad remouendum infinita scandala,quæ ante concilium in dies scaturiebantur.

Sic etiam intelligi debet text.hic per Abb.adductus in l.fi. ff.de decre.ab ordin.faci. qui loquitur de lege municipali. & supponit scientes tãtum ligari. Dum enim loquitur ibi Scęuola de pœna,quæ ea lege municipali cauta erat inquit,Respondi huiusmodi pęnas aduersus scientes paratas esse:Hoc tamen intelligendum prout in dicta l.fina.aduertit glo. quæ dicit ignorantem non puniri,secus si ignoranti imputari potest cur nesciat: puta si lex sit publice posita, vt cuique pateat. Et hoc voluit Abbas dum dixit,quòd ignorans carens omni culpa non ligatur. Ad idem est tex.noster ibi,quæ culpa caret: & ibi ne detrimentum possent ignorantes incurrere.Ad idem,quòd ignorantes puniri non debeant est text. in capitulo secundo. in principio. ibi, ligari nolumus ignorantes hoc tit.de constitutionibus. libro sexto. Ad idem est text.in capitu.imputantur. 1.quæstio.quarta.vbi excusatur,

52 qui per ignotantiam simoniace † ordinatur, excusatur scilicet a reatu pœnæ,non autem quin beneficio priuetur,vt ibi dicit glo.per tex.in capitulo primo.& in capitulo pręsertim. 1.quæst.5. quibus iuribus ignoranter per simoniam ordinatis ex misericordia, ac bonitate relinquuntur simoniace requisita. & ita non solum a pœna, sed etiam a lucro ne quis excludatur excusat ignorantia: ex humanitate tamen magis quàm ex rigore. Ad idem est text. in l.fin. ff.de lega.1.& tradit Barto.in l.auunculo.colum.fina. ff.de condi. sine cau. & cum hac conclusione transeunt communiter Docto. Et legitur apud Platonem lib. 19. in Hippia minore quãdoquidem multum ignoscitur illi, qui per ignorantiam iniuriam infert,mendacium loquitur, vel aliud quicquam committit mali: Legesq; in eos seuerius animaduertunt, qui volentes mala faciunt,mentiuntur q̃ue,quam qui nolentes.

Secunda conclusio Abb. est quòd si ignorans caret dolo: est tamen in lata culpa, & statutum, vel lex dolum tantum requirit tacitè, vel expressè talis ignorans, nec punietur, nec statuto, vel lege ligabitur: punietur tamen aliàs quam lex dicat, vel statutum propter latam culpam: dicetur autem quis esse in lata culpa si id ignorabat, quod omnes communiter sciebant iuxta textum in l. latæ culpæ. ff. de verborum significatione. Et prædicta conclusio inquit Abb. probatur per textum in capitulo, si quis suadente diabolo. decimaseptima quæstione quarta. iuncto textu in capitulo, si vero. 2. de sententia excommunicationis, quibus iuribus eadem pœna statuitur in percutientem clericum. Tamen quia lex dolum requirit, quòd sciat quis clericum esse eum, quem percussit: illum, qui est in dolo pœna excommunicationis afficit: ita vt, nisi in casu mortis ab alio quàm summo Pontifice absolui non possit. dicto capitulo, si quis suadente. Et quia dolus non adest vbi quis ignoranter clericum percusserit, sed tantum culpa. dicto capitulo, si vero. 2. de sententia excommunicationis percutiens clericum, ignorans eum clericum esse, non sustinet pœnam excõmunicationis. Ecce igitur, quod vbi lex requirit dolum culpa non sufficit, & non æquiparatur dolo, vt quis eandem pœnam sustineat: & idem est si lex, vel statutum tacitè exigat dolum vel expressè: puta quando ratione doli statutum, vel lex specificè aliquid statuit per verba, quæ dolum exprimant, vt si caueatur, vt qui dolo, seu fraudulenter fecerit, quominus quis aliquid faceret, &c. Tacitè autem requiritur dolus, quando punitur lege, vel statuto, actus, qui est illicitus, & sine iniuria personali fieri non potest: puta si qua lege cautum fuerit, quòd si quis percusserit clericum, vel laicum puniatur aliqua pœna: nam talis iniuria non potest esse sine dolo. capit. 1. & 2. 15. quæstio. 1. Et hæc sunt quæ in dicta conclusione affert Abb.

Verum quòd cum lex dolum requirit lata culpa non puniatur non rectè probat textus in præallega. capitulo, si vero: quia non solum percutiens carebat dolo: sed etiam lata culpa, & Abb. supponit, quòd ibi percutiens clericum esset in lata culpa: sed certè lata culpa est nescire, quod omnes sciunt. At ignorare quem clericum esse non incedentem in habitu clericali non est lata culpa: ibi enim est probabilis ignorãtia, quia erat clericus in habitu laici: & talis esse presumitur qualem habitus eum demonstrat: & in dubio quis
53 præsumitur laicus, non autem † clericus, quia nemo clericus nascitur: Hinc dixit Innocentius in capitulo, super his. de accusat. in fin. quòd excipiens contra electum quòd non sit clericus habet intentionem fundatam sequitur Abbas in capitulo bonæ. prima columna penultima, de electio. & in capitulo primo. columna prima, de litis contestatio. Ripa in capitulo, decernimus. numero quarto. de iudic. Idem etiam dicimus in alijs qualitatibus extrinsecis, quæ pariter cum persona non nascuntur, puta quòd aliquis sit literatus, vel sit musicus. capitulo si fortè. cum glo. communiter approbata, in ver. scientiæ. de electio. Abb. in cap. dudum. numero 6. de præsumptio. Idem Abb. in cap. cum in iure peritus. numero 2. versi. sed hæc ratio. de offic. deleg. videtis supra post num. 30. in 8. limita.

54 Præterea, quòd in dicto casu, & sic contra Abb. † lata culpa æquiparetur dolo, tenuit glo. in alleg. capitulo, si vero. vbi inquit pœna excommunicationis in dicto capitulo, si quis suadente. & in capitulo, si vero. afficiendum eum, qui clericum habentem tonsuram vidit, & non credens clericum esse percussit: & certè in tali casu percutiens non est in dolo, quia non credit clericum esse: sed est in lata culpa: quia non cognoscit, an scit, quod omnes scire debent, quòd scilicet ille esset clericus, cum tonsuram gestaret. Ergo in dicto casu veniet puniendus ex lata culpa, ac si in dolo esset.

Insuper si hæc Abb. cõclusio vera esset, sequeretur, quòd nunquam lata culpa æquiparetur dolo. contra textum in l. quod Nerua. ff. deposi. Dolus enim expressè, vel tacitè ex lege requiritur, vt quis pœnam sustineat: lata culpa non æquiparatur dolo expressè, vel tacitè secundum Abb. ergo nunquam æquiparabitur dolo.

Rursus contra Abb. est textus in l. prima. §. hæc actio. ff. si mens. fal. mo. dixe. vbi dicit textus quòd agrimensor non tenetur de culpa, sed tantum de dolo: Et tamen etiam ex lata culpa tenetur, vt ibidem subijcitur. Ergo etiam, quòd dolus expressè requiratur, ex lata culpa pariter quis puniendus venit: & ille textus id optimè probat, si ponderemus
55 dictionem illam, duntaxat, † ibidem positam, ibi sed duntaxat de dolo. quæ est restrictiua, ac omnes casus excludens. Et iuncta orationi affirmatiuæ affirmat illud, quod ponit, & omne aliud excludit, & negat. l. solutum. §. si in sortem. ff. de pigno. actio. l. ob æs alienum tantum. C. de præd. mino. & ibi Bart. capitulo, statutum. §. in nullo. ibi, & personis duntaxat designatis. de rescriptis. libro sexto. clementina prima. versic. Nos igitur. & ibi notat Cardinalis de summa Trinitate, & fide catholica. clementina prima. & ibi idem Cardinalis in tertio notab. de sequestr. possessionum. Rom. consilio 512. quo ad primum. numero secundo. Cum igitur textus ille (vt præmisi) agrimensorem teneri velit ex dolo duntaxat: & tamen eadem lex velit eundem teneri ex lata culpa: ergo dolus, & lata culpa æquiparantur: & ideo dico, quòd quia regulariter lata culpa dolo æquiparatur, præalleg. l. quod Nerua. ff. deposi. siue tacitè, siue expressè statuto caueatur dolum requiri: etiam ex lata culpa eandem pœnam infligendam esse. Pro dicta dictione, duntaxat, & alijs taxatiuis, ac restrictiuis videatis per Anton. Gomez. in suis varijs resolutio. in tit. de quali. contract. numero 13. ver. Dubium tamen.

Excipiendi tamen veniunt plures casus, vt quando pœna
56 est corporis afflictiua, tunc enim † lata culpa non æquiparatur. l. secunda. ff. ad legem Corneliam. de sicar. glo. in l. is qui cum telo. C. eodem l. in actionibus. ff. de in lit. iuran. & ibi glo. quæ excipit plures casus, in quibus lata culpa non æquiparatur dolo. De quibus etiam per Barto. in allega. l. quod Nerua. ff. deposi. Bartolus in l. prima. §. non autem. ff. si quis testa. lib. esse iuf. fue. Hyppol. de Marsil. in l. de minore. columna sexta & sequen. ff. de quæstio. Socin. in regu. 95. incipien. Dolus latæ culpæ. in prima fallen. & sequent. & hanc communem sententiam affirmat in dicta l. in actionibus. Idem voluerunt glo. in l. mora. ff. soluto matrimonio. Azo in summa. C. ad legem Aquiliam. Marsil. consilio vigesimo quinto. vltra ea. numero sexto. & consilio 62. numero secundo. Nec etiam æquiparatur dolo quantum ad infamiam irrogandam, vt Institu. de suspect. tuto. §. suspectus. Nec etiam quoad iuramentum in litera: quia irrogatur pœna reo ex sola voluntate iurantis, & in similibus casibus. In alijs vero regulariter lata culpa dolo æquiparatur, vt in l. magna negligentia. ff. de reg. iur. & in dicta l. quod Nerua.

Et in materia statuti vt sciamus an lata culpa æquiparetur dolo, attento, quòd statutum debet intelligi secundum ius commune, & a iure communi interpretationem recipit l. vt gradatim. versic. Et si lege municipali. ff. de mune. & hono. glos. in l. vltima. §. in computatione. in ver. non hæ. in fin. C. de iur. deliberan. & ibi Paul. Castren. ad hoc notat glo. illam, & dicit eam semper allegari. Est etiam textus in capitulo, cum dilectus. versic. Cæterum cum supra dictum statutum. de consuetud. capitulo, ad audientiam. cum glo. in ver. in Apostolica. & glo. sequen. de cleric. non residentibus. l. si quando. C. de inoffic. testamento. Lap. allega. 101. In ciuitate Florentiæ. numero decimo. Ancha. consilio 126. incipien. legitur. post numerum tertium. Videndum est, an de iure cõmuni, & in illo casu dolus requiratur præcisè, & lata culpa tantum, non sufficiat: tunc enim in statuto etiam præcise dolus requireretur. Et si pœna in statuto contenta de iure communi propter latam culpam imponi potest, tunc etiam pœna statuti ex culpa inferetur, Hæc fuit distinctio Angel. in l. prima. ff. de legibus. versicu. Item quæritur si statutum, vbi concluditur, quòd si pœna capitalis imponitur, debet subintelligi, si dolo quid fiat. Ex quibus infertur, quòd
57 statutum imponens pœnam mortis pro homicidio † intelligendum sit si homicidium dolo fiat. Ita tradit Baldus in l. data opera. C. qui accusa. & ad hoc plures hic adducit dominus meus Philippus Decius. numero trigesimotertio. qui postea concludit, secus fore si loqueretur de homicidio qualitercunque commisso: quia etiam absque dolo locum haberet pœna statuti. Ias. in l. secunda. §. prætor ait. ff. qui satisda. cogan. & in l. in actionibus. columna septima. ff. de in lit. iuran.

Sed redeundo ad dicta Abb. quo ad illam constitutio-
58 nem, si quis suadente diabolo † sufficiet ne lata culpa, vt quis clericum percutiendo in excommunicationem incidat? Ego responderem sufficere, & quia regulariter lata culpa

culpa dolo æquiparetur: & quia ita sentit gloss. in alleg. cap. si verò. si tamen velletis tenere contrarium, suggero vobis hoc fundamentum. Cum pœna corporis afflictiua lege, vel statuto imponitur, tunc lata culpa non æquiparatur dolo. gloss. in dicta l. in actionibus. ff. de in lit. iuran. quam sequuntur Bartolus & alij communiter in allega. l. quod Nerua. ff. depo. sed pœna excommunicationis maior est, quam quælibet pœna corporis afflictiua, quia anima corpori præfertur, vt omnibus notum esse debet, & in sacra pagina scribitur, Nolite timere eos, qui corpus occidere possunt, sed eum, qui animam. Ergo sicut in pœna corporis afflictiua lata culpa dolo non æquiparatur: sic nec pœna animæ afflictiua, quæ dolum requirit, ob latam culpam irrogabitur.

Ad hoc etiam responderi potest, quòd non semper verum est, quòd vbi pœna corporalis venit infligenda non æquiparetur lata culpa dolo. De hoc est textus in l. milites. ff. de custod. reo. & & in l. penultima. C. eodem vbi propter latam culpam commentariensis, si carceratus aufugerit, interdum punietur pœna capitis, & sic sine dolo. Ita limitat Angelus in l. lege Cornelia. ff. ad legem Corneliam. de sicar. & ibi Hyppo. de Marsi. columna prima. Ias. in alle. l. in actionibus. columna quinta. ff. de in lit. iuran. ac Iacob. Boullent. in repet. §. famosos. in l. capitalium. columna secunda. ff. de pœnis. & hæc sententia communiter tenetur per Doctores in l. commentarienses. dicto tit. C. de custo. reor. Quam quidam communem opinionem limitant non procedere quando commentariensis nobilem carceratum non arctè detinuit, si ille nobilis à carceribus aufugerit: tunc enim custodem carceris excusandum esse affirmant, Ange. in l. si à bonæ fidei. versicu. Item hic est casus. ff. de rei vindica. Idem Angel. in l. qui in carcere. ff. quod met. causa. sequitur Ias. in l. si pecuniam. §. sed si acceperit. ff. condit. cau. dota. & And. Barba. idem tenuit in capitulo primo. columna tertia. versiculo vide optime tex. de commoda. & consilio 91. columna secunda versiculo Facit lex. libro 3. Gerar. singu. 30. Felyn. in capitulo cum contingat. columna tertia. versicu. prima conclusio. de rescript. Curt. Sen. in repet. l. admonendi. numero 139. versiculo Et ideo. ff. de iureiuran. Boe. Dec. 217. numero nono. in tertia limita. Syl. Nuptial. libro quarto. in versiculo est nubendum. post numero 55. versiculo per quam inferunt. Alcia. in tracta. præsumptio. in 1. Regu. præsumptio. 48. columna prima. versic. Ex ista præsumptione. Tiraquel. de Nobilita. capitulo 20. numero 28. versicu. Hinc quinto. Catel. Cot. in Memoria. incipien. Nobilitas habetur. & in versiculo carceres variantur. In contingentia facti aliter seruari vidi. Materia hæc satis periculosa, valdeque arbitraria est: considerandumque est carceris custodem similem esse depositario, quippe qui hominum carceratorum depositarius est, vt per Pau. Castren. consilio 42. argumento. l. prima in principio. & in l. Lucius. versicu. Quid aliud ... propter quod officium, & custodiam habet a publico salarium, & qui mercedem pro custodia alicuius rei accipit, is illius rei periculum præstare debet. l. qui mercedem. ff. loca. vbi glo. vult illum de omni culpa teneri. Idem voluerunt gloss. & Bartol. in l. eum qui. §. si epistolam. ff. de furt. vbi quòd qui suscipit rei custodiam, & pretium tenetur de periculo succedente. Et nisi carcerum custodes seuerè punirentur, sæpe conniuentibus oculis, præsertim auri sacra fame allecti permitterent & ignobiles, & nobiles aufugere. Quod maximè præsumendum esse affirmo, quia genus huiusmodi carceratorum vile plerunque, ac penè infame habetur.

Punitur pariter vltimo supplicio, is qui dedit poculum abortionis vel amatorium muleri, & sine dolo, si secutus fuerit abortus, vel peremptio mulieris. l. si quis aliquod. §. qui abortionis. ff. de pœn. Angel. in allega. l. in actionibus. ff. de in lit. iuran. vbi dicit se consuluisse contra Barto. Paduæ. & illud cons. fuisse confirmatum per collegium Paduanum, & allegauit prædicta iura. secus tamen si mulieri vt conciperet medicamẽtum quis dederit, quo sumpto mulier mortua fuerit, vt in l. 3. §. adiectio. versicul. Sed ex senatusconsulto. ff. ad legem Corneliam. de sicar. Ratio diuersitatis secundum Barto. & Hyppol. est, quia primo casu dabat operam rei illicitæ. secundo verò licitæ. Et hanc limita. ponit etiam Iacob. præfatus in dicta repet. §. famosos.

Tertio fallit in Arcis custode, seu castellano, qui punitur capite siue dolo, siue culpa perdat arcem, vt voluit Oldrad. consilio nonagesimosecundo. incipien. Rex habebat arcem. ac Bald. in l. ad commentariensem. ff. de custod. reo. sequitur Ias. in allega. l. in actionibus. columna quinta. & Alciat. in tracta. præsumptio. Reg. 3. præsumpt. 15. numero tertio, & sequentib. Quid autem si custos arcis nominis sui virum aliàs probatæ conditionis subrogauit, & subrogatus perfidè agẽs arcem perdiderit, an arcis custos excusetur? Pro opin. affirmatiua concludit Ioan. And. in addi. ad Specu. titu. de loca, ad finem versic. nouissimè audiui, quem secuti sunt Alberic. de Rosa. in l. vltima. columna prima. versicu. Et pro declaratione. ff. de custod. reor. Barba. consilio 62. versicul. Et Ioan. And. libro 1. & consilio 34. columna antepenultima. versic. Et quod voluit libro secundo. Idem Barba. in capitulo, accedens. 2. columna secunda. versicul. Et adduco celebre. vt lit. non contesta.

Quarto fallit in casu l. penult. ff. de incen. rui. naufra. secundum Ange. in allega. l. lege Cornelia, quem ibi sequitur Hyppol. in l. prima. vt etiam limitat Iacob. vbi supra citans l. qui ædes. in dicto titu. de incen. ruin. naufra. in 1. limita. ad dictam regulam.

Quinto fallit in medico imperito, si eius imperitia moriatur infirmus, quia puniretur pœna corporali. prout singulariter tenet Floria. in l. idem iuris. §. mulionem. ff. ad legem Aquil. ad quod citat glo. in l. 2. ff. quod quisque iur. sequitur Hyppo. in alleg. l. lege Cornelia. col. 1.

Sexto fallit in assessore imperito, peritum se iactante, qui aliquem indebitè perire fecit, vt voluit Floria. in sua disputatio. incipien. quęsitus de crimine capitali. sequitur Hyppo. vbi supra.

Septimo fallit in casu l. quoniam multa. C. ad leg. Iuli. de vi publi. secundum Floria. & Hyppo. in locis supra citatis. ac Iacob. in dicto §. famosos.

Octauo fallit in casu l. omne delictum. §. exploratores. & §. qui aciem. & in §. si caligatus. ff. de re milit. secundum eosdem, vbi supra. & per eundem Hyppo. in l. 3. §. diuus. columna penulti. ff. ad leg. Corneliam. de sicar. vbi nonnullos ex prædictis casibus ponit.

Nono fallit in dicto Bartoli. in l. iustè possidet. in fin. ff. de acquirenda possessione. vt per Hyppol. in dicta l. lege Cornelia. colum. 1.

Decimo fallit quando ex lata culpa oritur dolus a lege præsumptus: nam tunc ex culpa quis incidit in pœnam l. Cornel. de sicar. ita limitat præfatus Iacob. in alleg. repet. §. famosos. in vltima limita. ad hanc regulam, subdens exemplum.

Vltimum dictum Abb. circa primam cõclusionem, quòd
59 † statutum non liget ignorantes, Hoc est, ꝗ si ignorans fuit in leui, vel leuissima culpa, & delictum commisit, ex quo ciuiliter puniri non potest, sed tantum criminaliter: tunc criminaliter pro modo culpæ puniatur.

Et quando quis ciuiliter, vel criminaliter puniatur: Et quid sit agere ciuiliter ex delicto, quid criminaliter est optimus textus iun. ibi not. in l. vlti. ff. de furt. & glo. & Barto. declarant in l. 3. in principio. ff. de sepul. viola. Et in hac materia satis dubitarunt Docto. Cyn. enim in l. si quis non dicam. C. de episcop. & cleri. & in l. data opera. C. qui accusare non possunt, quem refert hic Abb. tenuit, quòd non possit puniri criminaliter, sed ciuiliter, vt refarciat damnum pro modo culpæ. Ad quod adducit Cyn. & textum in l. qui ædes. ff. de incen. rui. naufra. vbi quòd dolo comburens ædes, vel aceruum frumenti cremari debet, si vero negligentia, & casu id faceret, tenetur comburens damnum refarcire. pro quo etiã est textus in l. si fortuito. eodem titu. Non ergo criminaliter & corporaliter puniri quis debet ex leui culpa, sed tantum ciuiliter.

Pro opin. Cyn. facit, quia leuis culpa leuiter est punienda. c. cum dilecti. de accusa. Ergo ex leui culpa non erit quis criminaliter puniendus: culpa enim leuissima non est maleficium. l. si cuius. §. de præteritis. ff. ad legem Aquiliã. & ideo ciuiliter puniri debet non criminaliter & corporaliter puniendus, quia culpa leuissima non est maleficium. l. si cuius. §. de præteritis. ff. ad legem Aquiliam. & ideo ciuiliter puniri debet, non criminaliter, & corporaliter, quia (vt dixi,) quælibet pœna corporalis quantuncunq; pecuniaria. etiam magna, maior est, ac grauior. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de ijs, qui notan. infam. & in l. seruorum. ff. de pœnis.

Secundo pro eadem opin.faciunt, quæ adducta fuere ad probandum, q̃ vbi pœna corporalis venit infligenda, lata culpa regulariter non ęquiparatur dolo, vt etiam dixit Abb. ergo multominus ex leuissima culpa quis personaliter puniendus erit.

Contrariam sententiam tenuerunt glo. & Barto. in l. respiciendum.ff.de pœn. & Antonius de Butr. hic. Et mouebatur ibi Bartolus per illum text. & per gloss. ibi in fin. vbi, quòd quidam delinquunt ex proposito, vt sunt latrones. Quidam impetu, vt qui per ebrietatem. Quidam vero casu. Exponit ibi glos. casu, idest absque dolo. Si autem lata, leuis, vel leuissima interuenerit, non tenebatur: nec punietur, perinde ac si in dolo fuisset, mitius tamen, licet criminaliter, prout intelligit glos. illam Barto. Mihi tamen videtur, quòd immo ciuiliter, & ita intelligat glos. ad idem citans inter alia iura, l. sciendum.ff.ad legem Aquiliam, vult enim gloss. quòd quis tunc teneatur lege Aquilia: At pœna legis Aquiliæ est tantum resarcitio, & emendatio damni. capitulo si egressus. & capitulo vltimo. de iniur. & dam.dat. & ibi notatur. Et est text. Insti. de leg. Aquil. Allegat etiam Bald. pro se. text. in l. absentem. ff. de pœn. in fin. vbi quòd in delictis distingui debet, an quid dolo, vel casu factum sit: & secundum huiusmodi distinctionem pœnę temperari debent. Ergo licet temperatè, tamen etiam quis criminaliter cessante dolo etiam ex leui culpa punietur. Ad idem facit textus in dicta l. qui ædes. vbi quòd leuius castigatur, qui nõ fuit in dolo. ergo etiam criminaliter punietur, licet leuiori pœna criminali.

Verum respondere possumus iura in contrarium adducta nihil probare, fateor enim eum, qui est in leui culpa mitius puniendum esse, eo, qui est in dolo: sed intelligo iura huiusmodi, minus puniendum, hoc est pœna ciuili, quia non sit in dolo, non quòd mitiori pœna, idest criminali teneatur.

Vel secundo responderi potest, criminaliter etiam licet minori pœna puniendum, eum qui ciuilem pœnam soluere non valet, puta quia non sit soluendo. Et hoc probat textus in dicta l. qui ædes, dum inquit, si casu fecit, si minus idoneus sit, leuius castigatur, qui enim non est soluendo in ære, ex vulgari regula in corpore luet. Et ita etiam si intelligere volumus tex. in l. absentem. ff. de pœn. quòd loquatur in pœna criminali mitiori, quando quis casu deliquit, rectè intelligemus. Nec est nouum, quòd vna lex ab altera interpretationem recipiat. ad text. in l. non est nouum. ff. de legibus, l. vt gradatim. ibi, ét ita rescripto diui Marci continetur. ff. de muneribus, & honoribus. l. vltima. C. qui testamenta facere possunt. Et sic punitur quis criminaliter tantum ex gestis contra legem: licet enim propter ignorantiam, quam quis habet ratione leuis, vel leuissimæ culpæ non sit delinquens absoluendus, tamen venia dignus est, vt mitius puniatur. capitulo, proposuisti. octuagesima-secunda distinctione.

Concordat Abb. sententiam Cyni, & Barto. distinguendo, quod aut pro leui, seu leuissima culpa puniri potest quis ciuiliter, & tunc procedat dictum Cyni, quod pœna criminalis non sit irroganda. Aut non potest puniri ciuiliter, quia non dedit damnum, & tunc procedat opinio Barto.

Animaduertendum est tamen, q̃ ex duplici causa quis dicitur non posse puniri ciuiliter: aut quia non est soluendo, & Abb. non intellexit ita: aut quia delictum non continebat factum pecunia ę̃stimabile: Et de hoc sensit Abb. dum dixit, aut non potest puniri ciuiliter, quia non dedit damnum.

Sed quid si intelligeremus Abb. in primo casu, cum quis non sit soluendo, an pœna criminalis erit irroganda? Certè responderi posset affirmatiuè, prout Abb. intelligit text. in l. qui ædes, dum dicit, Quemadmodum fit commutatio pœnæ ex impotentia facti, quia quis soluere non potest: ita etiam ex impotentia iuris: Dum tamen illa pœna pecuniaria irrogaretur in causa criminali, non autem in ciuili. iuxta gloss. in capitulo, non satis. in versic. & propter. distinct. 86.
60 & in capitulo primo. 14. quęstione sexta, ac in capitulo, peccatum. de regulis iur. libro sexto. & ita procedit † illa regula, quòd qui non habet in ære luat in corpore: cum scilicet æs, seu pecunia ex aliqua criminali causa solui debet, & ita intellexit etiam Aegid. Boss. in sua praxi crimi. tit. de homicid. numero 69. versic. Aduertendo tamen, quòd qui est in leuissima culpa.

Secundo principaliter quærit Abb. an indistinctè requi-
61 ratur lapsus duorum mensium, vt † constitutio liget? & in hac quæstione plures conclusiones firmat, quarum prima
62 est, quòd † quando in lege tempus est expressum, intra quod ligare debeat, standum est tempori determinato. iuxta tex. in cap. cum singula. de præbend. libro sexto. vbi quia exprimitur tempus, pœna in non parentem statim infligitur, vt prioratu priuetur, & ineligibilis euadat. Idem volũt hic Felyn. numero septimo. in quinta limita. dominus meus numero decimoquarto. ac Bero. numero 44. & ita intelligunt dictum capit. cum singula. de præbend. libro sexto. vbi solum vnius mensis terminus statuitur a die publicationis, vt illa constitutio obseruetur: sic & in Authen. vt neque miles, neque fœdar. §. si igitur. & in Authen. vt in priua. domi. facc. mil. non si. versus fin. in quibus tempus triginta dierum solum constituitur. Immo dicunt, quòd si lex sanciret, quòd statim ligaret, ligaret illico. glos. in ver. ex nunc. in clementina secunda. de hæreti. Non minus enim disponere potest lex, quòd ipsa statim liget, quàm quòd intra bimestre, vel post. Et hæc conclusio procedit, vt declarat hic Abbas respectu retractationis actus, puta quia actus sit nullus: non tamen procedit respectu pœnæ, vt declarat glo. in alleg. clementina secunda. de hæreti. Ratio est, quia absurdum esset pœna teneri ignorantem, & contra textum nostrum. Et ad hoc inquit Abb. est glo. in dicta clementina secunda. de hæreti. in verbo, ex nunc. Et quia pœna culpam supponit, quæ non cadit in ignorante. Quo ad pœnam igitur non debet intelligi, quòd statim valeat, licet lex generaliter loquatur. Quia verba generalia ita intelligi debent vt absurdum euitetur, vt notant Docto. in capitulo primo. hoc titulo. & est textus in l. nam absurdum. ff. de bon. libert. Et dixit Lap. alleg. 128. non quod ad hoc vt absurdum vitetur debet fieri violentia literæ.

Contra hoc tamen videntur adduci posse plura iura, quibus cauetur, quòd immo etiam pœna statim lata lege, vbi est tempus expressum sustineri debeat. Ita probat textus in l. sancimus. C. de sacrosanctis ecclesijs, vbi quòd ementes res ecclesiæ pretium amittant: & eam legem habere locum non solum in casibus futuris, sed etiam in emergentibus: & sic statim ligare incipiunt, pecuniam autem amittere pęna est: diminuitur enim patrimonium. l. 3. ff. de damno infe. Ad idem est textus in capitulo, cum tu. de vsur. vbi Pontifex vult vsurarios, qui etiam fuerunt ante constitutionem coerceri, vt vsuras restituant: & sic etiam respicit facta ante constitutionem. Ergo cum statuitur tempus, ex quo lex ligare debeat, ligabit non solum quo ad annullationem actus, sed etiam quoad pœnam. Ex ijs si rectè inspiciatur Abbatis sententia non impugnatur, quia licet prædictis casibus non solum annullatio actus sequatur, sed etiam pœna, id locum habet, quia lege cautum est, ac expressum, quòd contrafacientes statim pœnam incurrant: secus in casu nostro, loquitur enim Abbas cum dictum fuit, quòd ex tunc lex ligare debeat, non quòd etiam ex tunc pœna incurratur: Tunc enim si id adesset in lege, esset de casu indubitabili: statim enim legi non parentes pœnam incurrerent.

Respondetur & aliter prædictis iuribus, quòd ideo statim pœnam incurrunt, qui contra ea iura faciunt, quia & vsuræ, & alienationes rerum ecclesiasticarum ante illas constitutiones prohibitæ erant, & ideo statim ligabant, etiam ignorantes illarum nouarum constitutionum. & in simili voluerunt Cynus & Bartolus in l. prima. C. de summa Trinitate, quòd statutum addens pœnam in facto damnato
63 de iure communi, † liget etiam ignorantes: quia ignorantia non est probabilis, ex quo factum est damnatum de iure communi, licet Modern. Ferrarien. aliter sentiant, super hoc latè dominus meus Philip. Dec. insistit, numero trigesimoquinto, residens in opinio. Bartol. quam veriorem in iure affirmat: ponderans etiam, quòd exercens actum damnatum, dat operam rei illicitæ. & respondet omnibus fundamentis Fely.

Secunda conclusio Abb. hic, quam reassumit domi. meus.
64 numero trigesimonono. est, quòd † constitutio inferioris a principe, puta alicuius collegij, vel ciuitatis statim liget a die scientiæ, & respectu ignorantium tempus arbitrarium sit:

prout etiam voluerunt Hostien. in summa hoc tit. & Bartol. in l. omnes populi, in quinta quæstio. ff. de iustitia, & iure. adducunt tex. in l. vltima. ff. de decret. ab ordine faciend. vbi q̃ ignorantis statuta non ligantur: ergo scientes statim ligabuntur absque alio temporis cursu, & absque alia publicatione, ex quo certus certiorari amplius non debet. l. prima. §. aiunt. & §. si intelligatur. ff. de ędilitio edicto, capi. eum, qui certus. de regulis iuris, libro sexto. Bald. in l. leges sanctissimæ. C. de legibus. Et absurdum esset, quòd tempus idem duorum mẽsium daretur legi inferioris, quæ nõ ligat, nisi subditos suos, capit. vlti. hoc tit. libro sexto. quod legi principis, quę totum orbem ligat. Idem quod dixit Abb. hic. voluit idem Abb. consilio trigesimoquinto, numero primo, libro primo. Bartolus in l. omnes populi, numero trigesimoseptimo. Crot. numero centesimo vigesimosecundo. Caccialup. numero centesimo quadragesimoquarto, ff. de iustit. & iure. Bal. in l. leges sanctissimæ, C. de legib.

Tertia conclusio Abb. est, quòd constitutio principis liget post duos menses, iuxta text. in Authent. vt factæ nouæ constitutio. per gloss. citatum. Et voluerunt Bartol. in dicta lege, omnes populi, numero trigesimoseptimo. & Crott. ac Caccialup. in locis supra citatis, & alij communiter ibidem. ac Felyn. hic, numero septimo. Dominus meus, numero decimosexto. & Boro. numero quadragesimonono. de hoc infra latius tractabimus. Intelligenda est hæc conclusio, quando lex simpliciter loquitur: & sic non exprimendo tempus aliquod, infra quod, seu post quod ligare debeat: Vel non apposita clausula, ex nunc, vel simili: si enim exprimitur maius, vel minus tempus, illud expressum attenditur, prout diximus supra per textum in capitulo, cum singula, de pręben. libro sexto. ibi, infra mensem. postquam præsens constitutio peruenerit ad eosdem. & ad textum in capitulo, statutum. eodem titulo, & lib. ibi, post mensem a die, quo beneficium vacauerit, numerandum. & ad textum in l. in diem, in principio. ff. de conditionibus, & demonstrationibus. & per Geminianum in capitulo, seruus. quinquagesima quarta distinctione. super glo. prima, ad finem. Et sic seruabitur tempus in lege appositum, seu expressum: in iis enim, quæ certa sunt, non est locus coniecturis. l. continuus. §. cum ita. iuncta glos. in versic. nullus, ff. de verborum obligationib. l. ille, aut ille. ff. de legatis tertio. pro iis plura adducit Ioann. Andr. in vlti ma glo. Datæ libro sexto.

Quarta conclusio, secundæ supra positæ similis, cum qua hic alij transeunt, & voluit Præpositus in capitulo, quod di-
65 citis. sexta distinctione. est, † quòd constitutio prouincialis a die publicationis immediatè liget scientes: ignorantes vero arbitrio iudicis, quod arbitrium in perpendendo amplitudinem, vel magnitudinem, & alias qualitates ipsius prouinciæ, & distantiam a loco, vbi constitutio facta fuit: vt per Ioannem Andræam, & alios in prooemio Clementina. & arguit textus in capitulo, cum sit Romana, de appellationibus. Glos. vero in capitulo. proposuisti. (vt nonnullis supponunt) voluit constitutiones prouinciales non ligare ante sex menses: per textum in capitulo, decernimus. decima octauadistinctione. Verum si illa glossa habuit hanc mentem, malè loquuta fuit, & (vt supra dixi) maximum esset absurdum, quòd maius tempus requiretur in ligãdo aliquem per legem inferioris, quàm per legem principis: & sic darentur duo menses legi principis, quæ totum orbem ligat: constitutioni vero, quæ solos prouinciales, darentur sex menses. Hanc rationem adducit Barbat. hic, & Moderni, de eo tamen mentione non facta. Verum aduertatis ad id, quod mihi nunc in mente venit, quod constitutio, & quælibet actio principis in instanti, & per omnium ora, omnibus aures arrigentibus diuulgari solet non solum in loco factæ constitutionis, sed vbique locorum, etiam per nuncios, per epistolas, per cursores publicos, & priuatos, etiã mutatis equis, & alijs modis, quibus in remotis regionibus dignitas de omnibus, quæ fiunt Romæ, apud Imperatorem, apud Reges & Galliæ, ac Hispaniarum, & alios similes breui temporis spacio certiores redduntur, & sic verisimile est, q̃ scientia legis vniuersalis a principe emanatæ apud omnes, etiam exteros citissimè perueniat, vt in alia materia deduco in 4. quæstio. Reg. 30. de Vari. num. 4. & sequen.

Quinta conclusio A[illegible]o. est, quòd constitutio priuilegia-
66 tiua statim liget, seu effectum suum porrigat, sicut † priuilegium. Idem voluit Barto. in l. omnes populi. in 5. quæstio. nume. 37. ff. de iusti. & iur. & in l. penulti. C. de decurio. libro decimo. Quod etiam voluit glo. in prooem. Clemen. in versicul. de cætero. versic. Idem dico de his, quæ priuilegiant. Idem etiam voluit Ias. in l. beneficium. nume. 46. ff. de constit. princip. ex tex. in cap. 1. vers. Nam si alicui. & versi. similiter. de concess. præben. lib. 6.

Verum Barto. vbi supra, & Abb. hic, & cæteri intelligunt, quòd si statim liget eum, in cuius præiudicium tendit priuilegium, quod etiam voluit Romæ consilio 330. circa primum, colum. penultima, quo vero ad eum, in cuius fauorem tendit priuilegium, priuilegiati scientia requiratur. ad quod Abb. adducit textus in capitulo primo. de concess. præbend. libro sexto. versic. Ex parte vero, ibi, quæ vim suam habent mox, cum ad illos, quibus conceduntur peruenient. subdit Abb. hoc ibi communiter tenere Docto. Adducit etiam tex. in l. qui absenti seruo. ff. de acquiren. possessio. vbi quòd dominus non perdit possessionem serui absentis, donec ad illum seruum literæ libertatis perueniant. Idem probat text. in l. absenti. ff. de donatio. ab eodem citatus. vbi quòd donatarius ante scientiam non acquirit dominium rei donatæ. Ad idem Abb. citat glo. in versic. epistolam. in cap. quanto. secunda quæstione quarta. vbi quòd antequam literæ absolutionis ab excommunicatione perueniant ad absolutum, illæ non operantur. Idem etiam voluerunt Barto. in l. vlti. ff. de constitutio. princip. & Cardin. in prooem. Clemen. §. vniuersitati. in quinta quæstione. Pro præmissis, & quòd dominium non acquiratur ante acceptationem, adduco text. in l. si ego. ff. de nego. gest. per quem text. concludit Pau. Cast. consi. 197. visis ijs, quæ narrantur. in 2. dub. secundum nouam impressio. quòd donatio absenti facta ante ratificationem, non dat ius in re. Idem concludit consi. 182. qui loquitur in donatione facta per patrem Margaritæ filiæ: & dicit, quòd ante ratificationem non fuit ius quæsitum. sequitur Curt. Iun. consilio 52. circa controuersiam. numero 13. & consilio 120. præsupponitur. numero 1. & 4. & domi. meus Philip. Decius. consi. 436. visa instructione versus fin. versic. vltimo in casu isto. consilio 442. in causa in qua. numero 38. & consilio 511. accuratè, versus fin. versic. Non obstat, quòd notarius. Idem voluerunt Paris. consilio 88. numero 15. lib. tertio. Couar. libro 3. varia. reso. cap. 16. nume. 1. ac Neuiza. consi. 35. num. 17.

Ex præmissis vtiliter infertur ad praxim Romanam, &
68 omnium ordinariorum collatorum, quod † beneficium absenti collatum ante ratificationem, seu acceptationem non dicatur suum: est text. in specie in cap. si tibi absenti, ibi vt tuum dici valeat, non acquiris. de præbend. libro sexto. & ibi Philip. Franc. post omnes. in secundo not. Est etiam text. in cap. gratia. cum glo. in versicu. ignoranti. in princip. de rescrip. eodem libro. voluit glo. in clementina auditor. in ver. debitum. eodem titu. de rescript. Gui. Papæ deci. 49. in processu Felyn. hic numero 9. & in capit. in nostra. ante numerum 4. de rescript. Lapp. alleg. 89. numero 6. Paris. consilio 142. quòd reseruatio. numero decimo, volu. 4. Et de stylo Romanæ curiæ est, vt fiat articulus hoc modo, Item dicit, quòd præfatus N. gratiam concessionis huiusmodi sciuit, ac scit, illamque gratam, & ratam habuit, & habet, ac literas desuper necessarias, & opportunas expediri fecit, & procurauit &c.

An autem in dubio prouisio alicui facta præsumatur ratificata, seu acceptata? In Rota Romana discussum fuit coram Marficano in causa Salamantin. facti species hæc erat, facta fuerat commenda beneficiorum valoris 150. duc. tempore excidij vrbis episcopo Salamantino, tunc in castro S. Angeli existenti, non constabat, quòd illo tempore factæ commendæ notitiam habuisset, ideo quærebatur, vt præmisi, an in dubio præsumeretur ratihabitio? & licet Rota soleat tenere, quòd vbi actus requirit modicam impensam, non præsumatur factus ad instantiam eius, ad quem actus spectat iuxta doctri. domi. mei in capitu. primo. colum. 9. de iudi. quicquid dixerit Specu. titu. de appella. §. nunc breuiter. versic. quia si appareat. Oldra. consilio 136. colum. 2. vbi quòd supplicatio in dubio impetrata præsumitur ad illius instantiam cuius fauorem concernit. Cardina. consilio 25. colum. secunda. Pro parte affirmatiua conclusum fuit in casu isto, propter præsentiam episcopi in arce S. Angeli, vbi etiam erat Clem. VII. qui signauit: & sic præsens in loco sciẽs præsumi deberet. l. regula. §. 1. & l. nec supina. ff. de iur. & facti ignorantia. capitu. vltimo. versicu. super quo, qui matrimo. accusa. possunt. Bart. in l. is potest. ante numerum 17.

versic. Nisi forte ipse. ff. de acquirenda hæred. Et si præsumitur sciens, ergo etiam ratificans, ex quo de eius commodo, & non de aliquo incommodo tractabatur. ad theo. Barto. in l. quæ dotis. num. 21. & sequen. ff. solu. matrimo. & per D. meum Philip. Dec. in l. semper qui non prohibet. in princip. ff. de regu. iur. & per Cardin. in clemen. causam. §. intimatio. in 5. quæstio. de electio. Ad quod tamen responderem, quòd hæc coniectura non videatur concludens, eo quia sola existentia dicti episcopi in arces Angeli non arguebat eius sciẽtiam, nisi fuisset in eodem loco, vbi erat Papa. argu. eorum, quæ notat Alexand. & Repeten. in l. de vnoquoque. ff. de re iudica. vbi volunt, quòd præsens in iudicio non sit citandus, quod intelligunt quando quis est præsens vbi iudex sedet: secus si esset separatus a tribunali, licet in eodem loco, quia tunc non præsumeretur scientia. Et quot sunt qui continuò habitant in palatio Papæ, & per plures dies non vident eius faciem? præsertim quando illi est grauatus mole, vel magnitudine negotiorum. Et ad id, quod dicit Cardin. responderem, quòd dictus §. intimatio. procedit in proclamate facto in loco, quia præsumitur, ꝙ vnusquisq; de loco sciat, quæ fiunt in locis publicis. Et ita etiam procedat tex. supra citatus in cap. vlti. qui matrimo. accus. poss. Et quantum attinet ad illam distin. an actus requirat modicam impensam, an magnam, quòd in primo membro nõ præsumatur factus ad instantiam interesse habentis: In secundo vero secus, de quo etiam per Fely. in cap. nonnulli. §. sunt & alij. colum. 7. de rescript. & pulchrè per Sarnen. in 32. quæst. post num. 6. versic. Rota tamen sæpius super regu. de anna. & in 38. quæst. regu. de Trien. nume. 2. Rota intellexit, ꝙ licet in actibus ordinarijs, qui via ordinaria conceduntur, puta in nouis prouisionibus, gratia si neutri, commissione causæ, citatione, & similibus præmissa distinctio aptari possit, an sit modica, vel magna impensa: In ijs tamen, quæ concedi non solent absque magna solicitudine, & fauore, ac gratia, vt puta in prouisionibus, maxime beneficiorum notabilis redditus, non est verisimile, quòd alius, quàm qui præsens erat, & de cuius commodo tractabatur solicitauerit expeditionem gratiæ. Persona enim extrinseca non subintelligitur. l. ita stipulatus. §. Grisogonus. & ibi Barto. & Ias. in vlti. not. num. 40. & seq. ff. de verbo. obliga. Ipse igitur præsumatur impetrasse, & non alius eo non mandante, vel inscio.

69 Sic etiam dicimus † executorem Apostolicum non posse iurisdictionem exercere ante literarum receptionem. Rota. 793. pronunciatio facta in anti. & in no. 459. circa tertium. nume. 5. & 7. Fely. in cap. eam te. nu. 21. & in cap. sciscitatus. versi. pro tanto. num. 13. de rescrip. Cassad. Dec. vlti. nu. 12. de resti. spol. Paris. consi. 12. in isto. num. 18. lib. 3.

Hinc etiam Felyn. hic nume. 12. quærit post Dominos de Rota decis. 457. in no. vtrum teneant gesta per executorem Apostolicum, qui iam reuocatus erat, sed id nesciebatur? Plura hinc inde adducit, vide per ipsum. Et licet pulchra sit quæstio alibi tamen plenius, & subtilius disputanda veniet vbi melius cadet.

70 Consuluit Anchara. priuilegium † ciuilitatis in absentem collatum, sibi non prodesse antequam ad eum peruenerit, & de illo scientiam habuerit, motus per tex. in alleg. l. absenti. ff. de donatio. & in l. qui absenti. ff. de acquiren. possessio. vbi etiam de hoc Roma. in fin. princip. & Alexan. nume. 3. & sequen. & illud consi. Anchara. est 169. quod incipit Visis puncto, statuto & capit. de quo etiam per domin. meum Philip. Dec. consi. 661. post num. 8. & Ancha. sequitur etiam idem Dec. hic post num. 43.

Hinc etiam voluit idem Ancha. consi. 398. incipien. Præmitto pro clariori, ꝙ literæ familiaritatis Papę nihil operentur antequam veniant ad notitiam illius, qui in familiarem reci-
71 pitur. sequitur dom. meus hic nume. 17. Ratio est, quia † familiaritas est quidam consensus reciprocus, ideo ante notitiam nihil operatur: & familiaris dicitur Domini, seu superioris familiaris: & sic terminus iste dicitur ad aliquid, seu ad conuertentiam. Hoc consi. citare voluit hic Barba. qui sequitur Ancha. quem etiam sequuntur Fely. in cap. insinuante. post num. 5. versic. Item nota, ꝙ literæ familiaritatis nihil operantur. de offic. deleg. Cassado. Dec. vni. de verbo. signif. Sarnen. super regu. 32. de impetran. bene. vacan. Prob. fam. Cardin. quæst. 13. post num. 2. & quæst. 18. nume. 5. Pet. Rebuf. super concord. in for. manda. Aposto. ver. Item quando.

Demum aduertite ad illud contrarium, quod adducunt hic Imo. Barba. & dominus meus. nume. 44. super eo, quod dixit Barto. in l. omnes populi. in 5. quæstio. in princip. videlicet quòd statutum priuilegiatiuum statim operetur suum effectum absque scientia eius, cuius commodum respicit, ad similitudinem legati. Et idem Barto. postea num. 38. inquit, quòd qui bannitum capit debet præmium consequi a statuto impositum, etiam si statuti dispositionem ignorauerit: quem sequutus fuit ibi Crot. nume. 127. Imo. hic dicit alius esse in priuilegio cõcesso per modum legis, vel statuti: aliud per modum rescripti, quam responsionem confirmat hic domi. meus. nume. 17. versicu. sed aduertendum, quia statuta æquiparantur vltimis voluntatibus, vt voluerunt Barto. in l. 1. C. de ijs, qui. vt indi. Aimo. consi. vlti. nume. 12. Tiraq. de vtro. retract. in fin. nu. 15. Soc. Iun. consi. 181. nu. 38. lib. 2. Et valet argumentum a legato, ad statutum, vt præmisi, & voluit Bart. in alleg. l. omnes populi. num. 37. Hæc conciliatio per do. meum hic confutatur, nulla enim in hoc differẽtia cõstitui potest inter naturam rescripti, & legis. super qua conciliatione dubitat etiam Ias. in l. beneficium. num. 50. de constit. in princip.

Alio modo conciliat hic Bero. post nume. 48. Aut priuilegium, inquit, tendit ad alterius præiudicium, & tunc requiratur scientia vtriusque: priuilegiati, videlicet & illius in detrimentum cuius concessum est priuilegium, & ita procedere dicit communem opin. aut priuilegium respicit solum fauorem priuilegiati, & tunc sola eius notitia sufficiat & hoc inquit sentire Barto. in hoc ipse errat, contrarium enim sensit Barto. ipse Bero. relinquit cogitandum: verum cum eius conciliatio in iure non probetur, super ea non insisto, solutio vera colligitur ex distin. Cardina. in procem. clemen. in versi. vniuersitatem, quæ est, vt statim priuilegiato ignoranti ius quæratur, ne priuilegium reuocari possit: sed cum effectu ante notitiam non dicitur esse ius quæsitum. Hæc dist. communiter tenetur.

Subijcit post Anto. de But. Felyn. num. 13. quartam limitationem, quæ magni ponderis est, & non versatis in Roma. cur. vbi iura canonica verè trutinãtur, & digeruntur valde
72 difficilis videbitur, quod † constitutio habens clausulam decreti statim liget, super hoc instabimus, & postea prosequimur aliam conclusionem Abb. verum, vt melius super hac limitatione insistere possitis, declarabo quorsum tendat decretum, de quo loquitur hic Fel. & ne per terminos ignotos procedamus, hic subijcio formulam huius decreti.

Decreti formula post constitutiones, seu in illarum, ac literarum Apostolicarum, & priuilegiorum calce apponi solitis, † sub ijs verbis concipitur. Irritum quoque decernimus,
73 & inane, si secus super ijs, a quoquã quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Hanc formulam inuenietis etiam in clem. 1. de concess. præben. ibi, ex nunc etiã inane decernentis, & irritum. & in c. si eo tempore, vbi cadẽt verba. de electio. lib. 6. vnde quicquid fit contra decretum, irritum est. Oldra. consi. 319. colum. vlt. Abb. in cap. dilectus. num. 14. de præben. Et de illa clausula, sublata aliter iudicãdi facultate, videte quæ scripsi super signa. gratiæ in licentia testan. versi. illa clausula. ad fin.

Limitationem magnam dat Anto. de But. Imo. & Felyn. hic nume. 13. quòd constitutio, priuilegium, vel rescriptum principis si contineat prædictam clausulam decreti irritantis statim liget, & sic ante illos duos menses, de quibus su-
74 pra. Ratio limitationis est, quia † decretum huiusmodi ligat ignorantes, vt ex illius verbis, & tenore apparet, & probatur ex text. in cap. primo. & in cap. si soli. de concess. præben. lib. 6. in c. si postquam. & in c. si beneficia. de præben. eo. lib. Abb. in cap. cæterum. colum. vlti. de rescript. Zenzel. in extra. Execrabilis Ioan. 22. §. quæ omnia, in glo. in ver. irritum. sub titu. de preb. Ruin. consil. 70. Quia id. nu. 8. volu. 5. Cassad. Dec. 3. de Decre. in reserua. Gemini. in c. si eo tempore. in 3. not. de electio. lib. 6. & in c. si apostolicę. col. 2. vers. sed Archidiaconus hic & in cap. statutum. col. vlt. versi. Quærit vltimo. & ibidem Fran. etiam colum. vltim. versic. Gloss. super ver. gnoranti. de præbend. libro 6. si igitur lex, constitutio, priuilegium habens decretum irritans ignorantes ligat, ergo à principio, & autem aliquam notificationem, seu scientiam ligabit. In proprijs autem terminis nostris, quòd lex, seu constitutio habens decretum liget ante illius publicationem, & a principio valuerint, voluerunt Anton. de Butr. hic colum. 4. versicu. Quod tempora. & Imol. col. 2. in 2. fallen. qui dicunt esse de mente Paul. de Eleaz. in procemio. clemen. & Lap. in clementina prima. de electio.

Idem

Idem etiam dicunt teneri. Boic hic colum. 1. & Fely. in præalleg. 4. limi. Idem tenuerunt Tur. Crema. in cap. 4. §. leges. column. 2. versicu. ad tertium. 4. distinctio. Barb. in clemen. 1. not. 25. & sequen. de electio. Caccialup. in repet. l. omnes populi. not. 145. ff. de iusti. & iur. ac Sarnen. in proęm. regu. Cancel. nu. 14.

76 Contrarium tenuit Cardi. in cle. 1. in 18. q. de electio. † quia decretum appositum sub conditione, vt in casu nostro: videlicet si lex, seu constitutio publicata fuerit, suspenditur interuentu conditionis. clem. vniuer. Quia decretum. Rot. 95. quæ incipit paragraphus. no. 2. & 383. si Papa. no. 3. latè Roma. consi. 330. circa primum. no. 13. & seq. vbi confutat dicta multorum, faciũt not. per Cassad. Dec. 3. no. 15. de præb. Idem voluerunt Cardi. Alexandri. in alleg. cap. 4. §. leges. colum. 2. versi. Facit, quod not. 4. distin. Prob. in cap. tibi, qui. colum. 7. versicu. & limitando secundo de rescrip. lib. 6. Fely. in cap. cęterum. colum. 14. versic. solutio forte. de rescrip. Fran. in c. 2. §. ex parte. colum. vlt. de præb. libro 6. Soci. consi. 117. colum. 1. versic. Aliquando & secundo. & versic. Aliquando & tertio. Alex. consi. 97. colum. 1. vol. 5. Paul. cõ. 82. no. 14. vol. 4. Amplio ẽt si decretum adiectum in dispositione conditionali habeat clausulam, Ex nunc, prout ex tũc gloss. in alle. clem. vnica. de con. præb. & ibi Cardi. in 1. oppo. Ancha. in 5. not. Imol. col. 3. versi. Et ex nunc Boni. de Vitali. not. 32. & seq. Amplio item, vt non solum expressa conditio, sed etiam tacita, & sic subintellecta ex verisimili mente disponentis regulet vim ipsius decreti. Hostien. in cap. dilecto. colum. 4. versi. vel dic. & ibi Ioan. And. column. penulti. versic. Hostien. tamen. & Ioan. de Imol. colum. 14. de appel. Crot. in alle. repe. l. omnes populi. no. 63. in 7. conclu. Dom. meus in alle. cap. cęterum. de rescript.

Prima opin. videtur verior de iure, hæc autem secunda æquior & antequam veniamus ad limitationẽ, seu sublimitationem Fely. hic ad primam opin. quatenus illa subsistunt ego illam primam satis restringerem, & subdistinguerem, Aut sumus in decreto irritante notorio ex ratione, quòd ignorari non debeat, vel præsumatur, & hoc casu pcedat prima opin. arg. tex. in l. penul. C. de iu. & fa. ign. eccl. sacratissimæ. C. de legib. Sarnen. in 49. quæst. reg. de Trien. ante nu. 6. versicu. Et eodem modo in alio casu. & ita concluserunt domini Rotæ Romanæ in causa Rauennat. sanctorum Iacobi, & Philippi coram Capizucco 2. Iunij. 1550.

Limitat alio modo illam primam conclusionem, quam supra posuimus, quatenus vera esset, Felyn. hic ante nu. 14. non procedere in constitutione pęnali, ex quo decretum irritans respectu pœnæ, nunquam afficiat ignorantes. secundum gloss. 3. in clemen. nolentes. de hæret. & Ioan. And. in cap. si liquide. de rescrip. lib. 6. subdit Fel. hoc sentire Archi. 19. distin. §. 1. allegantem bonum text. in l. fin. ff. de decre. ab ord. facien. vbi quòd pœnam non incurrit ignorans, faciens contra decretum, de quo ibi. Cui text. responderi potest, quòd ibi de alio decreto, quàm irritanti, in quo decreto licet prohibitio adesset non tamen non cum clausula nostra decreti irritantis, & sic Fely. non videtur bene probare suam sublimitationem.

Mihi autem videtur limitationem huiusmodi, quod respectu pœnę decretum irritans non liget ignorantes, verã esse, & rationabilem pro qua limitatione, seu conclusione vltra Felyn. & alios his, pondero text. in cap. si beneficia de preb. lib. 6. vbi ignorans non obstante decreto euitat pęnam priuationis, seu amissionis beneficij, vt etiam voluit ibi Ancha. in 2. not. idem voluit gloss. in versi. ex tunc in clem. nolentes. de hæreti. Ioan. And. in cap. tibi qui. versus fi. & Gemi. colum. fin. versi. Vel dic. & melius. & Prob. nume. 18. de rescrip. lib. 6. Imol. hic in 2. fallen. & idem Imol. in clemen. 1. colum. penult. versicu. Quid de electione, & ibi Barba. nota. 55. de electio. Geminia. in cap. si Apostolicæ colum. penult. versic. sed hodie legati. de præben. libro 6. & consi. 33. versic. Nam qua ratione. colum. 6. Idem Fely. in cap. prima colum. 7. versiculo, & dicit Ioan. And. vt li. non contesta. Quod & voluit Sarnen. in tracta. manda. de Prouiden. num. 137.

77 Quærit hic Abbas † quando incipiant currere illi duo menses, qui secundum omnes dantur ad hoc, vt constitutio principis liget per Authen. vt factę nouæ constitu. vbi quod duo menses currunt a tempore publicationis factæ in prouincia. Vt distinctè procedamus ex dictis Abba. hic, & supeius quærendum est, quando noua constitutio principis ligare incipiat? respondendum est, quòd statim post duos menses à die publicationis illius iuxta dictum tex. in Authẽ. at factæ nouæ constitu. in princip. gloss. fin. hic versicu. quia ex quo gloss. in c. 1. in versicu. solemniter. de postu. prælato. glo. cum sua addi. in fin. libro 6. in versicu. anno quarto. & in proę. decreta. in versicu. commorantibus. versicu. & constitutio. Hostien. in capitulo nostro. colum. 1. super versicul. prohibitionem. & Anto. de Butr. colum. 5. versicu. Venio ad gloss. primam. vbi etiam Henri. Boic. Idem Hostien. in sum. versicu. quando constitutio. in prin. sub tit. de consti. Goffred. in sum. eod. titulo circ. fin. versi. incipit autẽ Tur. Crem. in cap. 4. §. leges. versicu. ad quartum. 4. distinct. Alberic. de Rosa. in versi. leges. Gemi. in cap. cum singula. ad fin. versic. Vnde sic statim. de pręben. lib. 6. Barto. in alle. Authen. vt factæ no. consti. in princip. & in l. omnes populi. in 5. q. princ. ff. de iustit. & iur. Speculu. in titu. de constitut. colum. 2. versicu. item quod duo menses. Cardi. in clemen. 1. §. nos etenim. in 5. quæst. de sepult. Idem Cardi. in proę. clemen. in versicu. vniuersitate. in 1. quęst. & ibidem Bon. de Vitali. in 4. quæst. Corn. consi. 247. nu. 15. lib. 1.

78 Subdit Abb. hic, quòd alij dicunt sufficere † publicationem generalem in curia Romana, & post Paul. de Eleaz. citat Ioan. And. super data lib. 6. distinguentem hoc modo, aut loquimur in constitutione Imperatoris, & prima opin. procedat videlicet. quod duo menses currant a die publicationis in prouincia. Aut loquimur in constitutione Papæ, & procedat secunda opin. scilicet, quòd sufficiat generalis publicatio in Roma. cura. duntaxat, a qua publicatione in Roma. curia. duo menses current. Adducunt ferè omnes hanc rationem differentiæ, videlicet ꝙ Imperator discurrit per prouincias, & quòd habeat pedes plumbeos. Papa vero non sic discurrit, & habet pedes plumbeos. Quam sit insipida hęc differentiæ ratio per Docto. communiter adduci solita, nemo qui sapiat negabit. Et tempore nudo vidi aliquos summos Pontifices non minus discurrentes per sua loca, quàm imperatores nec discursus per prouincias induceret scientiam, non Imperator discurrit tanquam tibicen, vel cursor, seu nũcius publicus: & dato, & non concesso quòd iste cursus operari possit sciẽtiam talem, quæ publicationi legis æquipararetur, procederet tamen in illis partibus in quibus fit talis cursus: Vnde ne nos etiam nimis cumamus, & verba effundamus super hac leui, inani, ac frigida ratione differentiæ per multos Docto. comprobata illam omnino reijciendam esse affirmamus: & concludamus constitutionem pontificiam † satis esse publicare in Rom. curia, à
79 qua publicatione in ipsa cur. Roma. si currãt duo menses illa omnes ligabit, & id siue dicamus esse de iure canonico, siue ex antiqua Roma. curia obseruantia, vel consuetudine hoc iure vtimur & hoc indifferenter seruatur, & per quinquaginta annos, & vltra seruari uidi: Et ab antiquioribus iamdiu ita obseruatur audiui, & vltra Ioan. And. in Data lib. 6. hoc idem voluerunt Pau. de Eleaza. in proę. clem. vbi dicit sufficere quamlibet constitutionem Papæ publicari Romæ, quæ est caput omnium ecclesiarum, & orbis. Nec requiritur quòd in singulis locis fiat publicatio. Idem voluit Cardi. Alexan. in cap. 1. de postu. præla. Et quoad constitutiones, seu regulas Cancellariæ, quòd sufficiat publicatio facta Romæ, quo ad hoc, vt vniuersaliter ligent: conclusit in contingentia facti parlamentum Tholosan. Deci. 444. in 2. dubi. Idem etiam tenuit Sarnen. in quæst. proę. Regu. nu. 13. versi. Nec obstat ꝙ regulæ non publicantur nisi Romę.

Ex proxime dictis tollitur subsequens hęsitatio, seu illatio Abb. concludentis si publicatio fiat Romæ tempus infra quod constitutio liget fore arbitrarium: probaui. nu. sufficere illam publicationem Romæ factam ad hoc vt vbique liget constitutio, non secus ac si vbique publicata fuisset, & consequenter quælibet constitutio pontificia Romæ publicata post duos menses, a die huiusmodi publicationis numerandos omnes vbique existentes ligabit: Et hæc est veritas. Nec defensio Abb. de qua per Dec. hic in 2. lectu. post nu. 44. prædictis obstabit.

Vltimo Abb. hic quærit vtrũ quis admitti debeat ad probandam statuti ignorantiam, & qualiter probari debeat: quo ad primũ concludens, quem ad illam probandum, admitti, ad quod adducit duos text. videlicet in cap. fi. qui matri. accus. poss. & in l. fin. ff. de decre. ab ordi. facien. quorum vterque supponit ignorantiam probandam esse. Qualiter autem probanda sit in dicto cap. fi. deciditur quòd proprio iuramento.

80 Pro hac opin.q̃ per proprium iuramentum † ignorantia probari possit Abb. adducit duas gloss. vipelicet. gloss. fina. in fi. in cap. qui diuinis, & humanis 12. quęst. 2. alias cap. huiusmodi incipit, qui & humanis. dicta glo. in vltimis verbis, dicit, vel ēt probabit proprio iuramento. Quod etiam dicit altera glo. in cap. proposuisse in versi. non probatur versicu. Dico suo sacramento. 82. distin. vltra. text. hic per Abb. citatos, idem etiam, & quòd, quæ in animo consistunt, vt est
81 ignorantia, vel scientia † per iuramentum probari possit adduco text. in c. pastoralis. in fin. de exceptio. vbi iuramento quis probat dilatorias exceptiones non prius sciuisse. comprobat Rot. 502. nota exceptiones in antiquis. & 30. Fuit dubitatum. in fin. in nou. Facit etiam text. in cap. in lectum 34. quæst. 2. ibi, per securitatem veram iuncta glo. in versicu. per securitatem. Idem voluerunt idem Abb. & Felyn. in c. quęsdam. numer. 5. vsque ad fin. de præsumptio. & D. meus Phi. Dec. consi. 452. visa instructione, versus fin. versic. Et si ignorantia deberet probari.

Præmissa conclusio, q̃ regulariter ignorantia proprio iuramento probari possit vera in iure videtur, quæ tamen limitatur in quibusdam casibus de quibus per Fely. hic. Vnde non est recurrendum ad arbitrium iudicis, vt Abb. hic tandem sentire videtur. Vel text. in cap. innotuit cum gloss. de electio. probat, quod hoc sit arbitrarium, immo gloss. absolutè dicit, quòd ignorantia iuramento probetur. Minus etiam alter text. per eundē adductus id probat diuersa enim est materia illius arbitrij a nostra. Arbitrium. n. de quo ibi consistit circa delationem iuramenti, vni parti magis, quàm alteri, & sic nihil ad rem nostram.

82 Notat Abb. ex glo. fi. vnum modum probandi † ignorantiam constitutionis, si absentia probetur a loco, pro quo gl. & Abb. adducunt cap. fin. qui matri. accu. poss. vbi si adest a diocęsi tempore banni, seu proclamatis, qui matrimonium accusare poterat, propter presumptam ignorantiam ratione absentiæ post tempus admittitur ad accusandum pro quo est text. in l. planè, & ibi Barto. & Bal. ff. de excu. tuto. est etiam text. in cap. ex tenore. de testi. Idem voluerunt gl. in cap. qui in huuanis. 12. quæst. 2. Abb. in c. de his. ad fi. de accu. Bald. & alij in l. Titius. §. Lucius. ff. de libe. & posthu. Roma. con. 19. ad discutiendum. colum. 2. vbi de ignorantia decreti. Alexan. consi. 146. in princip. volũ. 5. Dec. consi. 64. colum. 3. & consi. 460. viso puncto. colum. penult. Soci. con. 301. num. 2. lib. 2. Idem Soci. vel quisquis ille sit in regu. 98.

Vltimo Abb. sic referens Archidi. in cap. quod dicitis. 16.
83 distin. concludit † bannum ad hoc, vt liget necesse est, vt fiat per totam ciuitatem: declarando sufficere fieri banna, seu constitutionem publicari in locis eminentioribus, & consuetis. nec esse necesse discurrere per singulos vicos, qa hoc esset singularum aures inculcare. Idem voluerunt. Geminianus in dicto cap. quod dictis. Bald. in cap. 1. in 5. colum. de mili. vasal. qui contu. est. Aret. consi. 110. Ange. in l. 1. §. hæc stipulatio. colum. 8. ff. si cui plusquam per leg. falci. Ioan. An. in clem. grauis. in versic. preconio, & videmus Romæ, & alibi defrutata esse saltem ex consuetudine quædam loca vbi preco legit alta voce banna, & sæpè huiusmodi banna scripta, seu impressa affiguntur in quibusdam locis publicis, & per quæ totus populus transire consueuit: puta Romæ ad ualuas diui Petri: in acie campi flore, & alibi: Venetijs apud sanctum Marcum, & apud Riuum altum: Flore. ne apud tribunalia & alijs in locis publicis, & hic Pisis (ubi primā catedrā in iure pontificio tenens hęc scribo,) apud pontē plateā mercati, apud ueterē, apud porticus, & alijs in locis. Et similiū bannorum publicatorum oēs præsumūtur habere notitiam, qui sunt de loco, & ibi commorantur. Inno. in cap. 1. de posthu. prela. Roffred. in libello super titu. si quis ius dicē. non obtemp. colum. 3. versicu. Item illud quæritur. Bald. in l. doli mali. ff. de nouatio. & in l. nostram. colum. fina. de testam. sequitur Alexan. consil. 65. colum. 2. libro 3. Idem voluerunt. Ias. consil. 46, colum. 3. lib. 3. & in l. is potest column. 12. ff. de acquirend. hære. & Afflit. super const. Regni. titu. de armis de ponen. nu. 4. Hæc sufficiant pro congrua dote huius cap. 2.

REPETITIO
IN CAP. CVM M. DE CONSTITVT.

Præclarissimi I. V. C. D. Quintiliani Mandosij.

SVMMARIVM.

1 *Diuisio congrua quæ?*
2 *Canonia quid?*
3 *Præbenda quid?*
4 *Canonicus præbendam habere debet.*
5 *Scribenda sunt nomina, & alia extensè.*
6 *Nomen & cognomen extensum in libello, & rescripto ponendum.*
7 *Mutatio fit addendo, vel minuendo.*
8 *Procurator falsus dicitur non habens mandatum.*
9 *Procurator de suo mandato certus esse debet.*
10 *Manus Papæ appositio.*
11 *Industria alicuius redditus crescentes illius proprij esse debent.*
12 *Beneficium spiritualitatem, & temporalitatem continere debet.*
13 *Primeuum ad statum res facile reuertitur.*
14 *Aequipollentium quid fiat non refert.*
15 *Aequinocatio tollitur etiam per indciia.*
16 *Vniuersale per circumstantias efficitur indiuiduum.*
17 *Ordo non seruatus non vitiat actum.*
18 *Clarę debent esse leges.*
19 *Nominis propter mutationem cessante fraude quis in pœnam non incidit.*
20 *Consors pro consorte absque mandato agit.*
21 *Confirmatio Papæ non impedit augmentum præbendarum fieri.*
22 *Instituendi sunt tot in ecclesia, quot possunt congruè viuere.*
23 *Canoniarum & præbendarum numerum restringendi legitima causa est exilitas redditum præbendarum.*
24 *Numerum antiquum præbendarum episcopus cum capitulo restringere potest.*
25 *Statutum capituli priuatæ vtilitatis nutritiuum contra antiquam consuetudinem fouentem publicam vtilitatem quando valeat?*
26 *Variantur statuta iuxta varietatem temporum.*
27 *Ordinarij legibus subijciuntur.*
28 *Canonicus absque præbenda recipi potest.*
29 *Doctoris dictum intelligendum est iuxta tex. cui innititur.*
39 *Canonicatu concesso venit etiam præbenda annexa.*
31 *Differentia per plus & minus non differunt specie.*
32 *Canonicus supernumerarius an sit propriè canonicus.*
33 *Distributiones quotidianę an debeantur canonico supernumerario.*
34 *Canonici in herbis supernumerarij.*
Episcopus nullotenensis comes sine comitatu.
35 *Consuetudo in interpretatione cuiuscunque dispositionis sequens est.*
36 *Preces an vitient collationem.*
37 *Mensa grossa quæ?*
38 *Clausula nisi redditus ecclesiæ intantum crescant &c. in confirmatione Papæ subintelligitur.*
39 *Rebus sic se habentibus intelligi debere quamlibet dispositionem.*
40 *Clausula apponi solita de stylo curiæ Ro. subintelligi debet.*
41 *Clausulæ apponi solitæ in literis apostolicis censentur missæ, licet apposite non sint.*
Residere ut quis non teneatur in priuilegio subintelligitur clausula. Quòd interim debitis non fraudetur officijs.
42 *Consuetudo interpretatur omnem dispositionem.*
43 *in Contractu omissa apponi consueta habentur pro appositis.*
44 *Notarius presumitur rogatus apponere omnes clausulas consuetas.*
45 *Consuetudo interpretatiua an debeat esse decennalis, & præscriptam.*
46 *Precarij clausula an in contractu addi possit?*
47 *Constituti clausula apponi omissa, an in contractu addi possit.*
48 *Guarentigiata instrumenta in Tuscia habent executionem paratam.*
49 *Codicillaris clausula an censeatur apposita de voluntate testatoris.*
50 *Clausulam omnem in contractu censeri appositam de voluntate contrahentium.*
51 *Substantialia omnino exprimenda esse, etiam alias apponi consueta.*
52 *Institutionis iure clausulam in relicto filiæ facto an notarius apponere possit.*
53 *Pœna in contractu apponi consueta an possit per notarium suppleri.*
54 *Falsus procurator dici potest de mandato non docens.*
55 *Notarius in contractu celebrando clausulas consuetas apponere debet.*
56 *Notarius rogatus an solus clausulas consuetas supplere possit.*
57 *Sapientis ad sensum notarius rogatus conficere instrumentum, clausulas consuetas ponet.*
58 *Scripturam contractui requirenti nihil addi potest.*
59 *Copia instrumenti data parti notarius clausulas extendere non potest.*
60 *Statuentes an venire possint contra statutum a superiore confirmatum.*
61 *Decreti irritantis clausula an operetur ne statuentes statutum confirmatum renouare possint.*
62 *Decreti clausula habet tacitam conditionem si is in cuius fauorem est appositum eo vti velit.*
63 *Commodum si cui affertur intelligitur si ipse velit.*
64 *Scholares, vt tractentur vti ciues statuto disponente intelligitur si ipsi velint.*
Fauori suo quilibet renunciare potest.
65 *Præbendæ pares esse debent.*
66 *Fructus excrescentes deputari debent pro nouis canonicis.*
67 *Præbendæ ex fructibus excrescentibus.*
68 *Consors litis pro consorte agere potest.*
69 *Lis verè, & propriè dicitur post contestationem.*
70 *Lis pendere dicitur executa citatione.*
71 *Vltima opin. Doctoris in dubio sequenda est.*
72 *Communi ab opin. recedere quando liceat?*
73 *Ordinare litem quid sit.*
74 *Causa, lis, & controuersia pro eisdem.*
75 *Lis quando quo ad actorem, quando quo ad reum dicatur.*
76 *Comparere qui possunt absque mandato, non admittuntur contradicentibus ijs pro quibus comparent.*
77 *Consors litis an agere possit in requirentibus speciale mandatum.*
78 *Coniunctus pro coniuncto an agere possit in requirentibus speciale mandatum.*
79 *Concors litis an in criminalibus agere possit?*
80 *Criminalibus in causis vbi imponitur pœna corporalis procurator non admittitur.*
81 *Membrorum suorum an quis sit dominus?*
82 *Talionis pœnæ quando locus sit.*
83 *Correlatiuorum delictorum natura.*
84 *Consors pro consorte, vt admittatur in iudicio an debeat aliàs esse habilis?*
85 *Specialia ex eodem fonte non descendentia concurrere possunt.*
86 *Duo specialia si vnum ab altero pendeat concurrere non prohibentur.*
87 *Fictiones duæ circa idem concurrentes quando impediantur?*
88 *Excommunicatus non admittitur ad litis consortis defensionem.*
89 *Coniunctus non admittitur vbi requiritur speciale mandatum?*
90 *Coniuncta persona pro coniuncta admittitur.*
91 *Coniunctam personam in spiritualibus, & beneficiarijs non admitti.*
92 *Canonicus pro canonico an agere possit?*
93 *Coniunctio spiritualis an idem quod coniunctio sanguinis operetur.*
94 *Papa, & Cardinales vnum corpus constituunt.*
95 *Homo nouus propter mutationem status.*
96 *Absolutionem ab excommunicatione canonicus pro canonico petere potest.*
97 *Capitulum inter, & prælatum maior coniunctio videtur, quam inter canonicos.*
98 *Præbendarum sectio prohibita.*
99 *Duo ad eandem præbendam recipi possunt.*
100 *Diuisio rei in facto consistentis factum requirit.*
101 *Protestatio de non consentiendo in iudice recusato an valeat?*
102 *Processus per iudicem recusatum an sit nullus?*
103 *Protestatio reseruat ius docendi de recusatione.*
104 *Protestatio conseruat ius.*
105 *Protestatio quòd non intendit renunciare appellationi an valeat?*
106 *Appellans ad iudicem a quo rediens appellationi renunciare dicitur.*
107 *Appellationi non renunciat comparens pro reuocatione grauaminis.*
108 *Formula protestationis in suspensione petitorij quæ sit, & quid operetur hæc protestatio?*
109 *Causa simpliciter commissa venit petitorium, & possessorium.*
110 *Possessorij causa prius terminari debet.*
111 *Siue simus in possessorio recuperandæ.*
112 *Siue adipiscendæ.*
113 *Siue retinendæ.*
114 *Suspensio petitorij quandocunque fieri potest.*
115 *Protestatio feudatarium, seu emphyteutam an iuuet.*
116 *Arguitur de feudo ad emphyteusim.*
117 *Consensus domini directi an ab initio requiratur?*
118 *Cautela qua vti debemus in alienatione rei feudalis, vel emphyteuticæ.*
119 *Qua protestatione vti debeant circa fidem Doctores legentes, scribentes, & disputantes, ac concionatores?*
120 *Protestationis circa fidem definitio.*
121 *Fides implicita sufficit in idiota.*
122 *Fides explicita in quibus requiratur?*
123 *Docti nonnunquam subtilia ignorant.*
124 *Aduocati defendentis inquisitum de hæresi protestationis formula.*
125 *Protestatione aliqua an vti possit habens facultatem propriam possessionem capiens iudicem adiens.*
126 *Possessionem propria auctoritate facultatem capiendi habens perdit iudicem adiens.*
127 *Viam quam quis elegit sibi pateat.*
128 *Impeditus facto super expeditione iudicis causæ an absque protestatione excusans veniat?*
129 *Protestatio an sit necessaria ad excusandum impeditum facto iudicis?*

Vm M. Ferrarien. Hactenus ex titu. de constitu. primum, & secundum cap. exposuimus, nunc cum hæc constitutionum materia ampla sit, & post festa Pascatis deueniendum sit ad titu. de rescript. constitui interpretari aliquam decretalem ex cuius explicatione omnis ferè constitutionis doctrina eluceścat. tex. in cap. cum M. Ferrarien. hoc titu. nostro ad hoc maximè videtur opportunus, qui, (vt inquit hic Abb.) habet materiam prolixam, & subtilem. Vtq; inquit Barba. famosa, quotidiana, vtilis, ac subtilis est præsens decretalis, ex re igitur erit in hoc tam celebri capit. aliquantulum elaborare, vt vestræ vtilitati consulam.

Et iuxta Docto. consuetudinem diuidendus erit iste tex. in cap. cum M. cum sit inquam valde prolixus, & secari poterit, prout per Abb. in tres partes. In prima ponitur allegatio pro M. & socijs. In secunda pro capitulo, quæ est ibi verum. In tertia decisio. ibi mandamus. And. Barba. & Rip. subdiuidunt tex. in plures partes, sufficiat Abb. diuisio, ad quam se remittit. D. meus Phil. Decius. Sicut enim diuisio † maximè ad intelligentiam, & memoriam confert, iuxta glo. in §. penult. in procem. Instit. ita etiam & minutissima diuisio, & memoriam turbat, & legentem, seu audientem fastidit. Et dixit Philosophus bonam diuisionem bimembrem, vel ad bimembrem reducibilem & ex nostris Ange. Instit. de actio. §. 1. Ias. in rub. ff. de vulga. & pupilla. & idem Rip. in l. 1. nu. 1. ff. si cert. peta. Sic etiam videmus iureconsultos bimembribus diuisionibus vti, prout in l. 1. in princip. ff. de rer. diuis. & postea gradatim. in §. id vero. in §. hæ autem, & in §. quędam idem videre est in l. 1. ff. de adoptio. & in primis tribus legibus. ff. de statu hom. & in l. 1. illa trimembris ad bimembrem reduci potest. Qui philosophiam profitemini videte infinitas diuisiones bimembres apud Platonem lib. 16. cui titulus ciuilis, vel de regno a principio vsque ad fin. & post medium habetis, quòd quando possibile est omnis diuisio ad bimembrem reduci debet, quando vero partitio bimembris difficile fieri pōt, & in gemina secare non valemus, tunc per membra instar victimæ discerpamus.

Summatur hic per Abb. Primo si capitulum contra suam constitutionem decreto canonicorum numero aliquos recepit in canonicos desuper excrescentibus fructibus eis prouidere tenetur. Secundo sic Non obstante certo canonicorum numero, etiam per Papam confirmato prouidendum est receptis vltra numerum desuper excrescentibus fructibus, maximè si volūtariè per canonicos fuerint recepti. Barba. sequitur primum summarium. Dec. etiam se remittit ad summa. Abb.

Plenius tamen summari posset, prout hic per Aret. Protestatio contraria facto non releuat protestantem, & ideo si capitulum contra suum statutum recipit aliquos in canonicos, non obstante protestatione de redditibus super excrescentibus eis prouidere tenetur. Nec videantur vobis hæc summaria prolixa, cum summa breuis esse debeat argumen. text. in l. summa. iuncta glo. 1. ff. de statu homi. Institu. de iu. perso. in princi. & ibi glo. in §. omnium. Institu. de obligatio. Decretalis enim nostra, quæ summatur prolixa est, & consequenter compendium illius, vt proportio seruetur ad tex. in l. sufficit. iuncta glo. ff. de condi. inde. in versi. ita prorsus. l. filiusfam. cum glo. ff. si cer. pet. & si summarium breuius concipere vellemus carmini Horatiano locus esset, obscurus fio, dum breuis esse laboro.

Antequam casum figurem præmitto ad euidentiam quid sit canonia, quid præbenda, quid etiam communis mensa.

2 Canonia † vt inquit glo. in ver. receperunt, quam communiter sequuntur Docto. est ius proueniens ex electione,
3 & receptione in fratrem. Præbenda † est ius percipiendi certos prouentus in ecclesia ratione diuini officij, cui quis insistit tanquā canonicus. Ex quo constat, quòd inter se differunt canonia, & præbenda: differunt enim origine, quia canonia oritur ex electione, & receptione in fratrem: præbē-
4 da vero oritur ex canonia, † eo. n. ipso q̃ est canonicus præbendam habere debet. c. relatum. de præben. c. cum super. de con. præb. & est quasi eius filia, prout etiam dicimus actionē esse filiam obligationis. l. licet. §. ea tamen. ff. de procu. Insti. de verb. obliga. in prin. & glo. rub. Insti. de, obliga Differunt etiam effectu, quia ex iure canonię cōsequitur canonicus ea, quæ sunt diuini officij, vt sedere in choro, cantare, & alia huiusmodi, vt tradunt infra Docto. super dicta glo. in ver. receperunt

perunt. ex iure autem præbendæ consequitur canonicus ius percipiendi fructus, decimas, & similia, debita ratione præbendę.

Communis mēsa ea dicitur, quæ distributiones quotidianas seruientibus tribuit: & ea quæ ad hunc vsum deputātur, communi mensæ deputata dicuntur, de quibus sufficiat hęc dixisse ad intelligentiam terminorum. De ijs enim infra latius suo loco tractabimus.

Facti species breuiter ita se habet, ne misceamus rationes dubitandi, quæ in tex. ponuntur. Canonici Ferrarien. vt maiores redditus haberent, statuerunt numerum 14. prębendarum, præter id, quod mensę communi deputarunt cōtra antiquam consuetudinem. plures enim præbendæ olim erant, & plures canonici. Postea contra constitutionem factam canonici Ferrarien. quinque in canonicos receperunt, quibus aggregatis vnam præbendam vacantem assignarunt: nolebantque illis de præbendis prouidere, licet ecclesię redditus excreuissent, sed illos mensæ communi deputauerant. Dubitabaī quid iuris: Pro nouis canonicis, ac pro se M. Ferrarien. instabat, vt prouideretur omnibus de præbendis: & de hoc erat ab Innocen. III. Episcopo Clugien. rescribendum. Quæstio dubitabilis erat: & rationes dubitandi, & decidendi plures in tex. habentur, ex quibus præcipuas adducemus, nonnullas alias addentes, vt vobis bene dubitantibus eueniat, quod dicit Philosophorum princeps, quòd qui bene dubitat, bene intelligit.

Primo videtur dicendum, ꝙ dictus M. nihil obtinere deberet, quippe qui ineptè intentionem suam proposuerat: Multi enim vocari possunt hoc nomine M. Ferrariē. seu nomine incipiente M. puta Marcellus, Mutius, & infinita sunt nomina sic incipiētia: vnde videtur quod commiserit fraudem, non ponendo, seu exprimendo nomen proprium, & integrum, quod poni debet, nec sufficiunt signa, & charactera † sed extensè quid scribi debet. §. illud autem iuncta glo.
5 in ver. signa. in 1. constit. ff. l. si cum patrono. §. fin. & ibi glo. penul. in versi. notis. ff. de bono. posses. l. 1. versi. fin. C. de vete. iur. enucle. ibi non signorum captiones, & postea ibi. Nec enim per specialia signa numerorum. & l. 2. C. eodem. §. eandem pœnam, ibi, numeros per consequentias literarum volumus non per signa manifestari. l. vni. uersus fi. C. de emen. Codi. Iusti. ibi, sine vlla signorum dubietate. Specu. in tit. de instru. editio. §. instrumeutum ergo. num. 16. versi. Item opponitur, ꝙ instrumentum est scriptum per notas, siue per signa. Cardin. in clemen. 1. §. regula. in 1. not. de statu monac. Alexan. consi. 153. videtur prima consideratione. colum. 2. num. 6. lib. 2. Et ad rem nostram optime facere videtur tex. in cap. fin. de rescript. vbi faciens citari aliquem ad aliquam villam indeterminatè, quæ cum pluribus eiusdem prouinciæ villis habet vocabulum calumniosus habetur, & in expensis condemnandus venit, puta si quis aliquem citari feceri ad comparēdum in villa Ripuli, & in Tuscia plures sint villæ Ripuli, eodem modo exprimitur hic M. Ferrariensis, poterūt esse infiniti habentes nomen cuius prima litera erat M. puta (vt dixi) Marcellus, Mutius, Matthęus &c. Et in li-
6 bello, & rescripto † debet poni nomen & cognomen extensum libellantis, vel impetrantis, vt concludunt Docto. per text. in l. Aemilius. ff. de administ. tuto. vbi nomina, & cognomina eorum inter quos causa vertebatur exprimūtur, sicut & in l. quæro. §. Lucius. ff. de testa. tute.

Secundo dictus M. nihil obtinere, immo pœna falsi affici debebat, ex quo immutauerat, seu diminuerat sibi nomen. l. falsi nominis, vel cognominis asseueratio pœna falsi coercetur. ff. ad leg. Corne. de fal. Socin. consi. 62. in præsenti. nume. 7. & Socin. Iun. consi. 38. in casu in princip. lib. 2. Et ꝙ diminutio dicatur mutatio probat tex. in l. ius ciuile. ff. de iust. & iur. vbi inquit Vulpianus, quod cum iuri naturali aliquid addimus, vel detrahimus, ius ipsum naturale, fit ciuile ius, certum est autem, ꝙ ius naturale, & ciuile sunt diuersæ species iuris. toto titu. de iur. natu. gen. & ciui. ergo erit mutatio & quidem magna, quia vna species in alteram immutatur: cū ergo, qui nomen suum minuit, mutet nomen consequen-
7 ter sustinebit pœnam falsi, cum sicut additio est † immutatio, vt voluit Bart. C. de proxi. sacro. scrinio. lib. 12. ita etiam diminutio facit text. in l. 1. §. opus nouum. ff. de nou. oper. nuncia. vbi inquit text. quòd opus nouum facere videtur, qui aut ædificando, aut detrahendo pristinam faciem operis mutat. Ergo videtur, quod diminutio, seu detractio mutatio sit. Ergo dictus M. dicetur sibi mutasse nomen, & consequenter obtinere non debebit.

Tertio ꝙ dictus M. nihil consequi deberet saltem pro alijs nouis canonicis probatur, quia non habebat mandatum ad agendum, nec de eo constabat, ergo comparere, & instare nō poterat, & non habens mandatum falsus procurator † dici
8 poterat, & omnino repellendus erat. l. si procuratori falso. ff. de condi. ob cau. l. licet. C. de procur. cap. 1. extra eod. Ioan. de Ana. consi. 95. viso dubio. nume. 1. & consi. 104. nu. 515. & ponderatis. num. 2. & vtrobique addi. Ludo. Bologni. Boet. Dec. 274. an valeat procuratorium. ante numerum 6. versic. & tunc si non constet de mandato dicatur proprijssimè falsus procurator. l. cum non iusto. ff. de collu. detegen. Et sic falsus procurator nullo modo pro alio admittendus veniebat, qui neque agere, neque defendere poterat, neque respondere. Bald. in l. falsus. in 2. oppo. nume. 5. & post numerum 26. C. de furt.

Nec dicatur iste M. fuerat constitutus procurator, quia de hoc non apparet, & esset diuinare, quod non licet, vt dicunt Docto. in rub. solu. matrimo. præcipuè quia, ꝙ quis mādet alteri, vt pro se agat sit quid facti, facta autem non præsumantur, sed probari debeant. vulga. l. in bello. §. captæ. ff. de capt. & postli. reuer. Immo non solum probari debet, ꝙ con-
9 stitutus esset procurator, sed etiam de suo mandato † certus esse debebat. clemen. 1. & ibi glo. in versi. receptis. de procur. Bar. consi. 71. quæritur vtrum procurator. Lap. alleg. 81. post numerum 6. versicu. nec procurator. Rot. 145. si procurator. in addi. in nou.

Nec etiam responderi potest, ꝙ M. id licebat ex quo esset consors litis, quia res inter alios acta alijs nocere non debet. vt in titu. C. res inter ali. acta. Immo nec etiam fratri. l. fin. C. eod. titu. Hinc etiam dicimus rem iudicatam non nocere ei qui non mandauit l. 1. C. quibus res iudi. non nocet. Nec etiam responderi posset dictum M. potuisse meliorem facere conditionem illorum canonicorum, non deteriorem, qa habemus tex. expressum in l. 2. dicto titu. C. qui. res iud. non no. ꝙ res inter alios iudicatæ, neque emolumentum afferre his, qui iudicio non interfuerunt, neque præiudicium solent irrogare. Ex quo patet, ꝙ cōstare debebat de mādato dictorum canonicorum: & cum dictus M. non esset legitima persona omnino repellēdus veniebat a petitione, seu defensione, ac discussione causæ.

Quarto contra omnes obstabat ꝙ iam cōstitutus erat certus numerus præbendarum & auctoritate Papæ, vnde videtur, ꝙ non potuissent canonici etiam volentes præbēdarum numerum augere: nec etiam episcopus: cum enim Papa se intromittit super aliquo beneficio, in aliqua causa, vel in ali-
10 quo negotio, videtur ligare manus inferiorum † per manus appositionem. cap. multum stupeo. 3. quæst. 6. capit. cum venissent. cum glo. in fin. versi. vel potest exponi. de iudi. cap. vt nostrum. de appel. cap. quod translatum. de offic. lega. vbi legatus prohibetur exercere ea, quæ Papa tractauit Rot. 181. beneficia collectorum. Inno. c. si soli. & c. si capitulo. de conc. præben. lib. 6. Calder. consi. 7. sub titu. de præben. Ancha. in cle. 1. col. pen. de supplen. negli. præla.

Quinto excludendi veniebant dicti canonici nouiter recepti, quia ita recepti fuerunt, vt de canonia nihil perciperent: sibi ergo præiudicarunt: fauori enim suo quilibet renunciare potest. l. si quis in conscribendo. C. de pact. præter id, quod petentes sibi assignari præbendas veniunt contra factum proprium, propriamque promissionem, ac consensum expressum, vel saltem tacitum, contra tex. in l. iurisgentium. §. prætor ait. ff. de pact.

Sexto, & vltimo contra nouos canonicos adduci potest,
11 ꝙ redditus excreuerat industria † canonicorum, ergo illos proprios habere debebant, non alijs communicare. l. 3. C. de alluuio. vbi disponit eos, qui fertiles agros reddunt sua diligentia nullatenus esse onerandos: nec etiam functiones ab alijs exigi solitas ab ijs exigendas, ne diligentiam suam sibi damnosam iudicantes intelligant. Ad idem est tex. in c. requisiuit. in fin. de in integ. restitu. & in l. cæterum. ff. de rei rei vindi. quæ iura citat glo. in nostro c. pro quo est glo. not. in ver. pensiones. in c. cum clerici. de pact.

Contrarium tamen, & summa ratione decidit summus Pontifex quòd immo ex excrescentibus redditibus, præbēdæ constituendæ essent, canonicis nouiter receptis assignādæ: quia cum facultates ecclesiæ excreuerint non solum receptis est prouidēdum, sed de nouo etiam alij canonici eligendi sunt. iuxta glo. in c. ex parte. infra hoc titulo de consti-

sicuti tum propter exigūitatem redditiū canonicorum numerus minuitur, & præbendarum d. c. ex parte. & ibi gloss. in versi. diminuti. quæ ad id plura iura adducit.

Accedit quòd spontè, & voluntariè dicti canonici nouos in canonicorum numerum receperunt, vnde sibi imputent, qui nullo cogente id fecerunt: & quod semel illis placuit, non debet postea displicere. cap. quod semel. cum vulga. de reg. iur. lib. 6.

Præterea mouit summum pontificem vt nouis canonicis præbendæ ex superabundantibus fructibus constituerentur, illa ratio, quòd qui altari seruit, seu seruire paratus est de altari viuere debeat c. cum secundum Apostolum. de præb. Nec congruit, vt habemus in text. in cap. relatum. in fi. eo. vt præbenda careat, qui in canonicatu nouiter est receptus. Ad idem est tex. in c. dilectus. eo. titu. de præben. vbi quod videtur indignum, vt receptus in canonicum præbendę beneficio defraudetur. Ad idem etiam est tex. in c. cum super quæstione. de con. præben. Et ideo congruum fuit ex superexcrescentibus fructibus canonicis præbendas constitui: Ne etiam daretur occasio nouis canonicis dicendi Quāti mercenarij in domo patris nostri abundant panibus, & nos fame perimus, quippe qui nō habent redditus ab ecclesia vn-
12 de se alant. & sciendum est, quòd † beneficium duo in se cōtinere debet spiritualitatem videlicet & temporalitatem, siue introitus super rebus prophanis. c. sanctorum. c. si quę. ibi & tam de possessionibus, quàm de ecclesiasticis capellarum officijs & c. 70. distin. c. eos qui. 81. distin. Ancha. in c. 1. nu. 4. versi. Quo ad tertium de reg. iur. lib. 6. Oldra. consi. 266. thema ordinarius ad instantiam. nu. 2. versi. ad secundum. Ioan. de Syl. de Bene. in 1. quæst. 2. par. nu. 5. vers. quo ad tertium.

13 Addo etiam, quod † res de facili reuertitur ad suam pristinam naturam & ad primeuum statum. l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. & melius versicu. Quoties enim ad ius &c. l. filio, quem pater, ibi, Non translatus, sed redditus, & ibi not. glo. in ver. sed redditus. ff. de libe. & postu. c. ab exordio 35. distin. glo. in c. statutum in versi. numerandum. circa medium. versi. Item per hanc. de præb. lib. 6. Vnde cum prius etiam essent plures præbendæ, facile fuit earum numerum augere, vt omnibus canonicis satisfieret, vt quæ cultus diuinus augeretur.

Superest modo respondere ad argumenta contraria pro ratione dubitandi adducta: & primo ad primum argu. adductum respondeo, ꝙ immo expressio facta per M. Ferrarien. ac petitio non fuit inepta, cum perinde sit, ac si expressum fuisset notorium nomen, ex quo ex circunstantijs clare apparebat quis esset iste M. Ferrarien. nempe vnus ex quinque
14 canonicis nouiter receptis, & sic non refert † quid ex ęquipollentibus fiat l. si mulier ff. de condi. cau. dat. l. Iulianus ait. ff. de condi. & demon. l. mulier, quę duobus primo respon. ff. ad Trebel. l. 3. C. de insti. & substi. sub condi. fact. & licet litera M. sit cōmunis pluribus nominibus, puta Meuio, Marcello, Martino, & alijs, subijciendo Ferrarien. excluduntur homines aliorum oppidorum, vel locorum. Addēdo postea, seu supponendo, vt hic quòd M. Ferrarien. sit (ut in tex. nostro) vnus ex quinque nouis canonicis, nulla dubitatio remanet quin intelligatur qui sit iste M. & sic quod alias dubitatem & perplexitatem parere poterat, per circunstantias
15 clarum redditur & cessat omnis æquiuocatio † quæ tollitur etiam per inditia. vt per gloss. singu. in l. hac consultissima. in versi. & indicia C. qui testa. face. poss. quam etiam citat hic
16 And. Barba. Hinc ēt videmus, quod illud quod erat † vniuersale, efficitur singulare, seu indiuiduum per circunstantias, seu demonstrationes additas, vt per Porphi. in prædicabi. dum de specie tractat, docens non solum dici induiuiduum Socratem, sed & hoc album. & sic illa dictio, hoc, addita dictioni album, quod vniuersale erat, singulare reddit. Hinc etiam dicimus heredem certum institui per hæc verba, Hic mihi hęres esto, quasi dixerit testator, hic homo, & sic de indiuiduo constat ad l. nemo dubitat. ff. de hęre. institu.

Nec obstat quòd Iustinianus mandauerit leges scribi per literarum consequentiā in l. 1. C. de vete. iu. enucle. id enim egit, vt ibi inquit ad tollendas æquiuocationes, & contrarietates, quæ in casu nostro cessant cum constaret quis esset iste M. Ferrarien. vt dixi. Addo, quod non sequitur Iustinianus id mandauit obseruari in describēdo leges: ergo hic M. Ferrarien. id in sua supplicatione, seu petitione obseruare debebat. Non sumus enim in descriptione legum: Vltra quod plura ea lege cauentur, quę non seruata actum non vitiant, præsertim si simus extra terminos illius legis, Mandat enim ibi Iustinianus compilatoribus legū, vt ordinatè procedant: non sequitur autem, quod extra illos terminos si quis inor-
17 dinatè † procedat actus vitietur ad text. in l. cum pater. §. fidei tuæ. ff. de lega. 2. l. nec enim. ff. de solu. l. si finita. §. si plures. & ibi glo. in ver. ordinem. ff. de dam. infe. Mandatur etiā compilatoribus, vt dilucide, & clare procedant, quia claritas
18 debet † esse propria legum, legesque eam desiderant, Alber. in l. 1. C. de no. Codi. compo. Luc. de Pen. in l. ea lege. C. de excus. mune. lib. 10. Et tamen non seruato ordine certum est res nō reddi dilucidas, sed obscuras iuxta illud Horatij Nec facundia deseret hunc: Nec lucidus ordo. Ergo actus sicut propter malum ordinem: nec propter obscuritatem vitiabitur præter id quod (vt probaui) nulla obscuritas in terminis nostris supponi potest.

Ad secunda respondeī, ꝙ dato ꝙ mutatio nominis colligi posset propter illius diminutionem, seu truncationem, vel
19 abbreuiationem, † nulli tamen pœnę locus esse poterat cessante fraude. ad text. in l. vnica. C. de mutatio. nomi. l. falsi. iun. glo. 1. ff. de fals. glo. fi. in §. siquidem. Institu. de lega. cum alijs, quæ adduco in gloss. facultat. §. volentes. in ver. nomeri.

Ad tertium respondetur, ꝙ non erat necessarium mandatum ad agendum, quia M. Ferrarien. consors erat eiusdē litis
20 † qui cōsors pro consorte agere potest sine mandato, præstita cautione, ꝙ consors ratum habebit. ita dicit gloss. infra in ver. socijs. per text. in l. 2. C. de consors. eius. lit. vbi text. expressè inquit, ꝙ sine mandato præstita cautione de rato pro communi negocio agi potest, quem tex. citat glo. in ver. canonicorum. in cap. cum dilecti. de do. & contu. Istud autem consortium contrahitur ex communione litis, & causæ, vt tradit hic Abb. per tex. in l. si petitor. ff. de iudi. & nota. in cle. si religiosus. de procura. Nos clarius dicere possumus, illos litis consortes, qui habent communem causam, & communem litem, ac idem ius agendi, vel defendendi, prout singula hæc declarat hic Rip. post nu. 52. Et ita tolluntur contraria: Et sic alj canonici nullum pati poterunt detrimētum nisi ratificent acta per M. Ferrarien. facta: Nec etiam ex petitione dicti M. vtilitatem consequentur, nisi ratum habeant. De consorte litis in beneficialibus, & an sententia lata in fauorem litis consortiū petita per procuratorem vnius tantū nomine vtriusque valeat etiam in fauorem illius, qui nec per se, nec per procuratorem suum aliquid petierat habemus Dec. Crescen. 121. incipien. In beneficialibus lib. 1.

Ad quartum respondetur, ꝙ ex quo Papa se intromiserat ac confirmauerat certum numerum præbendarum, quia canonici, vel alij non poterant se intromittere, fuit ad summū Pontificem recursum. ad text. cum materia in alleg. c. vt nostrum. de appel.

Secundo & melius respondetur, ꝙ confirmatio Papę non
21 impedit augmentum fieri, licet secus dicendum sit in diminutione, vt dicit in Abb. in c. cū accessissent. hoc titu. nostro, quem ibi sequitur D. meus Phil. Dec. nu. 43. Nec est eadem ratio in augmento canonicorum. & prębendarum, ac in diminutione: In augmento enim diuinus cultus ampliatur: in diminutione minuitur, ita dicit text. in cap. ex parte. infra hoc titu.

Ad Quintum respondetur, ꝙ licet recepti fuerint ita ꝙ de canonia nihil perciperent, non proderat protestatio, quippe quæ contra substantiam facti erat: & ideo protestatio facta super eo, quod recipiendo aliquem in canonicum, is non habeat præbendam, non valet, est enim præbenda de substantia negocij, quia qui receptus est in canonicum non debet carere præbenda. c. relatum, de præb. Cum igitur dicta protestatio fuerit contraria facto, non excludentur a præbendis canonici nouiter recepti.

Nec etiam vrget, ꝙ excludi debeant canonici nouiter recepti, quia veniant contra factum proprium, ex quo conuenerunt, ꝙ sine prejudicio constitutionis canonicorum canonici fierent: quia respondetur, ꝙ etiam venire possumus contra factum proprium quando est factum, quod contra materiam actus tendit: & quia de natura recepti in canonicum est, ꝙ debeat habere prębendam, si conuenerit de ea nō petenda, poterit nihilominus eam petere: etiam si conuentio iuramento firmata esset, dum tamen illo casu peteretur, & obtineretur absolutio à iuramento ad effectū saltem agēdi. ad tex. & quod notat ibi Bar. in l. prębcario. ff. de pręca. vbi quod quia de natura mandati est, quòd possit reuocari quādocunque, si constituatur quis procurator irreuocabilis etiā

medio iuramento, reuocari tamen poterit, quia est contra naturam contractus, ꝙ procurator reuocari non possit: Et si non obtineretur absolutio a iuramento, adhuc tamen reuocatio procuratori subsisteret, licet reuocans in periurium incideret.gloss.in cap.fin.in versi.reuocatos de procu. lib.6. Ange.in l.& in perpetuum. ff.eod. & in l.etiam. §. vsumfructum.ff.de solutio.vbi etiam Imo.Rom.in l.1.§. si stipulanti. col.7.ff.de verb.obli.& in l.alia.§.eleganter.ad fi.ff.solu. matri.Fede.de Sen.con.100.ad fi.Rot. in anti.104. Feli. in cap. ex parte decani.col.5.de rescr.no.11.

Præterea respondetur, quòd protestatio facta a capitulo, & eius admissio per nouos canonicos non operatur: pacta enim, ac conuentiones, quæ sunt contra leges, constitutiones, vel bonos mores nullius sunt roboris, vel momēti. l. pacta.C.de pact. l.contra iuris. & l. iurisgentium. §.prætor ait.ff.eod. Et contra iuris regulas est, quòd canonicus non debeat habere præbendam.præalle.cap.relatum.de preben. cum alijs supra adductis.ergo &c. Addo, quòd est in dedecus ecclesiæ ne canonici habeant præbēdas, vt per Abb.hic in 1.not.vbi alia adducam. Vnde conuentio facta contra iura, & contra bonos mores nulla dici debet. Addo etiã ꝙ ea, quæ iuris publici sunt per actus priuatorum lædi non possunt: ampliatio numeri canonicorum, & præbendarum est ampliatio diuini cultus.præalle.c.ex patre.infra hoc tit.qui diuinus cultus, etiam ad ius publicum spectat, ergo meritò non læditur, nec per protestationes factas à capitulo, nec aliter. Et ꝙ ea, quæ spectant ad diuinum cultum sint iuris publici probat tex.in l.1.ff.de iusti.& iur.ibi, publicum ius in sacris sacer dotibus, & magistratibus consistit.

Accedit, ꝙ in confirmatione summi Pontificis quando minor numerus præbendarum constitutus fuit, subintelligi debebat illa clausula, Quod ille numerus canonicorum, & præbendarum persisteret, donec in tantum excrescerent ecclesiæ redditus, ꝙ pluribus possent sufficere competenter.
22 Tot enim sunt † instituendi in ecclesia, quot possunt commodè, seu congruè viuerè, vt in cap. 1.de institu. & in cap. vni.de sta.regula.lib.6.§.sanè.vbi de monialibus recipiendis in eo numero, quòd sine penuria illæ sustentari possint & Abb.in dicto cap.1.de institu.nu.2.aduertit, quòd prælati siue seculares, siue regulares compelli possunt à superioribus, vt tot recipiant, quot possunt de redditibus sustentari, quod dicit non esse tradendum obliuioni.

Responderi etiam potest, quòd noui canonici non veniūt contra factum proprium, petendo sibi assignari præbendas, quia non constabat, quòd interuenisset aliqua conuentio, seu pactum, hoc enim definitur esse duorum, pluriumue in idem placitum, & consensus.l.1.circa princip.ff.de pact. quę pacta ex diuersis animi motibus in vnum consensus, vel plurium in vnam sentētiam decursu causantur. d.l.1. ff.de pac. de ijs autē non constat, ergo illa interuenisse diuinare non debemus.ad l.si fideiussor.§.si cum debitor.ff.manda.l.si putator.ff.ad l.Aquil.Nunc Marc.Tullius inquit in oratio. pro P.Quintio.Neque enim quisquam diuinare poterat te postulaturum.Nec etiam summus Pontifex, si ea sibi non constitissent diuinare poterat, seu debebat, licet Dei vices in terris gerat cap.vni.§.cum enim.ibi Non tamen de occultis potuimus iudicare, vt ecclesiast.benefi.si.dimi.confe.

Ad vltimum argumentum pro ratione dubitandi adductum respondetur, quòd licet ex industria antiquorum canonicorū redditus acquisiti, eis excrescere deberent, tamen dicti canonici sibi præiudicauerunt admittēdo nouos canonicos: ex quo enim nouos canonicos receperunt, consequēter nouas præbendas constituere debebant: sibi igitur imputent, qui eos in canonicos receperunt scientes, vel scire debentes, quæ paria sunt: l.quod te.ff.si certum peta. quod canonicis debitæ sunt præbendæ, vt supra probaui.

Secundo respondetur prout inquit glo.hic in versi. industria, quia tot canonici, in ecclesia esse debent, quot possunt commodè ex illius redditibus (vt supra etiam dixi) sustentari cap. vlt.de verbo. significatione c.1.de institutio. Vbi enim multa est messis & operarij pauci, alij admittēdi sunt. cap. in nouo. 21. distinctio. Nec refert vnde redditus augmententur, & vnde procedant. Nec est curandum de industria canonicorum: ad hoc enim tenentur canonici, vt vtilitati ecclesiæ incumbant, & consulant, quippe qui ab ea alūtur, & sic operari debēt ꝓrium illius, cui dictum fuit Psal.40. Qui edebat panes meos, magnificauit sup me supplantationem. iterum psal.54. Qui simul mecū dulces capiebat cibos

Rationibus dubitandi, & oppositionibus contra tex. nr̄m radicitus euulsis, & extirpatis, si quando ordinem Abb.capio, eius primum not. quod est Legitimam causam restrin-
23 gendi numerum † canonicorum, & præbendarum esse, quādo redditus prębendarum non sufficiunt ad congruè sustentandum canonicos, tot enim (vt diximus) instituendi sunt in ecclesia, quot possunt commodè, ac congrue viuere ex redditibus illius. Ad quod adducit Abb.text.in alle.c.1.de institu.vbi quod tot monaci, vel clerici recipiendi sunt, quibus facultates ecclesiæ, seu monasterij sufficiant. Ad idem etiam adducit tex.in cap.vni.de sta.regu.lib.6. vbi in §.sanè.Papa inhibet monasterijs ordinum mendicantiū recipi in monialibus, nisi quot ex illorum monasteriorū bonis, siue prouentibus absq; penuria sustētari possunt. Et Abb.sequunt̄ Aret. & D.meus hic post prin. Aduertendū tamen est, ꝙ dicti tex. per Abb.& alios hic citati non videntur concludere id, ad quod adducuntur. videlicet quod restringendus sit numerus canonicorum, quando redditus non sufficiunt ad congrue sustentandum canonicos.

Primò, quia diuersa videtur ratio, ne plures canonici admittantur, quàm redditus suppetant, a rōne vt restringatur numerus canonicorum, ex quo redditus decrescunt, seu diminuti sunt: In primo enim casu ad oculum patet, inconueniens esse recipere aliquos in ecclesia non valente eos commode alere. In secundo autem ex quo iam statutus, & fixus est numerus, videtur ille conseruandus esse: tum ex regula, Multa fieri prohibentur &c. l. patre furioso. cum vulga.ff. ijs qui suum sui, vel alie.iuris Tum ex eo, quia si casu diminuti sint redditus.casu etiam, vel forte, vel aliqua industria adhibita, vel ex aliquo pio legato donatione, vel alia via augeri poterunt, iuxta illud Omnium rerum vicissitudo. Vel melius iuxta illud, Dominus prouidebit. Ad rationem text. in l. si vno.ff.loca.in l.licet certis. ff.eo. in c. propter. sterilitatem.extra eo.& ad ea, quæ volunt Docto. in l.precia rerū. ff.ad leg.Falci.si vero facto, negligentia, vel culpa canonicorum diminuti sunt, puta vt morem gererem alicui Domino temporali, seu cuidam potenti, vel magnati pensiones, responsiones, seu censum, vel canonum, ac redditus bonorum minuerit, vel exiles reddiderint, puta ex causa ditandi consanguineos, illis res ecclesiæ parui, vel minoris, quàm alijs iam locatę fuissent locassent, aut in emphyteusim concessissent: vnde dicunt cœcos esse beneficiatos erga nepotes, & consanguineos ad nota.per glo.vlt.in c.peruenit.ad fi.1.q.3. imputari illis debebit, non autem per hoc canonicorum numerus coarctandus fuit.

Altera etiam diuersitatis ratio militare videtur tex. enim præfati, vt plurimum conueniunt, ac adaptātur monacis, & monialibus, qui quidem cum proprium regulariter habere non debeant, nec secularibus immiscere se possunt toto titu. de sta.monaco.& prępalle. c. vni.de sta. regu.lib. 6.vnde non mirum, quod admitti non debeant, si non adsint redditus congrui ad vitæ sustentationem. Quantùm verò ad canonicos attinet, qui proprium habent, & illorum nonnulli se secularibus immiscent, diuersisque negocij impliciti acquirunt, ac lucrantur sibi, ac suis præter redditus prębendarum, & distributionum quotidianarū substantias, ac facultates: vnde inter primum membrum, & secundum vrgentes differentię, ac rationis diuersitates colliguntur.

Tertio, si teneremus differentiam, quam constituit glo. in alle.c.vni.§.sanè.in ver.absq; penuria.de sta.regu.lib.6.inter redditus ad substentationem congruam: & ad victum sine penuria: & tunc de vno casu ad alterum, tanquam sat diuersum inferri non posse l.si duo.in fi.ff. vti possi.l. naturaliter. §.nihil commune.ff.de acquir.poss. cum alijs. Vnde text.per Abb.citati ad victum sine penuria, & sic extra terminos nostros loquentes, ad substentationem congruam applicari posse non videntur.

Ex eodem primo nota.infert Abb. quòd episcopus cum
24 capitulo possunt † numerum antiquum restringere, ex pluribus præbendis constituendo pauciores, ex quo propter diminutionem reddituum præbendæ non sufficiant ad sustentationem canonicorum.ad ea, quæ idem Abb. nota in c. præceden. cum accessissent. super glo.2.vbi distinguit, concludens ex causa id fieri posse, nisi confirmatio Papæ intercessisset, & hunc communem affirmat.col.3.ver.an aūt possunt diminuere.Postea vero concludit quo ad casum nostrū versi.Ego limitarem, quòd si diminutio reddituum emerserit ex post facto, hoc est post numerū canonicorum, & prę-

bendarum

bendarum constitutū, & post confirmationem de super à sede Apostolica emanatam, quemadmodum potest fieri augmentum excrescentibus fructibus, seu facultatibus non obstante confirmatione Papæ, vt hoc cap. nostro, ita & diminutio, diminutis facultatibus. Hanc Abb.conclusionem sequi videntur Docto.tam in præceden. proximo cap. quàm in hoc nostro.

Capio 2.not.Abb.quod est, vt valeat † statutum capituli
25 priuatæ vtilitatis nutritiuum contra antiquam consuetudinem, fouentem vtilitatem publicam, & spiritualem: subdit hoc intelligendum esse quando subest rationalis causa sic statuēdi, & recedēdi a dict.statutis qđ à iure admittitur vt in tex.hic per eundem citato, in cap.non debet reprehensibile
26 iudicari, si secundum † varietatem temporum statuta quandoque varientur humana, prę sertim cum vrgens necessitas, vel euidens vtilitas id exposcit.de consan.& affi. & glo. hic in ver.consuetudinem.ad idem est text.in c. erit autem lex. 4.distin.& pro quo adducitur etiam text.in l. si hominem.ff. manda.ibi Respondi si procurator iustam causam habuerit. Per quem tex.Bal.in l.omnes populi.ff.de ius.& iur. & Abb. in cap.at si clerici.§.de adulterio.col.5.de iudi.volunt, quòd episcopus ex causa statuere possit contra ius, quod regulariter, & absque probabili causa & ordinarijs, & legatis ipsis
27 inhibitum esset, quippe qui legibus † subijciūtur, vt per Archidi.in c.vlt.circ.medium de offi. lega.lib.6.& in c. si motu proprio.post prin.de præb.eo.lib.Calde.con.3.an si legatus. col.2.versi. Hoc tamen non est concessum in literis legatorum.sub titu.de præbend.Plura huc spectantia congerit hic Barbat.col.21.versi.Et tēpera istū tex.quæ videre poteritis.

Tertium nota. Abb.quod amplam habet materiam, & sa-
28 tis inexplicatam, est, quòd potest quis † in canonicum recipi absque præbenda: & sic ius canoniæ sine præbenda esse potest, non tamen multi recipiendi sint, ne tendat in dedecus ecclesiæ. Adducit glo.& ea, quę ipse ibi dixit in c.dilectus filius.infra de præb. Antequam vltra progrediamur, videamus de qua receptione in canonicum Abb.hic loquatur. Et concludendum est, quòd intelligat de canonico supra numerum, quem supernumerarium vocant: de quo etiam Oldra. con.infra citando, & alij infra adducendi. Et hoc colligitur ex ipso notabili, quod ex text.nostro colligitur: quiquidem tex.de canonicis.supra numerum est quātum ad materiam
29 de qua tractamus, loquitur Et sic † Doctoris dictum intelligēdum erit iuxta tex.cui innititur. Bar.in l.non solum. §. liberationis.ante nu.8.ff.de lib.lega.& in l.cum quidam. ver. solutio intelligo.ff.de ijs quib. vt indi. Ioan. And. in c. cum nuncius.versus fi. de testib. Item quia si loqueremur de canonico recepto intra numerum, non caderet disputatio, an canonia sine præbenda stare posset: statim enim illam præbendam habere deberet, quæ cum canonia vacauit, vel aliã, si fortè adsit consuetudo optandi. Annexa enim hoc casu
30 esset præbenda canonicatui, † quo concesso venit præbenda annexa, etiam si de illa non fiat mentio.prout probat text.in c.mandatum.de rescrip.vbi Papa mandauit alicui prouideri de canonicatu, de præbenda mentione non facta, tamen de illa etiam prouideri mandatum fuisse deciditur.

Videndum etiam erit quid inferre voluerit Abb. per illa verba.Non debent recipi multi, ne tendat in dedecus ecclesiæ.Contra eum enim arguo sic, Aut recipere aliquos in canonicos, est bonum: aut malum: si bonum, quo plures recipientur melius erit: vel saltem ita bonum, ac si pauci reciperentur.si malum: malum etiam nimium, vel duos recipere.Rursus si bonum, quotquot recipiantur non tendet in dedecus ecclesiæ: Immo in honorem, & in augmentum cultus diuini.si vero malum etiam si vnus (vt dixi) recipiatur, tendet in dedecus. Nec differentia hæc, ꝙ sint plures, vel pau-
31 ci, erit specifica, considerabilis, & rationabilis. † Quæ enim differunt per plus, & minus, non differunt specie. l.vlt. & ibi Bart.post prin.ff.de fun.instr.l.schapham.ff. de euictio. Bar. in tracta.de Alueo.col.5.no. 2.Defensio Abb. colligetur ex proximè dicendis.

32 Substantia, & neruus huius notabilis in hoc consistit, † an canonicus sic receptus sit verus, & propriè canonicus, & illi ea competant, quæ alijs canonicis: & inter hunc, & illos differentia constituenda non sit, vel saltem modica. Quòd sit verus canonicus, ac vt alij habendus, præsertim quando habet clausulam, Cum plenitudine iuris canonici, quæ in literis Apostolicis passim apponitur, & quòd de iure omnia habere debeat, quæ alij canonici præter redditus præbendę, donec præbenda vacans sibi assignetur, probatur ex text.in c.pro illorum.in fin.& ibi Abb.in 3.not.& in c.dilectus.1.& ibi idem Abb.in prin.& in vlt.not.de pręb.Inn. hic in c. nostro.nu.4.versi.sed quæritur an huiusmodi recepti in canonicos.& Hostien.col.1.versi.Quęritur autem vtrum talis canonicus.Idem etiam voluerunt.Hosti.in c. statuimus. col.2. versi.Tunc enim quando præbendæ distinctæ sunt.de maio. & obe.Fede.de Sen.consi.290.incipiente. Quæ in præsenti. col.3.versi.An isti recepti vltra numerum.& vers. Alio modo dicitur recipere.Abb.in c.relatum.in 2.not. de pręb. Bal. in Margari.in ver.canonicus statim quod est factus.Et in locis supra citatis dicunt etiam, quod talis canonicus præ-
33 bendam expectans debeat habere† distributiones quotidianas, & etiam communiter teneri affirmat Ioan. Fran. Paui. in tract.de offi.& pote.capi. sede vacã. in 15.pręlud.not.55. Idem voluit Staphi.in tracta.vt signa.fol.7.& seq.iuxta prin. impressio.versi.Primo, quod creatus canonicus, cuius dicta ad literam scripsit Sarnen.in tracta.Expectati. not.20.& seq. nulla penitus Staphilei ante ipsum Rotæ Romanæ Auditoris mentione facta. Ex prę missis sequi videtur contra Abb. quòd multi recipi possent vltra numerum, nec id in dedecus ecclesiæ vergere possit: non secus, ac si recipiūtur alij canonici numerarij: cum vtrique (vt probaui) similes, vel pares sint quo ad honores, authoritatem, commoda, ac stipendia. Contrariam opin.puto veriorem, saltem de generali consuetudine, ac communi obseruantia: Immo sic in canonicos vltra numerum recepti, nec dicantur vere, & proprie canonici, nec etiam beneficiati, sed cum adiuncto videlicet ca-
34 nonici † in herbis (sic vulgo nuncupati) ante adeptionem præbendarum. Pet.de Ancha.in c.cum cui.de præb.libro 6. Ioan.And.in c.dilectus. eod.tit. Rot.in no.445.colv.vlt.vbi quod tales dicuntur in herbis, & consuetudine, & obseruantia vniuersali ecclesiæ. nec participant de distributionibus quotidianis: nec pro veris canonicis habeantur, prout consuetudo vrbis habet.Et dicit Imol.in cle.vlt.no.5.ver.Quæro an canonicus sine præbenda.de præb. Immo consuetudo quasi vniuersalis hoc idem nos docet, de qua per Staphi. vbi supra.fol.8.vers.Et ista licet sint verissima de iure, nihilominus de consuetudine fere vbique, seruatur contrarium. Idē repetit. fol. 97.versi.subsequenter dr̄ in literis expectatiuis. no.37. vbi dat similitudinem episcopi sine episcopatu, qui vulgo dicitur episcopus nullatenentis, seu nulla tenens ad Bal.in l.vni.in fi.C.de nu.iu.quiri. Ias.in l.id quod apud hostes.nu.22.& seq.ff.de lega.1.vbi de comitibus sine comitatu. Quod etiam voluit Alcia. in tracta. de singul. certa.dicens marchiones, & comites bonis fortunæ lapsos non retinere dignitatem, quanquam nudum nomen retinere dicantur, loquens de marchionibus Ligurię. Idem concludit Sarnen.in dicto Tracta expectatiuæ not.38.versi. Et ista omnia procedunt postquam fuerit receptus.Et postea subdit, quod propterea in regulis reuocatorijs gratiarum facile denegatur huiusmodi creationibus, & receptionibus in canonicos. Idem concludit in 2.quæst. Pro. Regu. no. 14.vbi asserit ita iudicatum in Rota.Idemque repetit, optime distinguens in 1.quæst.Reg.de Non tollen. iu. quæsi. not.33. pro ijs plene Catel.Cot.in suis memoria in versic. Comes sine comitatu. Aduertite tamen, ꝙ Patriarcha, & episcopus sine redditibusve Patriarcha est, & verus episcopus, prout post Abb. in c.1.in titu.de cleri.non resi.docet Alcia. in l. liber homo. nu.6.& seq.ff.de verbo.obli.exemplum ponens in episcopo Thessalonicen.argu.tex. in c. legimus. 93. distin. Contraria pro prima opin.adducta procedunt de subtilitate iuris. Hęc
35 secunda opi.potius ex obseruantia, ac consuetudine, † quæ in interpretatione cuiuscunque dispositionis sequenda esse etiã ꝙ subtilitas iuris, vel verba aliud suadeant.prealle. l.vni. C.de nudo nudo iu.quiri.& ibi not.Bal.ver.In tex.ibi nudū nomen.Inn.in c.olim.no.2.ver.Recipiunt aliquando interpretationem.de ver.sign.Abb.in c.certificari.de sepul. Aré. con.11.procedendū.col.3.ver.Ex ijs infertur modo & ver. sed tamen ex superabūdanti.late per Fel.hic col.3.& per D. meum Phi.Dec.con.441.præsens consultatio. no.12.& seq. Hinc colligitur defensio Abb. quippe qui melius, alijs sciēs de iuris subtilitate canonicos supra numerum receptos vere canonicos dici posse: sciensq; de iure pontificio, & ex statutis capitulorum, ac cōi obseruantia tales canonicos supra numerū, & creari, & recipi solitos: sciensque.& alios docens cōsuetudinē vniuersalem hos canonicos ante præbendarū assecutionem nō haberi pro veris, & integris canonicis, mo-

net

net meritò hoc parcè recipi: si enim ex talibus infiniti reciperentur, essent ferè frustratorij, ac inanes, seu vacui, & ante deficerent illorum dies, quàm tot prebendę vacarent, vt omnibus sufficerent, & esset locus illi adagio, vertagi, seu canes odori, vel accipi tres plures, q̃ coturnices. Et illam diutinam expectationem considerat etiã glo. in ver. approbantes. in fi. in c. dilectus. 1. de præb. sequitur Aret. hic in 5. not.

Quarto no. Abb. ex hoc tex. in ver. ad instantiã. & in vers.
36 ad preces. † ꝙ tenet collatio facta ad instantiam, & preces alicuius, declarãs intelligi debere de precibus iustis, & spiritualibus, non autem carnalibus: pro quo adducit glo. in c. tuam, de ęta. & qual. in vers. nullum. Dicebatur ibi in tex. ꝙ Cardinalis instituendo Abbatem monasterij S. Quirici, nullũ prorsus respectum haberet ad petitionem illicitam quorundam laicorum: Rationem illius constitutionis subdit d. glo. ꝙ preces carnales non debet respicere, qui est ordinator, sed tantũ merita ordinandorum. Idem Abb. adducit etiam text. in ca. sunt nonnulli. 1. q. 1. vbi ꝙ non minus malũ est ordinare aliquem ad fauorem aliquorũ, quàm pecunia recepta: Ad idẽ glo. præmissa in c. tuam, citat tex. in c. quibusdam. ea. quæst. & cau. & alia iura adducunt tam glo. illa, quàm Doc. hic, quã etiam apostillæ ad Abb. in hoc cap. Et hanc materiam latius tractat hic Barb. col. 33. ver. nota ibi, ad preces episcopi. quẽ videre poteritis. Addo, ꝙ tanto magis hæc procedent, quando preces, vel fauores emanarent ab aliquo primario, vel supremo, cuius præces, seu exortationes adeo possent, vt mandatis, & præceptis ęquipararentur. clem. 1. iuncta glo. in versic. exortamur, de testib. c. rogo, cum glo. quæ exponit rogare, pro mandare. 11. q. 3. gl. in l. 1. ff. quod iussu. Bal. cons. 121. incipien. A capite, num. 1. ver. Et licet rogare ducum, sit species violenta iubẽdi. lib. 3. c. cum inter seniorem. ibi, ad componendum coegit inuitum, iuncta ibi declaratio. Inno. exponentis inuitum, idest instantia precum deuictum, de elect.

Quintò not. Abb. ꝙ licitè capitulum vltra præbendas distinctas pro singulis canonicis, possident bona communia, quæ dicuntur de mensa illius capituli: Ex illis enim capitulũ substinet onera communia, puta pro dando salario Theologo Doctori, Aduocato, Procuratori, pro expensis litium, &
37 aliis oneribus, & vocatur † mẽsa, seu massa grossa, de qua per glo. pen. in c. vni, vers. plus dico, ꝙ in ecclesiis, de cler. non resid. lib. 6. Et in quo differat mensa grossa a præbenda, & distributionibus quotidianis. declarat idẽ Abb. in c. licet, in fi. & in c. relatum, de præb. & in c. tuæ, de cler. non residen. Pro quibus etiam videri poterunt Archid. Io. And. & Gemin. in alleg. c. vnico, eod. tit. de cler. non resid. lib. 6. & Felyn. in c. Iacobus, de simo. Subdit Abb. vbi supra, ꝙ dicta bona mensæ communis in fine cuiuslibet anni (supple quæ remanserunt vltra arrogata pro oneribus capituli) distribuuntur inter canonicos. Rip. hic, nume. 34. videtur impugnare hoc dictum Abb. dicens, ꝙ immo residuum bonorum massæ grossæ debeat dispensari in vtilitatem ecclesiæ, per text. in c. vlti. 12. q. 3. vbi qui priuatim habet, quod sibi sufficiat, non debet ex sententia diui Augustini illa sibi applicare, quorum quodam modo procurationem habet. Ad quæ ipsemet Rip. respondet, ꝙ poterit ipse canonicus portionem suam distribuere in pios vsus: sed videtur sibi obstare regula illa circuitus vitandi, de qua in clem. auditor, de rescrip. Facilis est responsio, ꝙ hic circuitus considerari non possit, præsertim quia alter fortè distribuet vnus canonicus illam portionem sibi tãgentem, quam capitulum ipsum integrum residuum illius massæ. Preter id, quod dato, ꝙ supponamus in hoc capitulo nostro, a quo illud notabile elicit Abb. prębendas singulas sufficientes fecisse, tamen ex quo constituit regulam generalem super mensæ communis bonis, non videtur restringenda eius conclusio ad mensam capituli Ferrarien. poterit habere maiores, & minores redditus in illis prębendis, iuxta varietatem temporum, prout etiam in hoc tex. nostro supponitur euenisse, & euenire non potuisse, nemo negabit. Rursus negari potest, quòd simus in terminis illius c. vl. Et ꝙ pro curatio tantum ad illos canonicos de bonis mensæ communis, seu masę spectaret, igitur eum Abb. concludendum est.

Sextum nota. Abb. est, quòd in constitutione de certo numero per Papam confirmato subintelligi debeat clausula, ni
38 si † redditus ecclesiæ in tantum crescant, ꝙ pluribus sufficerẽt, quo casu canonicorum numerus augeri debebit, antiqua constitutione sublata. Pro ijs facit tex. in Auth. vt determinet nume. cler. versic. postea vero, & ibi Ang. Cum Abb. transeunt hic Felyn. numero 5. in secundo notab. Dom. meus, numero 12. in quarto notab. & Rip. num. 35. in 26. notab. Ampliant hic Bal. & Anch. etiam si in confirmatione nõ adesset decretum irritans, ꝙ nihilominus dicta clausula subintelligatur, & operetur. Et nonnulli ampliant, etiam si statutum capituli esset iuratum, & quòd semper, & in qualibet dispositione intelligatur † rebus sic stãtibus, seu sic se habentibus.
39 l. quod Seruius. ff. de condict. ob caus. capit. quemadmodum. & ibi glo. & Doctor. de iureiuran. Bal. in l. vltima. C. de non numer. pecun. idem in l. clari. C. de fideicomm. Verum And. Barbat. hic. colum. 44. super hoc nota. & ampliationibus plura adducit, & ad diuersa infert, reassumens dicta Bal. & Anchar. quorum discussio longum tempus requireret, vnde ad aliud not. Abb. transeundum censui.

Seprimo notat Abb. super illis ver. tex. nostri, sicut consue
40 tum, ꝙ clausula † apponi solita de stylo curiæ debeat subintelligi, si casu apposita non fuerit. Hoc etiam notant ex hoc tex. Anton. de But. col. 6. Imo. col. 3. Barbat. consil. 42. versic. nota ex istis verbis, ꝙ clausula solita. Felyn. hic, numero 7. in quarto not. Dominus meus, nume. 18. in quinto not. ac Rip.
41 numero 39. in 27. notab. Hinc dicimus † clausulas apponi solitas in literis Apostolicis censeri inesse, licet apposita non sint, cap. accepimus. & ibi notat Ant. de But. de ęta. & qual. Alexan. consilio 107. colum. penult. libro 2. Ias. in l. vt liberis. col. 3. & seq. C. de collatio. in l. certi condictio. §. si nummos. colum. 3. ff. si cer. pet. in l. Gallus. §. idem credendum. col. pe. in fi. ff. de lib. & posth. in 1. & 2. lect. col. 3.

Inter alia exempla, quæ adduci possunt, illud affero de dispensatione, seu priuilegio de non residendo, licet enim in literis, vel supplicatione non sit apposita clausula, ꝙ interim beneficium debitis non fraudetur officiis, illa tamen subintelligi debeat, vt voluit Cald. can. vni. num. 2. de cler. non resid. incip. confirmatur hoc per tex. in c. pen. eo. tit.

Limitat hic Card. col. 1. vt hoc procedat in præiudicium impetrantis, non autem in fauorem. Hæc esset maxima limitatio, si vera esset indistinctè, cuius ratio reddi posset, vt impetranti impetraretur, si nõ apposuisset, vel apponi curasset clausulas, quas debuisset. Do exemplum in impetratione beneficij indistinctè apponi solet clausula, Et cum absolutione a censuris ad effectum, & c. ne fortè, si impetrans, excommunicatus esset, prouisio inualida redderet, c. postulasti. de cler. excom. min. c. cum dilectus. cum glo. in ver. a suspensis. de cõsuet. Exemplum item adduco, si omissa sit derogatio iuris patronatus in casibus illis, in quibus concedi solet. Vel derogatio regulæ de annali, quo eius primã partem. Aliud pulcherrimum exemplum subiiciam, vt vos cautiorem reddã, ne qñ tractabitis Romæ negocia beneficiaria sub generalitate huius ancipitis nõ decipiamini. Clari iuris est pensiones primę, in constõne secundę pensionis mentionem faciẽdam esse, ea p̃sertim ratione, ne beneficia duplici onere grauentur, qd̃ nõ pręsumitur Papam velle, nisi id exprimatur. c. mandatũ. in fi. & c. seq. de rescrip. Cassad. super reg. cancel. deci. 34. nu. 3. ac dec. 3. de pensio. Et quia de stylo consueuit apponi cla, dum modo pensiones non excedant medietatem, quærebatur in Rota, an ꝑꝑ hanc clam apponi cõsuetã, defendi posset impositio secundę pensionis, de prima mẽtione aliqua non facta, conclusum fuit in causa Terdon. pensio. super fructib. monasterij S. Marię de Ripaul. ord. Cisterc. impositionem secundę pensionis nullam esse, ꝑꝑ nõ factam expressionem primæ, & illa consideratio, ꝙ clausula pręmissa apponi communiter cõsueta habeatur pro apposita, vana, & fucilis habita fuit, prout decis. Mohed. 229. seu 259. aliàs sub tit. de pensio. 9.

Vt ex hoc tex. & ex no. Abb. & aliorum vberiores fructus percipiamus, & fundamentũ huius not. inueniamus, ac quorsum reddat, & quãtũ se extendat, percipiamus magnũ nobis opus aggrediendũ esset, pluribusq; distinctionibus vti debemus: percurrendaq; essent infinita, cũ in praxi, tum in theonia. Ponderabimus verba tex. & ea, q̃ Abb, hic dicit, cuius ordinẽ in principio nostrarũ lectionum nos sequuturos pollicitus fuimus: Non aũt ita adamussim, vt nobis non sit saluum cum poeta Venusinio dicere: Nullius addictus iurare in verba magistri. Verba tex. nostri, vnde Abb. elicit, dictũ notabile sunt. Cum in constõne prędicta, & confirmatione sedis Apostolicę, vel fuerit, vel esse debuerit (sicut cõsueuit) expressum, nisi in tm̃ crescerẽt ecclesię facultates, ꝙ pluribus possent sufficere cõpetenter. Siue capiamus dictionem, &, propriè, & sic ꝑ copula inter duo diuersa posita, videlicet ꝛstõne, & cõfirmatione, & amborum ꝛcursum requirat. l. si hęredi plures ꝛdõnes. ff. de ꝛd. inst. Bar. & Ias. in l. 1. vterq;. nu. 2. ff. de iust. & iu.

Fel. in

Felyn. in c. 2. nu. 32. in ver. coppula. de resc. D. meus Phi. Dec. consil. 417. nu. 1. & 433. nu. 6. Et sic ex hoc tex. probabitur, ꝙ tam in constitutione capituli p̃dicta, quàm in illius cõfirmatione Apostolica subintelligenda sit clausula præmissa, de qua in tex. sic etiam dictionem, &, ex aliqua causa hic pro disiunctiua capere velimus, & sic pro vel, ad l. si Titio fundus. ff. de vsufru. lega. & in praxi. papien. in formula libelli pro legato rei singularis, in ver. valere. col. 1. in 2. casu, & sic vt exponamus in constitutione, vel confirmatione, notabile huiusmodi Abb. videtur mancum, & imperfectum, quippe, quod non continens vtrunque membrum, de quo in tex. debebat enim dicere, Nota, ꝙ clausula apponi solita in constitutione, seu statuto capituli, ac, seu vel in confirmatione, seu alijs literis Apostolicis subintelligi debet, seu ꝑ expressa habenda est. Et propterea tutius mihi visum fuit, & textui nostro magis conueniens notabile, quàm cęterorum Doct. hic, Fran. Aret. dum inquit, Nota octauo ex eodem versicu. clausulam consuetam apponi ne dum in rescripto, sed etiã in statuto, si non apponatur expressa, videtur subintellecta, & habetur pro posita.

Pro clariori intelligentia tex. nostri, & præmissæ clausulę, quàm subintelligi tum in statutis capituli, quã in literis confirmationis dicunt subijcio praxim, ac formulam statuti huiusmodi, illiusq; confirmationis per sedẽ Apostolicam, quas formulas in voce accipite. Redeo nũc ad Abb. ipse post dictũ notabile, ad illud probandum arguendo à simili, vel ad similia inferendo subdit, sic dicimus in contractibus, vt videant geri secundum consuetudinem loci, licet hoc non exprimatur in cõtractu pro quo citat tex. in l. ꝙ si nolit. §. qui assidua. ff. de ædili. edi. vbi Vlpia. inquit, Quæ sunt moris consuetudinis in bonę fidei iudicijs venire. Citat idem Abb. Bart. in l. nemo est qui nesciat. ff. de reb. dub. inferentem ad cõtractũ conductionis Doctoris ad legendum, vt possit is legere per substitutum, si in loco illius studij adsit talis cõsuetudo. subdit Abb. ꝙ ad prædicta facit bonus tex. in c. causam. de rescr. vbi ꝙ si clausula in vno loco rescripti poni solita, in alio collocata sit, debet censeri posita in suo loco. Vel aliter summatur ille text. videlicet Clausula in rescripto posita ad terminos iuris reduci debet vbicunque reperiatur sita. Aliud non dicit hic Abb. at And. Barb. col. 41. ver. Nota ex istis verbis, ꝙ clausula solita. ac con. 6. ad fi. & cõs. 54. col. 15. lib. 3. & cõsi. 21. in fi. vol. 4. & alijs in locis hic per D. meum nu. 23. citatis. ac Felyn. hic in 4. not. a nu. 7. vsque ad 19. plura adducunt & ad plura inferunt, prout etiam Rip. in 27. not. nu. 39. & pluribus sequen. quorum nõnulla principaliora reassumemus.

Regula generalis sit, ꝙ omnis dispositio, siue legis, vel canonis, siue vltimarum voluntatum, siue contractuum, a consuetudine interpretationem recipere debeat prout dixit Inn. in c. olim. de verb. signifi. sequitur Abb. in c. certificari. in prin. de sepult. Pet. de Ancha. in c. si propter tua debita. in 4. oppo. de rescri. lib. 6. Alex. consi. 37. nu. 9. lib. 2. D. meus Phi. Dec. hic nu. 21. alios etiam referens. Idem Dec. alios citans in l. semper in stipulationibus. nu. 12. ff. de reg. iur. Rui. cons. 160. col. 3. lib. 1. Bertran. con. 290. nu. 13. lib. 3. Soc. con. 111. abunde. Nec in talibus. lib. 1.

Conclusio Docto. communis est, ꝙ † consueta apponi in contractu omissa haberi debeant pro appositis, quod notãt ex hoc tex. & ex l. vlt. C. de fideiuss. iun. gl. & ibi Bal. in prin. in l. huiusmodi. & ibi Modern. ff. de leg. 1. l. si prius. §. placuit & ibi not. Bart. ff. de aqua plu. arcen. Ias. in l. vt liberis. nu. 7. eo. de collatio. Bal. in l. 1. ad fi. ff. solut. matri. Et hoc, ex quo notarius † præsumatur rogatus apponere omnes clausulas consuetas. ad tex. in præalle. l. si prius. §. rectè placuit. & ibi Bar. not. ff. de aqua plu. arcen. Idem Bar. in l. de die. in fi. prin. ff. qui satis. cogan. in l. si pignor. §. vlt. ff. de pigno. actio. Bald. in alle. l. huiusmodi. in prin. ff. de lega. 1. & in l. si quis sub cõditione. in fi. ff. de condi. insti. & in l. ꝙ si nolit. §. assidua. ff. de ædili. edi. & Bald. in l. ita demum. §. 1. C. de procu. vbi, ꝙ notarij possunt apponere oẽs clausulas cõsuetas qñ sunt plenè rogati de instrumento. Barba. late hic col. 46. & in c. qd̃ trãslationẽ. col. 6. & seq. de offi. lega. ac con. 5. col. pen. & vlt. li. j. consi. 101. col. 2. lib. 3. Alex. cons. 28. col. 2. lib. 2. & consi. 89. colũ. vlt. lib. 3. Ias. in l. 1. §. si procurator. colũ. vlt. ff. si quis iusdicen. non obtẽ. & in l. vl. col. 9. C. de iure emphi. Felyn. vltra ea, quæ scribit hic col. 3. in c. ex literis. col. 5. de fi. instru. & in c. sicut. col. pen. in 7. limi. de re iudi. Crauet. con. 75. col. 1. Tiraq. de constitu. in 3. par. in 31. limita. nu. 7. & seq. Sarnen. in c. 1. de constitu. li. 6. Et ꝙ notarius intelligatur per partes rogatus ponere in instrumento omnes clausulas solitas apponi, voluerunt ẽt Cagnol. in proę. ff. nu. 105. Afflic. in cõsti. Baiulos. n. 13. Mar. Frecc. de pręsen. instr. 4. p. in prin. & p. 6. in fi.

Amplio communẽ cõclusionẽ, ẽt in breuiatuta, siue prothocollum notarij suppleri possit ex clausulis cõsuetis. Speculum in tit. de instru. editio. §. ostẽso. ver. Quid si imbreuiatura. Bal. super rub. C. de fi. instr. col. 5. ver. sed de tertio. & in l. ꝛctus. col. 3. vers. Quæro circa istã secũdã perfectionem. Ant. de But. in c. ex literis. col. vlt. extra eo. Ang. & alij in l. Gallus §. Idẽ credendũ. ff. de libe. & posthu. Alex. con. 37. col. 2. vol. 3. Soci. cõ. 94. col. 3. Felyn. in c. cũ P. tabellio. col. 3. de fi. instr.

45 Dubium magnum videtur an † consuetudo, de qua tractamus, debeat esse decennalis, & prescripta? Et affirmatiue respondendũ esse vr̃ per tex. in l. minime. & in l. si de interpretatione. ff. de legib. ac per oẽs in l. de quibus. ff. eo. ad tex. in c. cũ dilectus. vbi Abb. nu. 7. & ceteri Doct. de cõsue. Doc. in c. certificari. de sepult. Car. in cle. extit. §. Itẽ ordo. de ver. sign. Et ad inducendam consuetudinẽ, ꝙ tria requirantur videlicet Diuturnitas tẽporis: Frequentia actũ: Populiq; totius, vel maioris partis consensus expressus, vel tacitus. Et hanc cõmunem affirmat Io. de Ami. de Vena. cons. 151. n. 7. Pro negatiua concludunt hic Aret. & con. 11. col. vlt. Alex. consi. 107. Pro inuestiganda. col. pe. lib. 2. Rocc. Curt. in rub. de consue. in 4. q. prin. versi. Ex præmissa doctrina D. meus consi. 11. Quoniam iudicantium. col. 8. & hic nu. 26. vbi etiã Rip. post nu. 43. ver. Tertio adde.

Infert hic Fely. nu. 15. ex theorica Io. And. in addi. Spe. in tit. de instru. editio. §. instrumentum. vers. Quid si in ꝛhentibus, vbi dicit in simplici rogatione notarij tacite venire cõsueta, & ꝙ in ꝛctu, quo transfertur dominiũ, possit addi. clau
46 sula † præcarij, quia per eã facilius deuenitur ad mentẽ ꝛhẽtium. Idem voluerunt Ant. de But. in c. ex literis. ac Imo. col. vlt. & Fely. col. 5. & seq. de fi. instru. Soci. in alleg. l. Gallus. §. Idem credendum. colũ. vlti. ff. de libe. & posthu. Dec. Neapo. 15. in nou. Afflit. sup ꝛs. Regni. rub. de Ferijs, & salar. iu. n. 13.

Addo, ꝙ Ioã. And. in addit. magna. ad Spec. vbi s̃. notat, ꝙ
47 qñ de consuetudine in instrumento apponatur clausula † cõstituti notarius debet illam clausulam in instrumento apponere, quasi de hoc videatur notarius rogatus, vt dixit Socin. consi. 101. col. 1. & seq. lib. 3. Idem voluerunt Oldr. con. 139. col. vlt. Pau. Castren. con. 10. col. 1. li. 1. Ias. in l. vt liberis. col. 4. C. de collatio. & in l. ex ea parte. col. 2. ff. de ver. obli. Grãma. Dec. 103. nu. 109. Tiraq. de constitu. in 3. p. in 31. limita. nu. 3. & seq. Contrarium tenuerunt Alex. con. 28. col. 2. seq. lib. 2. D. meus in l. semper in stipulationibus. nu. 16. ff. de reg. iur. & in l. cõtractus. nu. 13. ff. eo. ac in l. vt liberis. col. 3. C. de collatio. Cagno. in l. si librarius. 2. nu. 50. ff. de reg. iu. Crot. in Repet. l. si is qui pro tempore. col. pen. vers. vltimo queritur, ff. de vsucap. Gerar. con. 94. col. 2. lib. 1.

Ex mente Ioan. And. vbi supra in Apostil. ad Spec. & Felyn. hic d. nu. 15. tam quo ad pręcarij clausulam, quàm constituti, ac in omni alia materia distingui posset, Aut loquimur de consuetis generalibus, & prima opi. procedat. Aut loquimur de substantialibus, & secus dicendum sit: quippe quæ omnino exprimi debent: & omissa vitiant, vt etiam voluerunt Ange. in l. licet. C. loca. & D. meus Phi. Dec. hic nu. 29. Vel dicamus iuxta pręalle. con. Alex. 28. lib. 2. ꝙ ea, quę sunt de natura contractus suppleri possunt, secũdum consuetudinẽ, & stilũ qñ fuerint omissa. Ea autem quę sunt de substãtia ꝛctus minime sequitur Ne gusan. de pign. mem. 1. 3. par. nu. 21. ver. Et pro conclusione, & ibidem declarat quæ sint substantialia ꝛctus, quę naturalia. Vos aũt pro clariori intelligentia præmissorum, & infra dicendorũ sciatis in quibusdã instrumentis hęc considerari videlicet solennia, substãtialia, & naturalia. solemnia vocant illa, quæ versantur circa appositionẽ temporis, loci, testium, subscriptionis proprię, vel ipsorum testium, & cętera, quę explicat glo. in l. generale C. de tabula. lib. 10. & latius Aimo consi. 116. col. 1. Hęc solemnia, & illorum appositio ad ipsum notariũ pertinent, prout ostẽdũt Bar. in l. si librarius. post nu. 1. D. meus ibidẽ nu. 5, & Cagno. nu. 16. ff. de reg. iur. Et si notarius omittat solemnia apponere, & instrumentũ ob solẽnitatis defectũ corruat, notarius tenebit̃ partibus ad interesse l. vlt. & ibi Bar. C. de magi. conueni. Io. And. in Addi. ad Spe. tit. de instr. ædit. §. ostẽso. in ver. intellectũ. Et notarius omittẽs apponere solẽnitates, falsi suspectũ se reddet, vt dixit Bart. in alle. l. si librarius. post nu. 7. & ibidẽ D. meus. Ange. in l. iubemus. C. de testa. Curt. sen. consi. 56. super processu. colũ. 3. Fely. in c. ex literis. nu. 4.

de fi.

de fi.instru.Lanfrah.in c.quoniam contra.in ver. instrumentorum productiones.nu.29.de probatio Alua.in tract. præsumptio.regu.3.præsumptio.13.nu.9.ac Aimo con.75.n. 6. Has solēnitates ipse notarius,etiam non rogatus ex suo officio apponere debet.

Substantialia instrumenti sunt ipsi actus, qui ab vno solo gerūtur,vt testari,donare,legare,vel a partibus, sine quibus actus esse nō pōt, prout videre est in ȝctu emptionis,& vēditionis: ȝductionis,& locationis,q̄ actus aliqñ hēnt substātiā solo cōsensu,vt pacto,& conuentioni consentire.l.1.§. cū q. ff.de cōsti.pecu.l.obligationū substantia.§.vlt. ff.de actio. & obli.Bar.in l.1.nu.10.ff.de condi. inde. Aliqñ verò a re ipsa. substantiā recipiunt:In quibus ȝctibus emptionis, & venditionis res,& precium sunt pro substantia.l.2.ff.de ȝ.emptio. §.precium.Insti.de empt.& vendi.Hęc substantialia nō spectant ad officiū notarij,sed pēdent à facto partiū, quo fit,vt si notarius rogatus conficere instrumētū, nō apponat preciū à partibus non expressū,instrumentū corruit non facto notarij,sed ipsarū partiū,nec poterit dici instrumētū.Ioā.And. in Addi.ad Specu.titu.de Instru.editio.§.instrumētū.nu.13. ver.Quid si ȝhētibus.sequitur Fely.in c.ex literis. nu. 13.de fi.instru.Quòd si res,& preciū à partibus in vēditione exprimantur,a notario verò apponi omittantur : si dolo notarij, ipse de falso tenebitur: si per errorē, emendationi quandoq; locus erit,vt per D.meum post alios in alle.l.si librarius. n.8. & Cagno.nu.14.ff.de reg.iur.

Naturalia instrumenti dicūtur, quæ tacitè intelligūtur de natura actus.iuxta tex.in l.pacta cōuenta.cū gl.ff.de ȝ. emp. & per Bal.in l.ad exactionē.in fi.C.de dot.promis.per Ias.in l.cū qd.in 1.lectu.col.1.ff.si cer.pet.& per Negusan. de pign. in 1.memb.3.par.nu.26.ver.Naturalia autē. Naturale est in præcario,q̄ precibus petenti vtendū cōceditur, quandiu is, q̄ cōcedit patitur.l.1.ff.de pręcar.Contra naturā pręcarij esset,vt re vocari non posset,vt per Zas.lib.1.singu.respon.cap. 12.n.1.& Coras.lib.3.Miscella.iuris c.10.sic in societate agi nō pōt,vt leonina sit,vt videlicet alter lucrū,alter dānū sentiat,vt cōsiderabā in fauorē reueren.& excellentis D. Tullij Palamundi Cesenaten.pro quo citabam tex. in l. si non fuerit.ff.pro socio.Hæc naturalia actus non spectant ad notarij officiū,quippe qui nec ea immutare, nec quicq̄ circa ea agere pōt,nec a partibus,vt ȝ illa naturalia veniat rogari potest. Quędā verò dicūtur naturalia actus simpliciter,de quibus ꝑ Paul.Cast.in l.iuris gentium.§.quinimmo.nu.7.ff.de pac.per Zas.& Coras.vbi s̄.Et hæc ad notarij officiū pertinent,vt dicimus,de cuictionis clausula,quæ est de natura emptionis,& venditionis, quā notarius tacite rogatus dī adhibere in instrumēto,vt per Alex.consi.28.nu.2. lib.2. & pręalle.l. Gallus.§.Idē credendū.& ibi Doct.ff.de libe.& posthu.Idem dicūt in clausula in ȝctu mutui,vt res in cadē bonitate reddat, quod est de simplici natura mutui,vt per Bart.& oēs in l.cū quid.ff.si cer.peta.Rogatus igitur de contractu mutui, ex se apponere poterit illa verba,Quòd æquè bonum reddat.

Si tamen notarius omiserit aliquid substantiale cautela sibi datur, vt impetret licentiam à iudice addendi illa substātialia,quæ scribere omisit,vt voluerunt Bar.in l.vlt.C. de fi. de instru.& Fely.in c.cum p.tabellio.col.1. extra eo. de hoc tamen infra latius tractabimus.nu.51.

Alio modo quo ad clausulam constituti declarat Hyero. Grat.con.70.cir.fi.lib.1.videlicet q̄ notarius clausulam constituti tunc apponere possit, qñ in instrō habet facultatem apponendi clausulas consuetas : secus aūt si notarius volebat clausulā constituti apponere tanq̄ ex iuris permissione.

Ampliari posset tex.noster, & theorica Abb. ac cęterorū hic ad hypothecā,vt si consuetū esset apponere hypothecā, illa extendi possit per notarium in instrumento, vt voluit Bal.in l.bene à Zenone.col.1.in fi. C.de quadri. præscript. & in l.1.col.pen.solu.mat.ver.sed ponamus.Idē Bald.in l. cum de consuetudine.ff.de legib.per dictā l.vlt.C.de fideicom.& in l.errore.C.de testib.vbi dixit,q̄ si notarius est solitus apponere in instrumentis hypothecā,si omiserit,vr̄ tacitè actū, vt ponat.Idē voluit Ias.in l.certi ȝdictio. §.si nūmos.nu. 25. ff.si cer.peta.& con.153.col.3.lib.2.Fely.in c.ex literis.n.12. de ꝓbat.Capit.Dec.Neapo.159.nu.39.D.meus in l.vt liberis.nu.15.c.de collatio.& hæc est vera,& cōis opi. Ratio est, q̄a tacitū exprimēdo,ius cōe nō lędit.l.q̄ mutuā.ff.mādā.Et qd̄ tacite inest ꝑ modū fauoris hr̄ ꝑ expresso.l.non recte.C. de fideius.Et q̄a notarius vr̄ rogatus s̄m naturā ȝtractus, vt possit opponere oīa,q̄ sunt de eius natura.pręalle.l.vlt.C.de fideius.Postea verò Barb.arguit in ȝriū,q̄ notarius nō possit ȝficere instrumentū de eo,qd̄ ipse intelligit via rōnis : sed de eo,qd̄ ꝑcipit sensu,s.vel visu,vel auditu. Et sicut testes, qui dicerēt hypothecā fuisse expressā,q̄ nō esset expressa, deponerēt falsū,ita & notarius.Rñdet tñ ad hoc,q̄ aliud est in tabellione, q̄ sit in testib. q̄a ad tabellionē recurrit rōne pitię: vñ vr̄ rogatus,q̄ s̄m peritiā faciet instrumentū, vt not.in l.1. C.de vsu.& ita residet.Idē voluit Bart.Cępol. in l.q̄ si nolit. §.q̄ assidua.col.3.ff.de ædil.edi.vbi q̄ hypotheca nō apposita in ȝctu hr̄ ꝑ apposita, si notarius ȝsuetus erat eā apponere in suis instrumētis. ad tex.in l.si filiæ.in princ.ff.fami.erci.Et ꝑ opi.Bal.cōcludūt Rui.cō.132.col.pe.vol.5. ac D. meus in l.semper in stipulationibus.nu.14.ff.de reg.iur. & Negusan. de pignori.mēb.1.p.3.nu.24.in 8.q.Immo,qd̄ plus est,omittēs apponere consueta poterit puniri de falso, vt s̄.annui,& voluerūt Cy.in l.iubemus.C.de testib.Bar.in l.pe. C.de epi. & cleri. vbi ēt q̄ falsitas nō solū cōmittīr dicēdo falsum, sed ēt tacendo verū,qd̄ ēt dixerunt idē Bar.in l.si q̄s filiabus. ff. de testa.tute.D.meus consi.185.ver.fi. & in alle.l.si librarius: vbi ēt Cagno.nu.10.ff.de regu.iur.Luc. de Pen. in l.2. C.de ȝuen.fisci.debi.lib.10. Hyppo.de Marsi.singu. 123.incip. de prædictis.Corset.in versi.consuetudo.nu.2.Capit.Dec.Neapoli.159.præcipue.nu.39.Ias.in l.certi cōdictio.§. nummos. ff.si cer.peta.& in l.vt libertis.C.de collatio.

Amplio ēt vtiliter ad totū hoc regnū Etrurię vbi regulariter apponi cōsueuit clausula guarentigię, & † instrumenta
48 guarentigiata habent in Tuscia executionē paratā, nō secus ac sententia, & res iudicata.Bar.in l.cū vnus.in fi.prin. ff. de bon.auth.iudi.possi.& in l si & iure.in fi.ff.qui potio.in pign. habe.Bal.in l.consentaneū.post nu.43.C.quomo. & quand. iud.& in l.2.nu.7.C.de exe.rei iudi.Ange.consi.234.Roma. consi.76.in causa nobilis.per totum.& cōsi.373.in casu.Soc. consi.79.nu.49.vol.4.Negusan.de Pigno.& Hypote.ad fi.3. memb.3.p.prin.poterit igitur in Tuscia stante hac vniuersali ȝsuetudine notarius in suis instrumētis addere guarentigiā,vt voluerūt Bal.in alle.l.Gallus.§.Idē credēdū.ff.de libe. & posthu.col.2.ac vterq; Imo.alter col.ēt 2. alter verò col.3. & Ias.ibidē in 1.Lectu.col.vlt. Idē forte dicere possemus in obligatione in forma camerę. Hęc maiorē requirerēt discussionē,& tā in guarētigiæ, q̄ formę camerę suppletione ȝriū seruari vidi,& sic vt si expressim de ijs dictū sit,illa non subintelligantur.

Ampliauit ad clausulā renūciationis hinc inde,& cessionibus in trāsactionibus,& nōnullis alijs ȝctibus, in quibus de ȝsuetudine loci hęc apponi ȝsueuerūt ꝑ notariū, solet.n.dici,q̄ transigentes hinc inde iura sua,quęcunq; sint cedunt,ac remittūt,vt à litibus recedāt:& in posterū quiescant, ne nūciātes hinc inde oībus viribus,actionibus & c.voluerunt de clausula nunciātes loquētes, Bal.in rub. C.de reuo. his q̄ in frau.credi.col.pe.versi.Et nota,q̄ ac Ias.Bal.seq.in l.certi cōdictio.§.si nūmos.nu.25.ff.si cert.pet. Cū Bal. ēt transit Fel. hic nu.6.& in c.ex literis.nu.12.de prob.Capit.Dec.Neapo. 159.nu.39.Et idem voluit, de cessione iurium, & actionum tractans Soci.consi.101.colum.1.in fi.lib.3.

49 Ampliat ēt D.meus hic nu. 24. ad clausulā Codicillarem † vt apposita censeatur in testamento ex voluntate testatoris,cū sit cōsuetū,q̄ apponatur,ȝ Bar.in l.1.ff.de iu.codicil.in 6.q.Et ita dicit cōcludere Alex. consi.1.colū.9.lib.5.& And. Barba.in c.quod ad translationē.de offic. lega. & nihil aliud dicit.Videamus an hæc illatio, seu cōclusio Dec.vera sit pro opi.eiusdem D.mei adduco Imo.in l.filio ꝑterito.col.8.ff.de in ius.rup.& irri.testa. Barba.consi.6.col.vlt.& consi.54.col. pe.lib.3.Alex.consi.102.col.4.& seq.lib.3.& consi.53.col.2. vol.7.Corn.consi.158.col.vlt.lib.2.& consi.150.colum.2.& 225.col.vlt.lib.3.Fran.Curt.qui hanc magis cōmunē dicit, in authē.ex causa nu.74.C.de libe.præteri.Rui.consi.15.col. vlt.lib.2.Quod & voluit idem Dec. in l. semper in stipulationibus.col.2.ff.de reg.iur.& consi.490.col.penul.

50 Immo generalius dicimus † omnē clausulā in instrumēto adiectam,in dubio præsumi appositā de vloūtate contrahētium,vt in Dec.Neapol.59.in nou.vbi in pen. col.ita cōcludit.Idē ȝcludit Rui.ȝs.73.col.2.vol.5.in verbis notarij scriptis Iactis.Et ī alijs clausulis idē tenet Grāma.ȝsi.128.nu.6.

Contrariū in principali quæsito,q̄ immo clausula codicillaris cesceatur apposita de consuetudine notariorū, non autē ex voluntate testatoris cōcludūt Bar.per D.meū hic citatus. ac Calcan.cōs.27.col.antepe.Barba.consi.42.col.8. consi.48. col.7.& consi.58.col.8,lib.1. ac consi. 9,colū.vlt.vol.4.Aret. consi.

cōs.vlt.col.vlt.Alex.cōs.48.col.6.ver.Nec obstat,q̄ notari⁹. vol.4.Rui.consi.98.col.vlt.lib.1.Io.Ant.Alexādri. consi.122. in fi.deci.Neap.159.in no.vbi etiam de aliis pluribus,quę ex consuetudine potius notariorum, quam voluntate disponē tium apponuntur. Cur.Iun.consi.101.col.vlt.opi.Bar.communem affirmans,num.11. quàm etiam communem asserit idem Dec.consi.394.col.5. & sic sibiipsi contrarius est. Idem voluerunt Tiraq.de constit.in 31.limit.num.12.alios citans, ac etiam Paris.cōs.19.col.3.lib.3. & Mar. Soc.iun. consi.116. col.3.lib.2.qui loquitur etiam de aliis clausulis.

Ex distinctione Lancell.Galiaul.in l.1.col.2. versicu.Item contra facit.ff.de verb.oblig.concordari posse videntur præfatæ opin. contrariæ inter se : Et sic loquendo de omnibus clausulis dicamus , Aut illæ per notarium appositę continēt aliquid contra verisimilem mentem disponentium,vel contrahentium: & tunc illas dicemus appositas non de voluntate disponentium , seu contrahentium : sed ex consuetudine notariorum: secus si non importent,aliquid contra verisimilem mentem disponentium , vel contrahentium.

Si volumus tenere primam opin.contra Bar. & sic in clausula codicillari, vt apposita censeatur ex mente testatoris,vt voluit Dominus meus hic. Dicemus illam opinionem, quæ est magis communis procedere solum , quando illa clausula codicillaris per notarium sit lecta coram testatore, & illi declarata , si imperitus erat , vnde si testator non contradixit, eam approbasse visus fuerit, vt per Aret.pręalleg.consil.vlt. Corn.consil.150.col.2.& consil.225.col.vlt.lib.3. Alex.consil.142.lib.2.col.3.

Dum supra de præcario,& cōstituto tractabamus,vt si fuimus distinctione illa, an simus in consuetis generalibus , vel in iis, quæ sunt de natura contractus: An in substantialibus, & adduximus præter alios Dec.hic,num.29.limitantem totam hanc materiam, & concludentem † substantialia omni-
51 no exprimenda esse , etiam si aliàs apponi consueta essent : alioqui omissa vitiarent, vt per Io.And.& alios per eundem citatos. Sequitur etiam hic Rip.num.44.in 1.limitatio.Idem etiam voluerunt idem D. meus in l. semper in stipulationibus.col.vlt.ff.de reg.iur. Felyn.in c.sicut,col.pen.in 7.limit. de re iudic. Ias.in l.sciendum.col.7.in 8.limit.ff.de verb.obl. Grat.respon.102.lib.1.Claud.Seissel.in l.2.col.penul.& vlt. ff.soluto matrim.

Contrarium sentiunt Aret.in c.1.col.4.de re iud. ac Imo. in l.illa institutio.ff.de hæred.instit.vbi contra Bar.ibi,quòd
52 notarius possit apponere clausulam,iure institutionis,† in relicto facto filiæ : Quæ opin. contra Bart.communiter tenetur, vt affirmat Phil.Fran.in repet.c.si pater.col.22.de testa. lib.6.Mar.Soc. iun.consi.124.col.10.lib.1. & Bertran. consil. 144.col.2.lib.2. in posterioribus.

53 Quæro vltra omnes hic, an † pœna apponi in contractu consueta possit per notarium suppleri, seu apposita intelligi debeat? Pro opin.negatiua pondero,q̄ pœna,nisi sit expressa, nunquam subintelligitur : nec in extensionis contractus notarius illam exprimere potest, concludit Bal.in l.si duo patroni. §.si quis iurauerit.in prin.vers.Nō tamen,præsumitur. ff.de iureiur.Alex.consi.28.col.2.lib.2.Soc.in l.Gallus.§.idē credendum.col.2.ff.de liber.& posth.Afflic.super consti.Regni.rub.de Fer.& sala.iudi. num.16. D.meus in alleg. l.semper in stipulationibus. col.vlt.ff.de reg.iur.

Pro affirmatiua, quòd immo pœna consueta apponi, veniat in contractu, voluerunt Ange.in l.2.post princ.ff.de iurisdi.omn.iudic.in l.bene a Zenone. ad fin. C.de quadrienn. pręscrip.& ibidem Bal.col.1.ad fin.Bart.Pau.Castren.& Ias. in l.ex parte. ff.de verb.oblig. Alex.in addit.ad Bart.in l.illa institutio.ff.de hæred.instit. & in apost.ad eundem in l.solutam.§.vlt.ff.de pignor.actio.Abb.in c.2.de præcar.And.Barbat.consil.14.col.pen lib.2. Felyn.in c.ex literis. col.6. de fi. instrum.Grat.respon.159.colum.vlt.lib.2.

Quid tenēdum? Ego sic distinguerem,Aut pœna semper apponi consueuit vniformiter: Aut non; si sic, procedat secunda opin.affirmatiua; si non, locus sit primæ opin.negatiuæ: Hæc distinctio colligitur ex verbis. Bald.in l.cum quid. col.1.ad fin.ff.si cer.pet.& clarius ex iis,quæ scribit D.meus. Phi.Dec.in d.l.semper,in stipulationibus.versus fi.ff.de reg. iur.Comprobatur etiam ex iis,quæ voluerunt Bar.in l.scien dum.in 4.oppos.ff.de verb.oblig. Alex.consi.5.si vera. col.2. & 4.vol.5.& consi.28.lib.2.Grat.respon.102.lib.1. Tiraq.de constit.limit.vlt.num.15.Soc.in præalle.l.Gallus.§.idem credendum.col.2.ff.de lib.& posth. Subdo duo exempla diuersa ad cognoscendum,quando pęna vniformiter apponi consueuerit,puta in instrumento emptionis,& venditionis.Vēditores passim se obligare solent ad duplum rei euictæ, loco pœnę,& interesse:vt etiam supponit in 2.par.rub.ff.de euic. & duplæ stipulationis.in l.euicta.§.duplæ.l.si mancipium,§. duplę.l.emptori,duplam promitti a venditore oportet.& to to tit. ff.de euict. Item ex stylo Romanæ Curiæ procurator, qui obtinet citationem ad partes, non docto de eius manda to,solet semper se obligare ad pęnam 200.ducatorum,quòd eius principalis rata habebit per se gesta , q̄ si ratihabitio nō sequatur meritò mulctandus veniret,hic qui alterius nomi-
54 ne comparuit,qui cum non doceat de mandato,falsus procurator † dici poterit.l.si procuratori falso.ff.de cōd.ob caus. l.licet. C.de procur.c.1.extra eo.Io.de Ana.consi.25. viso dubio.num.1.& consi.104.visis,& ponderatis,num.2.& vtrobique in addit.Ludo.Bolo.Nic.Boer.decis.274.an valeat procuratorium.ante num.6.

Inquātum Barb.hic col.42.super præmisso no.Abb.limitat hoc no.seu hanc conclusionem procedere tñ,q̄ notarius
55 possit apponere clausulas consuetas,quando † contractus est in fieri,& sic quando celebratur,non post,quando est factus. per doctr.Bal.in rub. C.de reuoc.iis,quæ in frau.cred. Idem etiam dixit idem Barb.in c.quod translationem, col.6.de offi.leg.& in c.2.col.1.in fi.de præcar.ac idem Barb.in tract.de præstan.Cardin.in 4.q.2.par.col.2. Idem tenuerunt Ang.in l.licet. C.loca.Ias.in l.vt liberis. col.5.in 2.limit. C.de collatio. Alexā.in l.Gallus.§.idem credendum. ad fin.2.col.ff.de liber.& posth.Afflict.super constit.Regni.rub.de fer.& salar. iudi.num.17.Paris.consi.45.col.3.in fi.lib.1.

Rip.hic num.47.in 5.limit.refert hanc limit.Barba.quam dicit reprehendi a Fely.in c.1.col.6.vt lit.non contest. Et sic transit cum opi.Fel.contra Barb.Hanc limit.Barb.non puto veram,per ea,quæ voluerunt Alex.consi.105.col.vlt.lib.2.& Fel. vbi supra. Et per rationem, q̄ clausulæ consuetæ haberi debeant pro appositis,tam in literis Apostolicis,quàm in cōtractibus,vt supra latè probauimus,num.41.cum seq.Et voluerunt Bar.in l.dominus,prædiorū.C.de agri.& cēs.lib.11. Ias.in l.diem functo.col.3.ff.de off.assess.Zas.consi.17. lib.1.

Subiicio pulchram,ac quotidianam qō.Notarius rogatus de venditione per Mæuiū Seio factam de quodam ꝑdio , in cuius notarij pñtia Seius in mediū proferri fecit sacculū mōnetę argenteę:sed non fuit in eiusdem notarij pñtia facta numeratio : quæro , an ille notarius poterit in instrō apponere clam,pecuniā fuisse numeratam? Consuetudo,ac stilus ordinarius notariorum vr̄ esse vbique,q̄ hāc clam, in specie facti propositi apponant. At in ȝctibus,& aliis dispōnibus a consuetudine interpretationē recipere debemus. Inn.in c.olim, de verb.sign. & alij, quos retuli supra num.42. Contrarium iuxta terminos nostros, q̄ notarius non possit illa verba apponere,nisi verè fecerit illa numerare se præsente, voluit singul.Bal.super rub.C.de fi.instr.col.4. sequitur Ias.in l.singularia.post num.48.vers.Bene facit illud. ff.si cer.pet.Aduertatis tamen,q̄ Bal.non dicit,q̄ non propterea puniri debeat notarius de falso,vt refert Ias.vbi s̄.imò q̄ nō debeat puniri. Pro quib.videre poteritis Catel.Cot.in suis Memor. in ver. Notarius in instrō nō debet scribere pecuniam numeratam.

Limitat etiam Bal.hanc nostram conclusionem , q̄ idem-
56 met notarius † possit extendere clausulas consuetas in instrumento,non alius,in rub.C.de fi.instru.col.6.in 4.q.1.& c.cū in iure peritus. col.pen.vers.Quæro,si in protocollo,de offi. dele.Idem voluerunt Barb.consi.9.col.vlt.vol.4.& Hypp.de Marsil.sing.123. Et illam limit.Bal.pro sing.& notabili commendat Ias.in l.vlt.in 10.notab. C.de iure emphyt.

Contra hāc limit.sentire vr̄ Spec.in tit.de instr.edi.§.ostē so.vers.Quid si imbreuiatura. Bar.in l.argētarius.ff.de eden. Ant.de But.& Abb.in c.cū P.tabellio,de fi.instru.D.meus in l.semper,in stipłonib.versus fi.nu.14.ff.de reg.iu.ac Alex.in l.Gallus.§.idē credendū.col.2.& Ias.col.pe. & in 2.lec.col.3. ff.de lib.& posth.Hęc secunda opi.mihi verior vr̄:ratio enim ȝclusionis nostræ est,q̄ omissa supplęri possint,eo quia consueta sint apponi: A quo autem apponuntur, parum referre vr̄,dumtamen apponi consueta sint: Et ea consueta apponi, apponere poterit tam idem notarius, q̄ alius. Quòd si alius extendere vellet imbreuiaturam , & addere , vel extendere clausulas ex coniecturata mente contrahentiū, fateor,quòd non posset,nisi iudice,vel superiore id mādante, vt per Bar, & Alex.in d.§.idem credendum. & ita Ias.ibidem opin.contrarias conciliat,num.21.versic.sed concordo.

Idem Bal. multum restringit hãc conclusionem, videlicet, vt solum procedat quando notarius est rogatus cõficere in-
57 strumentum ad sensum † sapientis, tunc enim dicit ipse, poterit clausulas consuetas in instrumento apponere. Hæc esset magna limitatio, quam posuit in rub. C. de reuo. ijs, quæ in frau. credi. q. 10. Idem etiam sensit in l. ita demum. §. 1. ff. de arbi. Calca. consi. 27. col. pen. & Bertran. consi. 74. col. 2. lib. 2. Et quidam adducunt dictum Bart. in l. illa institutio. ff. de hære. insti. vbi quod si fuerit dictum, ꝙ testamentũ extendatur ad dictamen sapientis, sapiens poterit apponere clausulas consuetas, & omnia, quæ sunt de natura cõtractus: Vnde si id non sit dictum, dictæ clausulæ apponi non possint.

Cõtrariũ, & melius cõcluserunt Barba. in c. quod translationem. col. 6. de offi. leg. Fely. in c. ex literis. col. 6. in 7. decla. de fi. instr. Purpurat. in l. 1. col. 15. C. de sum. Tri. Claud. Seisel. in l. 2. col. pen. ff. sol. matri. ac Rip. hic nu. 42. qui congrue respondet ad fundamentum contrarium, quod fit super illo dicto Bar. in l. illa stipulatio.

58 Limitatur conclusio nostra, vt non procedat † in cõtractu requirente scripturam; postquam enim scriptus fuerit, nihil addi poterit, vel suppleri. Bar. in alle. l. Gallus. §. idem credẽdum. ac Bal. & Alex. vt erq;. col. 2. Imo. col. 1. Ias. col. 3. Soci. & Claud. ff. de libe. & posth. Host. in c. cum P. tabellio. col. 2. Io. And. & Imo. col. pen. Abb. col. 3. & Fely. col. 2. de fi. instru. ac Abb. in c. 1. col. 3. in 11. requisito, eo. tit. Et hęc est communis opi. quicquid senserint Ang. & Are. in d. §. idem credendum.

59 Limito etiam, ꝙ notarius † clausulas in instrumento extẽdere, vel supplere non possit post authenticatum instrumẽtum, vel post datam copiam instrumenti parti: iam enim functus est officio suo, & se suspectum redderet. Bar. quem communiter sequuntur in l. Imperator. ff. de sta. homi. & in l. si librarius. ff. de reg. iur. Bal. nu. 8. & Fely. nu. 6. in c. ex literis. in 4. conclu. de fi. instr. Soci. cõsi. 127. col. 4. lib. 2. & in proprijs terminis nostris Afflit. super cõst. Regni rub. de For. & Salu. nu. 17. ac Grat. alios referens consi. 102. lib. 1.

60 Transeamus ad aliud not. Abb. † ꝙ statuentes venire possint contra statutum, etiam per superiorem confirmatum, licet materiam talem contineret, ꝙ sine superiore statutũ non valuisset, quod dicit not. & limitandum iuxta ea, quæ dixit in c. proximo videlicet. in c. cum accessissent. in 5. no. In quo c. cum accessissent Abb. refert, & sequitur Barto. in l. omnes populi. col. 3. versi. Iuxta prædicta quæro. ff. de iust. & iur. Ex dictis Bart. & aliorum in alleg. l. omnes populi, ac Abb. Are. Barba. & cæterorum in d. c. cum accessissent, & in hoc c. nostro hęc videtur vera distin. Aut loquimur in actu confirmato a superiore, in quo cõfirmatio non requirebatur, Et tunc, Aut principaliter tractatur de fauore publico: seu fauore, vel commodo tertij, & non põt. Aut principaliter de fauore ipsius inferioris, & ille ab inferiore reuocari poterit. iuxta tex. in l. omnium. C. de testa. & ibi, & hic, & vbi supra communiter per Docto. & per Abb. in c. dilecto. de præben. Aut inferior non poterat statuere absque confirmatione superioris, vt in terminis nostris, & tunc, Aut statuentes a statuto recedentes volunt ad primeuum statum iuris communis redire: Aut volunt primum statutum tollere, aliter statuendo, seu nouum statutum faciendo & tunc primo casu poterunt: Secundo verò non Quia eadem solemnitas requiritur in destruendo, quæ in construendo. vt in Authen. de defen. ciuit. §. non habente. l. cum proponeretur. & ibi glo. ff. de lega. 2. Bal. in l. vlt. colum. penul. C. de cadu. tollen. Hinc ex iuris regula dicimus, Nihil tam naturale esse, quàm eodem vinculo quodque dissolui, quo colligatum est. & l. prout quisque. ff. de solutio. l. quamuis saltus. ff. de acquir. posses. c. omnis res. 27. q. 1. Et dixit Philosophus de Generatio. & corrup. quod ea, quæ sunt principia generandi, sunt etiam principia corrumpendi. Hinc etiam dicimus testamenti reuocationem tot testes requirere, quot testamenti confectio. l. hęredes palam. §. si quid. ff. de testa. l. sancimus. C. eo. arguendo a speciali. & l. cum proponebatur. ff. de leg. 2.

Aduertendum est ad illud, quod dicit Fely. in d. c. cum accessissent. in 3. declara. quòd vbi in confirmatione statuti est
61 clausula † Decreti irritantis, videlicet: Irritum quoque, & inane decernimus si secus factum fuerit & c. non possint statuentes illud reuocare. per tex. in c. dilecto. ad fi. versicu. Nisi fortè. & ibi glo. Anto. de But. Imo. & Abb. de præben. Quod procedere dicit idem Fely. etiam si confirmatio sit in fauorem statuentium: ex quo per dictam clausulam superior pro illicito habere videtur, quod iteret in contrarium. Præter eos, quos citat ibi Fely. idem voluerunt Ancha. in c. statutum. in fi. de rescrip. lib. 6. Aret. in l. nemo potest. colum. 3. ac Seysel. colum. 4. ff. de leg. 1. vbi voluerũt in rescriptis ad beneficia non posse partem renunciare decreto annullatiuo, in sui fauorem apposito. Idem voluit Fely. in c. cum ex officij. de præscrip. pro præmissis cito ét Ias. in l. posthumo. col. 9. C. de bono. pos. con. tabu. & in l. oĩum. col. 2. in fi. C. de testa.

Contrarium in terminis nostris contra Fely. & contra p̃dictum Fely. limita. cõcludit D. meus in d. c. cum accessissent. num. 22. & præter adductos per Deci. idem voluerunt Rot.
62 422. in anti. vbi quòd † clausula decreti habet conditionem, si is in cuius fauorem est appositum decretum, eo vti velit. & not. 834. pro quo adduco text. in l. & eleganter. §. 1. cum glo. in versi. nullam. ff. de dolo. in c. 1. §. subiectum. cum gl. in ver. referri. de concess. præben. lib. 6. Idem voluerunt Oldr. consi. 305. Calde. consi. 1. sub titu. de transla. præla. post medium. Gemini. consi. 121. in fi. & consi. 141. Fely. in c. cæterum. col. 3. & seq. de rescrip. Cur. iun. in l. posthumo. col. 8. verticu. secunda dubitatio. & D. meus col. 7. de bono. possess. con. tabu. Alex. consi. 96. colum. 1. vol. 4. Brun. in tracta. de forma, titu. Quando aliquid censeatur traditum pro forma. col. 4. Gomes. in §. Item si quis postulante. col. 13. Instit. de actio. ac in 4. q. Reg. de Anna. nume. 3. & in 49. q. de Trien. nume. 11. Barba. consi. 42. num. 34. lib. 1. Philip. Fran. in c. dispendia. in prin. col. vlt. de rescrip. lib. 6.

Imò generaliter dicemus, quòd si lex, vel statutum alicui
63 † commodum de se ferat, intelligitur, si ipse velit cui commodum affertur. l. 2. C. de iu. emphyt. ibi Domino volente.
64 Et statutum vt † scholares tractari debeant, vt ciues, intelligitur si ipsi scholares velint. Bar. in l. 3. §. si emancipatus. ff. de bon. posses. con. tabu. Bal. in l. si Ruffinus. C. de mili. testa. Et alia ijs similia ponit Fely. in c. vlt. col. 6. versi. Ex quo nota. de iudi. vbi generaliter infert, quòd concessio facta in fauorem, operatur ita demum si priuilegiatus velit: Ratio est, quia a lege nunquam defertur cõmodum inuito, sed volente. l. hoc iure. §. non potest. ff. de donatio. l. inuito. ff. de regu. iur. Hinc etiam dicemus fauori suo quemlibet renunciare posse. l. pactum. ff. de pact. l. si quis in conscribendo. C. eo. l. cerdonem. ff. de ope. liber. l. quod de bonis. §. vlti. ff. ad leg. Falcid.

Notat etiam hic Abb. quòd vbi numerus canonicorum ex causa venit ampliandus, non confunduntur præbendæ antiquæ, sed eis in sua integritate manentibus, nouæ ex alijs
65 redditibus præbendę constituuntur † quę pares esse debent: & præbendæ antiquorum canonicorum nõ debent esse maioris, vel redditus præbendis nouissimorum. Abb. nihil ad hoc adducit, sed est text. in c. cum omnes. ibi Omnes in hoc consueuerunt esse pares. & post, versi. Mandamus quatenus antiquos canonicos iunioribus, & iuniores in perceptione fructuum, tam prębendarum, quàm vinearum cœquatis. hoc tit. de constitu. & ibi glo. pen. ad idem citat text. nostrum. Et dixit ibi D. meus in 2. lectu. in 5. no. nu. 11. ꝙ omnes canonici antiqui, & iuniores debẽt esse ęquales in perceptione fructuum, quod etiam videtur procedere de omni iure Non tamen negant ibi quin ex consuetudine, seu melioratione, vel dẽterioratione, vel aliàs vna p̃benda pinguior esse possit altera. Verum rñderi posset, sufficere, ꝙ ab initio p̃bendę pares sint: & multoties ad æqualitatem reducunt, q̃ ét supponit gl. in ver. potiorem. in c. statuimus. de maio. & obe. Et in d. c. cũ omnes distinguunt circa victum præstandum clerico nobili, vel ignobili, Doctori, vel aliàs graduato, seu viro mediocri.

Vltimo notat Abb. hic, quòd redditus ecclesiæ super excrescentes debent deputari pro canonicis nouiter receptis,
66 † vel ex illis nouæ fieri debent prębendæ: vel illi ad aliam ecclesiæ vtilitatem conuerti debent. Ad hoc Abb. nihil alleg. text. est in c. vlt. ad fi. de verb. signifi. iuxta terminos nostros inquiens, in vtilitatem eiusdem ecclesiæ conuertentes augumentum suorum redditũ, donec duxerimus aliter disponendum. tex. noster hic distinctè, & clarius procedit, & consequenter etiam ipse Abb. voluerunt enim, vt fructus excrescentes fint pro nouis canonicis. seu ex illis præbendæ nouæ
67 fiant † Quòd si quid superfuerit, id in canonicorum, vel in ecclesiæ vtilitatem conuertatur. Et ex illis verbis, siue aliter vt melius videbitur, Quia remittetur ad arbitrium poterunt redditus, qui supersunt in quoscunque vsus pios conuerti authoritate huius nostri canonis. & capitu. penult. versicu. Reliqua, quæ supersunt fidelium vsibus ministraturus. 12. quæst. 1.

Ex

Ex dictis glos. 1. & Abb. hic, & aliorum tres conclusiones
68 eliciuntur, prima ꝙ † consors litis, pro consorte agere possit sine mandato, præstita cautione de rato, l. 2. C. de ꝛsor. eius. lit. l. si petitor. ff. de iud. ibi, inuito cohærede, a contrario sensu. iuncta glo. in ver. egerit. vers. solutio hic, inuitis aliis, non potest. clem. religiosus. ibi, Nisi pro suo. in eadem lite consorte, de procur. Et ꝙ appellatio, ac fatalium prorogatio vnius ex consortibus alteri prosit, conclusit, Rota Romana, prout decis. Put. 169. incip. in vna Abulen. Bonorum. lib. 2.

Inter alias limitationes, quas dant hic Doct. illa præcipua est, ꝙ præcedere debeat litis contestatio, & hæc limita. communiter tenetur, & fundatur super text. in d. l. 2. C. de consort. eiusd. lit. vbi requiritur, ꝙ lis fuerit ordinata: declarant Doct. i. contestata, quia tunc verè lis ordinata dicitur, quan
69 do est contestata: immo † ante contestationem non dicitur verè, & propriè lis. l. placuit. C. de peda. iudi. l. nemo. C. de iu risd. omn. iud. glo. pen. in l. & quia. in prin. dum primam opi. probat. ff. eo. c. ex parte. 2. de verb. signi. gl. 2. in l. causas. & ibi Bar. & alij. C. de transact. Bal. in auth. clericos. C. de episc. & cler. Et ratio secundum Pau. Castr. in d. l. 2. C. de cõsor. eius. li, prout refert etiam hic D. meus post num. 31. est quia, cum lis contestetur cum omnibus: censentur alij velle, ꝙ termine tur, arg. tex. in l. si seruos. ff. de pigno. actio. vbi de tacita, seu præsumpta voluntate debitoris.

D. meus subtiliter (more suo) annuit huiusmodi limitationem non ita validam esse, quia impugnari possit, sentiẽs, ꝙ etiam ante litem contestatam consors, pro consortibus admitti debeat, quando citatio, & petitio nomine omnium facta fuisset: Militat enim eadem ratio. Pau. Castren. vbi supra, arguit tex. in l. vbi cœptum. ff. de iudi. Si enim in eodem loco, vbi cęptum est iudicium, finiri debet: sic & per easdem personas, quæ agere cœperunt, arguendo de loco, ad personas, & econtra, vt per Calder. cõs. 21. num. 3. sub tit. de const. ac D. meum, cons. 65. ante nume. 4. Alio etiam modo induci potest ille tex. pro intentione Dec. videlicet, si iudicium dicitur ante litis contestationem, sic & lis dicatur, etiam antequã contestatio facta sit. Adducit etiam tex. in clem. 2. vt lit. pen. vbi ante litem contestatam, videlicet, post citationis execu-
70 tionem, & sic aduersario citato dicitur † pendere lis. Addo tex. in c. proposuisti. de fo. compe. in c. gratum. & in c. relatũ. de off. deleg. in l. & quia. iuncta glo. pen. ff. de iuris. omn. iudi. pro quo etiam Inno. in c. vlt. num. 2. & ibi Host. & Abb. vt li. pend. Idem Abb. in c. vlt. col. vlt. vers. sed si agitur. de off. leg. Ias. in l. 2. col. 1. vers. tu tamen. C. vt li. pend. Ant. de But. post Io. And. in c. causam quę. 2. & ibi Abb. nu. 5. de testi. Ro. 425. Nota vtrum postquam. in anti. & Bellam. 380. incip. si faciẽs committi. Iafre. decis. 129. incip. lis pendens.

Respondet Dec. ad tex. in l. 2. C. de consor. eiusd. lit. quòd non dicat expresse de lite contestata, sed de lite ordinata, q̃d etiam ante litem contestatam verum redditur, vt per glo. in l. 1. C. qui da. tuto. poss. quæ inquit, Fit ordinatio ante litem contestatam. Subdit idem D. meus, communiter tamen tenetur, quod dictum est, videlicet, ꝙ pręcisè litis contestatio requiratur, ex quo propriè lis dicitur lite contestata.

Insurgit contra Dec. Ioan. Franc. Rip. hic, post num. 55. dicens, quòd fallitur, cum dicat, posse teneri, quòd etiam ante litem contestatam consors pro consortibus agere possit. Responderi potest, quòd immo ipse Rip. decipitur, postquam enim pręceptor meus subtiliter impugnasset, communem limitationem subiicit (vt præmisi) communiter tamen tenet, quod dictum est, & sic cum communi limi. expresè sè reside t: vel saltem, quia hanc communem opinionem vltimo addu-
71 cit, in ea tacitè residere videtur. † Vltima enim opin. Docto. comprobata ab eo videtur, tanquam illa sit ex mente illius, qui plures opin. posuit. ca. capellanus. versic. posteriori sententiæ, de fer. l. si idem cum codem. §. si iura. vbi Bal. Ang. & Ias. ff. de iurisd. omn. iudic. glo. not. in l. qui filium. §. Sabinus. in versic. & alia. versus fin. ff. ad Trebell. Bart. in l. bona fides. num. 2. ff. deposi. Et quòd in eadem communi opin. pręstitit, probatur, seu colligitur etiam ex ijs, quæ postea subiicit, in 3. limit. ibi, Et communi nomine litis contestatio facta sit.

Verum dato etiam, quòd Dec. (vt Rip. supponit) a com-
72 muni opinione recessisset, nõ per hoc reprehendi meruisset, ita communi enim opi. recedere licet, quando contraria opinio meliori, & subtiliori ratione fundatur. ad text. in allegat. capit. capellanus. ibi, subtiliori ratione fundetur, de fer. Ioan. Andr. Abb. & alij in cap. 1. hoc tit. nostro. Abb. in cap. ex literis, de sponsal. Alex. in l. cum prolatis. col. vlti. ff. de re iudic. Et hanc communem affirmat Cur. Iun. consil. 29. Habita diligenti. col. 3. num. 11.

Videamus nunc quę rationes præponderent, an pro communi opinione, an contra eam? Pro communi duæ rationes, seu ponderationes adducunt per Rip. vbi supra, & alios. Vna est, quod lis (vt diximus) propriè dicatur, quando est contestata. Ad hoc dupliciter respondeo, quòd etiam ante dicatur, præsertim iuxta subiectam materiam, vt supra probaui. Altero modo respondeo, ꝙ ratione adiuncti aliter dicendum est in casu nostro: tex. enim ille in l. 2. C. de consor. eius. lit. dicit lite ordinata, non dicit lite simpliciter, vel lite contestata. Vnde tota nostra disputatio consistit in hoc, ꝙ velint illa verba, lite ordinata: Ratione enim adiuncti verba mutant significationem. ad l. vlti. §. cui dulcia. ff. de vino, & oleo leg. l. pediculis. §. item cum quæritur. & ibi glo. in versic. non videri. ff. de auro, & argen. leg.

73 Ordinata † lis dici poterit, quando actores paratis scripturis, testibus, & aliis pro ipsis facientibus, habito colloquio, & consiliorum aduocatis, & procuratoribus, an litigare expediat, & qualiter iudicium institui, & tractari debeat, concludunt tandem aduersarium citandum fore, quod tanto magis procedit, si libellum confectum afferamus, ac iudici præsentatũ, & partem aduersam ad iudiciũ euocatã fuisse. Sic & in re militari, q̃ lite, seu bello ciuili similis est, ordinatos milites dicimus, postquam ij in quendam ordinem redacti, & numerati sunt: puta in centurias ordinati, vti apud Titum Liuium lib. 29. Scipio voluntarios milites ordinauit, centuriauitque. Et sic antequam manus consecrantur: antequam bellum incipiatur, milites ordinantur, & centuriantur: sic & statum, & Rempublicam ordinare, non aliud sonat, quàm disponere, & præparare, qualiter respub. regenda veniat, quod & sensit Sueto. in Iulio Cæsare: sic & partes orationis ordinare, dixit M. Tullius lib. 1. de Inuentio.

Rationis item identitas, quæ potissimum circa quascunque interpretationes attendi debet. Alex. in l. si extraneus, ff. de condict. ob caus. D. meus cons. 213. & 333. idem etiam suadet, ante litem contestatam, vt postquam consortes causa præparata, ostensis iuribus causarum patronis, & concluso litigandum fore, omnes simul conuenerunt, vt aduersarius citaret, & consequenter citatus fuerit, presumendum, & ita credendum sit, quòd simul statuerint, & voluerint ad finem causam eorum perducendam esse: Et sic intro in secundam rationem per Rip. & ante ipsum per Paul. Castren. & dominum meum hic adductam. Et retorqueo præalleg. argumentum de l. si seruos. ff. de pigno. actio. Cum enim (vt dixi) omnes tractauerint, & concluserint, & disposuerint litigandum esse, & partem citandam, censentur omnes voluisse, quòd causa terminetur.

Adduxit idem Dominus meus (vt dixi) glos. in l. 1. C. qui da. tuto. poss. vbi quòd fit ordinatio ante litis contestationem. Replicat Rip. vbi supra, quòd glo. illa loquitur de causa legitimè ordinata, quæ bene dicitur ante litem contestatam, secus de lite. ad l. causam, vel lites. C. de transactio. Ille tex. hoc non probat: si enim illum ponderauit propter dictionem, vel, positam inter dictiones, causas, vel lites, tanquam inter diuersa. ad l. filiæ. vbi Bal. in prima oppos. C. de collat. & Bart. in l. si is, qui ducenta. §. vtrum. in 6. oppos. ff. de reb. dub. Cardin. in clemen. 2. quæst. 2. de ęta. & qualita. per hoc non sequeretur, quòd lis, & causa in omnibus differrent, & sic etiam quo ad rem nostram. Nec etiam esset nouum, vel absonum, illam dictionem, vel, sumere ibi declaratiuè, & sic vel, pro idest, tanquam idem significent. ad tex. in §. tertiò vero anno. iuncta glo. in versic. vel, in prooem. Digest. ac in rubr. ff. si ager vectig. vel emphyteu. cum glos. & l. 2. iuncta glo. in versicu. vel pecudem. ff. ad legem Aquiliam. Bald. in cap. primo, in secunda lectu. ad finem, de iudic. Quòd si Ripa citando l. causas innitebatur, vltimę opinioni glossæ tanquam firmiori, ad ea, quæ dixi supra, & sic intellexit, quòd lis tanquam genus, & sic ante, & post litem contestatam, causa verò tanquam species, & sic post litem tantum contesta-
74 tam, illa glossa subuerteret eius intentionem. † Verum nos dicamus causam, litem, controuersiam, conflictum iudiciarium, iurgium, contentionem, & id genus, vt plurimum pro eiusdem poni: & ante litem contestatam, quam post iis terminis vti solemus. Sic Nume. capite trigesimoquinto: Donec stet in conspectu multitudinis, & causa illius iudicetur. Deuteron. vigesimoquinto: Si fuerit causa inter aliquos, & interpellauerint iudices. Prouerb. decimosexto:

Homo peruersus suscitat lites. Ecclesiasti. 28. Abstine te a lite, & minues peccata. M. Tullius 2. de Orato. Atq; in ciuium causis, disceptationibusq; versatur. l. seruus. ff. de sta. homi. l. ne quicquam. §. 1. ff. de offi. procon. l. 1. §. sexum. ff. de postu:
75 Et ꝙ indistincte † lis quoad actorem, vere, & propriè dicatur decreta citatione, etiam ante illius executionem, quo verò ad reum, illo citato, etiam ad effectum, vt attentata reuocentur, voluerunt Rot. Bisigne. 2. de appel. in antiquio. Et 456. no. clem. in anti. ac 75. quod dicitur. in not. Cassad. Dec. 6. super Reg. Cancel. Et hæc ego latè discutio in 37. q. Regu. de Anna. Et sic patet, quòd impugnatio Ripæ, potius fuit studio contradicendi, quam veritatis indagandæ. Et ex ijs præceptor meus defensus remanet, & communis distinctio præfata facile subuerti potest.

Limitatur secundo conclusio prædicta per D. meum, & alios hic, vt consors pro consortibus inuitis agere non possit, iuxta text. in l. Pomponius. §. vlt. ff. de procura. vbi datur
76 regula generalis, Eos, qui † absque mandato interuenire possunt, repellendos esse contradicentibus his, pro quibus interuenire volunt, quod etiam affirmant glo. & Docto. in alleg. l. 2. C. de consor. eius. lit. & in l. petitor. ff. de iudi.

77 Tertia limi. ex dictis Abb. elicitur, † ꝙ consors litis agere non possit in requirentibus speciale mandatum, quod probari videtur arguendo ab æquiperatis. ad glo. & Barto. in l. si quis seruo alieno suaserit, in fi. C. de furt. glo. in l. quod verò contra. ff. de legib. Bart. in l. Marcellus. in princ. ff. ad Trebel. Quod argumentum procedit etiam in pœnalibus. glo. in c. quamuis. §. vlti. & ibidem Geminia. de electio. lib. 6. Consors litis (vt Abb. hic supponit) æquiparatur coniunctę per-
78 sonæ. ac † coniunctus pro coniuncto in requirentibus speciale mandatum agere non potest. l. patri. & l. illud. ff. de mino. D. meus hic nu. 36. Ripa nu. 58. concludunt contra Abb. subuertentes hanc limi. vt adducentes rationem differentiæ inter consortem, & coniunctum: ille enim agit de communi commodo, vel damno: hic non. Et respondent ad contraria, quorum opinio mihi magis placet.

Quarta limitatio Domini mei hic, a qua ipse postea recedere videtur, declarans, vt per eum num. 38. & seq. & quòd
79 prædicta conclusio nõ procedat in † criminalibus. prout voluerunt Ant. de But. in c. cum dilecti. col. 5. versi. Gl. 1. de do. & contu. idem But. in hoc c. nostro cum M. col. 9. versi. Item nec supplet. Imo. in c. licet. nu. 6. de accusa. Præposi. Alex. in c. si quando. col. pen. 2. q. 6. Et hæc est magis communis opi.
80 Et ratio est quia † in causis criminalibus, vbi venit imponenda pęna corporalis non admittetur procurator. l. penul. §. ad crimen. ff. de publi. iudi. c. veniens. de accusa. & ibi Docto. communiter tenent, quòd procurator non admittatur quãdo pro crimine venit imponenda pęna a relegatione supra. Quod etiam voluit glo. 3. in princi. l. seruum quoque. §. publice. ff. de procura. Arch. in c. 1. col. 1. in fi. de iudi. lib. 6. Spe. in titu. de procura. §. igitur ratione. col. 9. Cepol. consi. crimi. 47. col. 2. in fi. & consi. 72. col. 2. Ias. in l. cum rem. in 2. not. C. de procura. Nic. Boe. Deci. 285. Quæ quidem procedunt, sitte loquamur de causis capitalibus prouenientibus ex iudicio publico, de quibus in d. §. ad crimẽ. in l. de fide. C. ad leg. Corn. de fals. & in l. huic conuenit. C. de accusa. siue prouenientibus ex delicto priuato, ad quod adduco tex. in l. 1. §. 1. & 2. respon. ff. quan. cau. appel. per alium agi po. qui tex. non distinguit inter causam capitalem prouenientem ex iudicio publico, vel priuato: Et hanc communem affirmat, quòd in causis capitalibus procurator constitui non possit, siue proueniant ex iudicio publico, siue priuato Ioan. Ant. Rub. de pote. procura. & defenso. in caut. crimi. par. 2. nu. 2. Si igitur procuratorum expresso mandato nõ admittitur, multo minus admitti debet consors cum tacito ratione consortij. Et si consors, vel alius cum mandato tacito, vel expresso reum defendere vellet, iudicium, redderetur elusorium, per Bar. in alleg. §. ad crimen. col. 1. & Cepol. consi. crimi. 45. cum sequen.

Quæ tamen limitatio, sublimitanda est, vt non procedat quando delictum est connexum, vel correlatiuum, prout est adulterium, vel incestus, quo casu consors admittetur pro consorte, prout concludit Mari. Soci. in c. veniens. col. 54. in 35. fallen. sequitur Fely. hic post nu. 19. versi. sed D. Maria.

Ripa hic post nu. 54. conatur hanc sublimitationem subuertere, inquit enim oportere iuxta dictam l. 2. C. de consor. eius. litis, ad hoc vt litis consors admittatur ad defensionem, quòd caueat de iudicato soluendo: sed in causa capitali non potest præstari dicta cautio, cum nemo sit dominus membrorum suorum. l. liber homo. ff. ad leg. Aquil. & per D. meũ in l. Imperium. col. 4. ff. de iuris. omn. iudi. Insuper in delictis correlatiuis dari potest, ꝙ non sit eadem causa defendendi, vel agendi: cum possit esse incestus ex parte vnius tantum. c. in lectum. 34. q. vlt. Et sic supposita per dictam l. 2. & Docto. ibi locum non haberent: ergo constitutioni illi, & theoricæ Bald. ac aliorum ibi, locus esse non poterit ad ea, quæ voluerunt Iac. But. cum Fulg. & Saly. in l. mancipia. C. de ser. fugi. Roma. Singu. 489. statutum puniens. ac D. meus consi. 466. stante statuto. nu. 8.

Ad primum obiectum Ripæ responderi posset, ꝙ si non concurrerent omnia requisita, de quibus in dicta l. 2. & per Docto. ibidem. C. de consor. eius. lite Et sic si cautio de iudicio soluendo præstari non poterit, seruabuntur cætera, quæ seruari poterunt. Hanc solutionem ad simile argumentum, licet in materia sat diuersa, dat Sarnen. in 12. q. Reg. de Anna. post num. 3. concludens impetranti beneficium anno per capitulum possessum, obstare illam Reg. de Anna. licet omnia verba illius Regu. non conueniant capitulo, puta vt exprimat̃ nomen, cognomẽ, & gradus possessionis. Altero modo responderi potest, ꝙ non est ita absolutum, ꝙ quis non sit
81 † dominus membrorum suorum, quia ex causa illa obligare, & pœnæ futuræ, seu periculo etiam mortis subijcere possit, lege id quando permittente, quandoq; mandante, vt videre
82 est in inscriptione ad pœnam talionis, † vbi pœna delicti est certa, & in ijs, manibus cadit similitudo supplicij: siue simus in publicis iudicijs, siue priuatis. l. si cui. ff. de accusatio. l. vlt. C. eo. l. vlt. ff. de priua. deli. Alber. in l. priuatis. ff. ad Turpil. l. vlt. C. de iniur. c. super his, cũ gl. in ver. oportet. de accus. Et etiã videmus, ꝙ licet se in obsidem dare, vbi facile imminere posset vitæ discrimen qñ id ob publicã vtilitatem & ꝓ bono pacis fit, vt nunc contingit in bello ciuili inter Genuenses.

Ad secundum obiectum Ripæ facilis est responsio: dum enim ipse ad probandum, quòd in delictis correlatiuis non semper sit eadem causa defensionis, adducens c. in lectum. 34. q. vlt. aduertendum est, quòd non solum ille tex. nõ probat, quod Rip. intendit, imò est extra terminos. decernitur enim ibi, quòd dormiens cum sorore suę vxoris, putans cum sua vxore dormire, nec deliquerit, nec pœnam mereatur: & sic ex parte uiri nullum delictum: ergo non cadit ibi consi-
83 deratio delicti correlatiui † correlatiuorum enim natura est, vt dispositum in vno solo & in altera non expresso etiam dispositum esse censeatur. l. vlt. & ibi Bart. in vlt. not. ff. de acceptila. l. vlt. vbi idem Barto. C. de indic. vidu. tollen. l. 1. vbi Barto. ff. quod met. cau. l. 1. & ibi etiam Barto. C. de cupres. lib. 11. quem tex. dicit meliorem de iure Ias. in authen. sacramenta puberum. colum. 13. C. si aduer. vendi. Roma. consi. 167. Antonius. nu. 2. & consi. 179. Amplissime. nu. 3. Hyppo. de Marsi. in l. si quis viduam. ff. de quæstio. Et si vnum correlatiuorum prohibetur, & punitur: reliquum & prohibitum censebitur, & puniendum veniet. Bar. in l. nemo martires. ad fi. C. de sacrosan. eccle. Et correlatiua quando vniformiter se habent, quod est dispositum circa vnum, etiam respectu pœnæ extenditur ad reliquum, Abb. in procœ. Decre. quomodo igitur dicere possumus in illo c. in lectũ. considerari posse delictum correlatiuorum, cum mulier tantum delictum committat, ac mulier tantum puniatur? Præter id quòd alio modo respondere possem ad argumentum contrarium Ripæ videlicet. Ille casus c. in lectum, est de rarò accidentibus, quos iura regulariter non respiciunt. l. nam ad ea. ff. de legib. l. ea, quæ rarò. ff. de regu. iur. l. iusto. 1. respon. in fi. ff. de vsucap. cum vulga. Vos pro præmissa regula correlatiuorum, pro illiusque ampliationibus, & limitationibus videatis Fely. in procœ. Decret. in versi. Gregorius. a nu. 3. vsque ad nu. 12. & eũdem in c. vlt. de iudę. plenius aũt per Bap. de san. Blasio in tracta. Correlatiuo. vbi ponit centum & decer. ampliationes, ac totidem limitationes.

84 Quinta limitatio eiusdem D. mei est vt † consors pro consorte admittatur, si alias est habilis ad agendum: secus si non haberet legitimam personam vt posset in iudicio agere, put concludit hic Ant. de But. col. 9. versi. Quid etiam ꝓperetur litis consortiũ. Hãc limitationẽ firmat, in ea residens Rip. hic nu. 59. alios pro ea citans, ac argumenta adducens, & rñdens ad contraria, vt hic latè per ipsum. Ab eadem tñ limitatione recedunt Barba. hic col. 12. Fely. nu. 23. & seq. & idẽ Dec. nu. 41. vbi ẽt dicit hanc secundã opi. videri veriorẽ. & rñdent ad ꝗria a pluribus facta, & etiam per Rip. hic relata: ponderant item

item clem. religiosus, de procur. quæ in effectu vult monacũ pro alio agere non posse: nisi sit consors litis: si ergo monacus fit consors litis, etiam sine mandato agere poterit: prout concludit etiam Card. in 11. q. ad fi. Et si monacus factus sit consors litis, ex illo tex. poterit omnia, quæ litis consors per illum tex. in alleg. l. 2. C. de consor. eius. lit. Pro quo etiam ad duci potest illud simile glo. in l. tutores, qui post. ff. de admi. tut. vbi ꝙ coniunctus, etiam si sit minor, pro coniuncto agere potest, licet aliàs non admitteretur, nisi pro coniuncto. de quo per Bart. in l. exigendi, C. de procur.

Ex traditis, & põderatis hic per eosdẽ Barb. & Fel. & Dec. solutio colligitur (vt dixi) ad ea, quæ colligit hic Ripa. Distinctius autem respondendo dico, ꝙ non obstat primum, ꝙ dicta cle. religiosus. esset de casu indubitabili. Ex verbis enim Domini mei, vers. Nec obstat, ꝙ dicta clem. elicitur solutio, reducendo eius verba ad meliorem sensum, confusè enim, & subobscure ibi posita sunt. Sic igitur dicendum erit. Non obstat, ꝙ in dicta clem. religiosus. dicatur, Non potest procurationis officium suscipere, quia illud intelligitur pro eo, ac si diceretur simpliciter, pro alio agere non possit.

Ad primam rationem dubitandi, quod remedium ordinarium cessare faciat extraordinarium, negari potest, quod iuxta terminos communis intellectus huius text. adesset remedium aliquod ordinarium, & quod hoc sit extraordinarium. Rursus eo concesso, attento, quod hoc (& si extra ordinarium esset) magis expediret, ac propter honorem sedis Apostolicæ, eiusque delegati, vtrumque concurrere posset, vel extraordinarium si magis expediat præponderabit. l. 2. cum gloss. C. de dolo. l. in prouinciali. §. 1. & ibi Barto. numero 2. & sequen. ff. de nou. oper. nunc. Alcia. in tracta. præsumpt. in 3. regu. princ. præsumpt. 36. numero 3. versicu. sed etiam ista ratio.

Ad secundam rationem responderi potest, quòd hæc iurisdictio potius spectare debet ad delegatũ, quàm ad ipsum ordinarium, tum per considerationes, de quibus supra, dum ostendi text. nostrum cum alijs iuribus conformitatem ha-
6 bere, tum quia esset quasi diuidere † causarum continentias seu articulos. contra text. in l. prima. ff. qui reb. ad eum. iudi. ea. in l. cognitio. & in l. sequen. & ibi glo. in versiculo ad eundem iudicem. ff. de lib. cau. ad quod adduco text. ad hoc citari non solitum in l. prima. §. fina. C. de assertio. tollen. est etiam tex. in capitulo primo de sequest. possess. in capitulo secundo de rescript. libro sexto & voluit glo. fina. in l. antepenult. ff. de vi, & vi arma. Insuper esset quodammodo incitare homines, & dare viam alteri litigantium ad incitandum, & impellendum aliquos, vt impediant delegati iurisdictionem, si ipse delegatus per se punire non posset, & ad alium iudicem eundum sit. Nec verè inquam vlla iniuria per hoc fit iudici ordinario, tum ex quo iurisdictiones sunt diuisæ, tum quia hæc punitio potius delegato conuenire videtur, propter offensam in eum, eiusque iurisdictionem factam, vt supra ostendi.

Ad tertiam rationem respondeo, quod in delegato Papæ communis, & vera opinio est, quòd is mulctare possit. glossa antepenult. in capitulo pastoralis. de officio delegati. Abb. & alij communiter in capitulo de causis. eodem titulo vbi dominus meus numero 84. de communi attestatur. Idem etiam voluit Ias. in l. prima. post numerũ 20. ff. si quis iusdi. non obtemp.

Quę hactenus diximus concernunt intellectum communem, cui in quam non obstantibus ijs, quæ contra illum obijciuntur omnino acquiescendum est, & supponendum, quod text. huius capitulo primo loquatur de delegato principis, qui hoc modo acceptus ad titulum nostrum faciet, quod
7 maxime cauendum est, intellectus enim † is amplectendus est, qui rubricæ consonet. l. Imperator. ibi & credo Imperatorem sensisse. ff. de in di. adic. notant gloss. 3. & Ioan. Andr. ac alij in capitulo cum monasterium. de electio. glossa. fina. ac Barto. ad fin. in l. ius emphiteutici. C. de fund. patrimo. libro 11. ac Ias. super rub. Institu. de actio. columna sexta ante numerum 15.

8 Insuper si iura habeant plures intellectus, † ille præualebit, qui est magis dubitabilis. l. prima ad fin. ff. ad munici. l. quod Labeo. ff. de carbo. edi. Abb. in capitulo super quæstionum. §. si vero. nu. 7. hoc nostro titu. Grat. consi. 1. nu. 32. libro primo. Sed hic intellectus cadit super casu magis dubitabili, ergo eum sequi debemus. Et quod sit magis dubitabilis in delegato, quàm ordinario ostendo, quia in delegato huiusmodi decisionem de qua in text. hactenus non habebamus, sed bene quo ad ordinarium, vt toto titu. ff. ne quis eum, qui in ius voc. iu. exi. & ff. de eo, per quem fac. erit.

in l.1. C.ne lice. potentio.in c.decernimus. in fi. de iudi. vbi quòd iudices ecclesiastici exercere debent iurisdictionem suam contra prohibitiones quorumcunq; sęcularium, etiam iudicum.

Tertio nonnulla verba huius text.valde conueniunt præmisso intellectui, prout illa,Præcipimus alicui iustitiam mi-
9 nistrari, quod verbum præcipimus, † delegatum aliquem ostendit gloss.in cap.cum aliquibus.de rescript.lib.6.ac glos. in cle. pastoralis. de re iudi. & Boc. Dec.151.hanc communem affirmans. Delegatum etiam ostendunt illa verba, & sic mandatum nostrum eluditur ad text. in l.1. §. qui mandatum.ff.de offic.eius.l.solet.& l.sequi.ff.de iurisdi.om. iud.

10 Quarto, licet quando Papa aliquid mandat † ordinario, illum delegatum non faciat, sed tantum eius iurisdictionem excitare videatur.iuxta tex. in terminis in capitulo licet, & in capit.penul.de officio ordi.& præallega. cap. cum aliquibus.de rescrip.libro 6.Barto.in l.& quia.ff.de iuris. om.iudi. Roma. in l.cum mulier. numero 84. ff.soluto matrimo. dominus meus Phi.Dec.consilio 404.Viso eleganti.column.3. & consilio 483.pro resolutione. ante numerũ 3. Negare tamen possumus,quod hic episcopus Londonen. cui Papa rescribit,esset ordinarius huius causæ,de qua in nostro text.id enim hic non narratur,nec quod causa,& personæ litigantes essent de illius episcopi iurisdictione, quo casu effectus fuit omnino delegatus.l.3.& ita illam declarant gloss. & Docto. ff.de offi.eius.

Ex præmissis colligi potest,quod secundus intellectus videlicet hunc tex.loqui de ordinario,nõ de delegato, nõ subsistat:Tum quia non faceret ad titulum: Tum quia non constat illum episcopum fuisse ordinarium in illa causa: Tum si id constaret,ex verbis pręcipimus,& alis de quibus supra effectus fuisset delegatus: Tum etiam quia non valet consequentia, Papa rescribit alicui episcopo super aliqua causa, ergo sequitur,quod necessario supponendum sit illum esse ordinarium in illa causa,ad supra ponderata. Quod quidem clarius apparebit ex stilo Roma. curię seu cancellariæ, qui est,vt quotiescunque committitur aliqua causa, negotium, seu executio vni,vel pluribus,si ille vnus,vel ex pluribus aliquis sit episcopus,non habita ratione an causa illa,seu negocium illud sit sub iurisdictione illius episcopi an non, indistinctè dicit.Venerabili fratri nostro episcopo N.& capitulo & si committatur pluribus episcopis, dicitur Venerabilibus fratribus nostris Bononiensi, & Cesenatensi episcopis, nec non dilecto filio præposito Ariminensi, & eorum alteri &c. Et de commissione facta duobus episcopis loquitur text. in capitulo causam matrimonij, ibi Foroliuiensi, & Vapicensi episcopis nos meminimus commisisse, hoc titu.de offic. delegati. Vnde illud argumentum, quod efficacius videtur pro hoc secundo intellectu, omnino corruit ponderato
11 premisso rescribendi,& cancellariæ stilo, † qui pro lege seruari debet capitulo porrecta. ibi Cum igitur à Cancellaria nostra huiusmodi literas emanasse non credamus.de confir. vti.vel inuti.capitulo quam graui.de crimi.fal.Gemini.consilio 120.quia in facto numero 7.Roma.consilio 376. quæst. est numero 12. versiculo secunda ratio prouin. in 2. parte prin.versicu.Et nota in primis, quod stilus cancellarię. Abb. & Fely.in c.ex parte 1.de rescrip.Domi.de Vitali.in clem.ad compescendas.nu.48.de seq.pos.

Nec intellectus præmissus communiter reprobatus substinetur ex illis verbis in fin. nostri text. distinctione ecclesiastica poteris coercere, de quibus hic per Bero. ante nume. primum inferentem, quod designent iure proprio, & non alterius, hoc enim non sequitur, immo potius contrarium innuitur, præsertim supposito, quòd non constat (vt dixi) quòd episcopus esset ordinarius in illa causa: & si episcopus hanc facultatem à se ipso habuisset, puta quia ordinarius in illa causa esset, frustra Papa dixisset, Districtione ecclesiastica poteris coercere. argumen. text. in l.vni. & ibi Barto.in 3.not.C.de thesau.libro 10.l.1.in fin. ff.ad munici. capitulo quia in causis.§.licet de procur. Immo similis clausula huic in literis Apostolicis tam iustitiæ, quàm gratię in-
12 distincte apponi solet,videlicet † Contradictores, & impedientes quoscunque authoritate Apostolica compescendo. iuxta tex.in c.1.de maledi.ibi, ipsum à temeritate sua cõpescas de qua clausula loquuntur Rui.consi. 27. nu.10.volũ.5. & Cagno.in l.factum suum. §.non videtur. ff.de regu. iuris.
13 Et per hanc eandem clausulam, de qua hic † Contradictores districtione ecclesiastica compescens, de qua in capitulo pro illorum, & ibi gloss.in versiculo contradictores.de prębend.videmus,quòd datur iurisdictio,eam alias non habenti, vt in executiuis,& in is, quæ sunt nudi ministerij, vt supponit gl.ibi,& Abb.numero 9.vbi notat per hanc clausulam dari iurisdictionem inter partes, & contra extraneos. quem sequitur.Felyn.in capitulo super eo. columna secunda. hoc titu.de officio delegati. Et hæc est communis opin. vt affirmat Bero.de hac clausula tractans consilio secũdo. In causa. numero 6.& sequenti.libro 3. de qua etiam clausula loquitur Roma.consilio 482.Immo quod plus est ex illo text.colligitur,quòd cum Papa mandauerit Archiepiscopo Burdegalensi, quòd ecclesiastica districtione contradictores compesceret, sequitur in text.quòd ipse Archiepiscopus auctoritate Papę mandauit,& sic constat,quòd per clausulam nostri tex.delegatus effectus fuit: Quod etiam ostenditur ex sequentibus verbis, Archiepiscopus cognouit illos in elusionem mandati nostri & c. Rursus ex sequentibus verbis, Auctoritate nostra prouide factum est.De censura ecclesiastica,& seueritate ecclesiastica tractant Abb.& D.meus in c. præterea.infra eo. Districtio ecclesiastica secundum Abb.in c.nuncios.de decim. importat etiam mulctam. pro declaratione horum verborum, & clausularum videatur etiam D. meus infra num.91. & sequen.

Tertius intellectus, qui fuit Barba. quod text. noster loquatur de vtroque, videlicet de ordinario, ac delegato, ex quo verba proferuntur vtrumque respicientia, pariter reprobatur, vt per Bero. hic post nume. 1. versiculo. Quare dominus And.Barba. & quod hic text. non loquatur de ordinario, sed solum de delegato probatum fuit supra,& si rescriptum ordinario directum supponeremus,potius debuisset hoc cap.collocari sub titu.de offi. ordi.

Quartus intellectus datus hic per Bero. quod text. noster loquatur in ordinario tantum, eo modo, quo ipse deducit, subuertitur ex duobus motiuis, contra dictum intellectum per eundem factis, quibus postea non congruè responsum videtur. Et tollitur etiam ex ijs,quæ supra ponderauimus: Et iste tex.sic interpretatus minus faceret ad titulum,quàm ille primus communis. Tenendus igitur erit ille primus, qui etiam (vt præmisi) conformis est stilo rescribendi cum illa clausula contradictores, & inobediẽtes quoscunq; auctoritate nostra cõpescentes. Rursus ex eodem stilo videmus,q̃ delegatus Apostolicus omnibus infrascriptis mãdat, & pręcipit, quod citent partes ad comparendum coram ipso delegato,sub hac forma Vniuersis, & singulis Dominis Abbatibus,prioribus,præpositis,decanis,archidiaconis, scholasticis,cãtoribus, custodibus,thesaurarijs,succẽtoribus, sacristis tam cathedralium quàm collegiatarum canonicis, parochialium ecclesiarum rectoribus, seu locatenentibus eorundem &c. Cęterisque presbyteris,clericis, notarijs, & tabellionibus publicis quibuscunque &c.Salutem,& nostris, immo verius Apostolicis firmiter obedire mandatis.Noueritis quod nuper Sanctissimus Dominus Noster &c. quandam commissionem nobis præsentari fecit huiusmodi sub tenore &c. Auctoritate Apostolica nobis commissa &c. Vos omnes, & eorum quemlibet monemus &c. ac vobis committimus in virtute sanctæ obedientiæ sub excõmunicationis pœna &c. peremptorie citare curetis &c.Inhibeatis &c.

Ex primo notab.Abba. hic super illis verbis Præcipimus alicui iustitiam ministrari,duæ conclusiones eliciuntur, prima est,quod per ista verba fit conclusio in rescripto: Si interpretabimur, & accipiemus rescriptum, prout communiter illud accipere solent,pro supplici libello à parte porrecto à principe subsignato (quem vulgo ante,vel post subsignationem, commissionẽ vocant) prout de illo sensisse videtur
14 Abb.cũ † arguat de eo,ad libellũ,qui à parte,idest ab actore in iudicio producit,pro quo argumẽto adduco tex.in c.pręterea,& ibi Host.& Ab.añ n.3.de dilatio. Inn.ĩ c. sup literis. nu.3.de rescr.& in c.cũ olim Abbas,ibi iura de libello loquẽtia,ad rescriptũ extenduntur,vt per eosdem,& per Fely.ibidem ante n.7.hoc tit.nostro,Tũc not. hoc subsistere non videbitur,conclusio enim rescripti, seu cõmissionis hmõi est, quod Papa dignetur committere alicui Rotæ auditori, seu prælato in Roma.Curia (si causa deleganda,Romæ cognoscenda,vel decidenda erit, si vero extra Roma. Curia. alicui ordinario,vel in dignitate ecclesiastica constituto,seu canonico cathedralis ecclesiæ iuxta text.in capitulo statutum. de rescript.libro sexto) audiendam, cognoscendam, decidendam, fineque debito terminandam, summarie, &c. & aliàs prout

ptout in meis formulis commissionum. Si vero rescriptum
15 † accipimus pro eo genere epistolæ,quo summi Pontifices, aut Imperatores, vel alij principes sese consulentibus, vel supplicantibus respondent, cuiusmodi sunt hæc nostra, quam interpretamur, & plerique aliæ decretales, & rescriptum iuxta hos terminos describitur per Hostien.in summa sub titu.de rescript.& per Abb.super rub. eo. titu. qui dixerunt esse illud, quod ab Apostolico, idest Papa, seu à Principe ad alterius consultationem,seu relationem emanat. De hoc rescripto intelligit Vlpia. in l.1.ff.de appell. Quæsitum est an aduersus rescriptum Principis appellari possit.de quo etiam habemus titulum supra de rescript.& C. de diuer. rescrip.Sic etiam interpretamur verbum rescribo, grecè ἀντιγράφω. idest scripto respondeo. Et sic Abb.ad signaturam se retulisse videtur: Si inquam de illa Cardinalis ad signanda rescripta iustitiæ præfecti intellexit, pariter eius consideratio vera reddi non posse videtur: Signatura enim illius regulariter esse solet, placet D. N. PP. N. Cardinalis Sfortia, prout etiam annotauit Sarnen.super 16.quæst.Regu.de Non Iudi.iux.for.suppli.in Compen.vt.Signa. numero 22. Necesse est igitur si Abba.defendere volumus, vt dicamus, quod retulerit se ad signaturam Regentis Cancellariæ, quæ est de mandato D. N. Papæ Audiat magister N.citet, inhibeat vt petitur, & iustitiam faciat. Et hic modus signandi per viceregentem vltra quod sit secundum stilum Romanę curię.notissimum, non est à iure communi extraneus, sic enim rescriptum videmus per ipsum Papam in capitul. causam matrimonij in fin.infra hoc titu.nostro, sub ijs verbis, causam audiatis, & fine canonico terminetis. Vel ipsum Abb.intellexisse affirmemus de rescripto expedito per offi-
16 cium contradictarum, quæ quidem literæ † contradictarum literę Apostolicæ dicuntur,iuxta tex.in cle.1.ibi,literis nostris,& ibi Imo.Abb.anti.& Hostien.in versiculo nostras. & in versiculo.deputati.de crimi.fal. & ibi gloss.Docto. præsertim Boni.de Vitali.numero 3.de proba.capit.dura. & hæ literæ contradictarum, vt plurimum iustitiam concernunt, & dantur sub plumbo,& dicuntur literę bullatæ, seu bullæ: Dantur in forma significauit iuxta text. in capitulo significantem.& in c.significauit.de rescr.in c. significauit. de offic. ordi.in forma sua nobis iuxta tex.in c.sua nobis.de appell.c. sua nobis.de confir.vti.vel inu.in forma conquestus, c.conquestus.de ferijs.c.conquestus de fo.compe.c. conquerente de offi.ordi.& sub alijs modis. De Auditore contradictarum tractant glo.in c.auditor.de resc.Hostien.in sum.de offi. ordi.§.quis possit esse ordinarius.& Archid.in c.experientię post medium.11.q.1. Sic defendi potest illatio Abba.prima in dicto primo not.& non alias:mea quidem sententia.

Alia illatio ex eodem not. est, quod communiter in fine libelli apponitur,& apponi debet clausula, & circa prędicta
17 † peto mihi ius, & iustitiam exhiberi, quæ quidam hodiè salutaris appellatur: Addi consueuit, Non tantum eo modo,quo petit,sed omni alio meliori.de qua clausula, & illius notabilibus effectibus tractant Abb.in cap. 2. de ordi.cogni. Dec.Capit.Neapo.10.numero 22.& sequen.Corn.consilio 138.lib.1.Bolognet.in l.1.numero 20. in 2. fallen. & ibidem Iacob.de Nigr.colum.4.in 3.fallen.Guid.Papæ. consilio 24. Ias.Institutio.de actio.ad fi.prin.

In quantum Abb.in eodem not.1.vult.per illam clausulã
18 † petens sibi ius,& iustitiam ministrari,venire omnem actionem,vera videtur eius conclusio,limitãdo tamen eam,vt infra,omnis enim actio in libello deducta censetur,prout concludunt Maria.Soci.in cap.2.columna 48. versiculo primus effectus.de libel.obla.Alexan.consilio 117.colum. 1.versic. Actio benefacit.libro secundo.& consilio 6.colum. 3.versic. Hoc etiam comprobatur.lib.3.Calcan.consilio 36. numero 24.versicu.& in fine sit clausula.consilio 75.colum.3. versic. Item debet intelligi.ac consilio 76.numero 24.versicu.Item pro hoc facit Corn.consi.8.colum.fi.versic.Insuper dato.libro primo Soci.consilio.160.colum.penul.versi.Tertio hoc idem Ange. in §.omnium Institu.de actio.numero 45.versi. Et per supradicta.Idem Ias.in l.petens. post numero 6.versi. Tertio circa hanc clausulam.& ibidem dominus meus.col.j. versicu.Subijcit etiam.ac Cur.iun.etiam colum.1.versiculo postremo nota.C.de pact.Bertran.consilio 87.colum.primi ad fin.versic.Quoniam dico libro secundo. in secundis. Maria.Soci.iun.consilio 128.num.10.libro secundo.Ratio premissorum ea est, quia per hanc clausulam dicitur intẽtatum illud, quod fauorabilius est actori, vt dixit Alexan.consil.6. columna 3.lib.3.& consilio 209. columna antepenult. versi. Ex prædictis.libro secundo ac consilio 137. numero.3. volũ. 6.Brun.in tracta.de statuto femi.exclu.ver.fi.dominus meus consilio 187.column.prima.versiculo.Et intentio agentis.ac consilio 445.numero 22.Ias.in allega.§.omnium. num.147. Institu.de actio.

Limito primo præmissam conclusionem procedere tantùm quando actio,causa,seu remediũ,ex narratis colligi potest.alias secus dicendum sit,præsertim vbi alia actio specificè deducta fuit,vt voluerunt Alexan. consilio 121.col. pen. versicu.Præterea vt dicunt.libro primo.& consil.43. ac 117. lib.2.Aret.consilio 17.colum.3.in fin.versic. Vnde sicut illa clausula.Corn.præalle.consilio 8.colum.fi.versic.Et insuper dato.lib.1.& consilio 46.numero 4.versicu. Et cum ex narratis.lib.3.Soci.consilio 39.colum.penult.versiculo. Verum licet articulus.& consilio 95.colum.penul.versi.Pręterea dicta clausula.lib.3.Rui.consilio 19.colum.3.versic. Item eum vol.4.dominus meus in alle.l.petens.col.j.ad fi.ver. similiter talis clausula.vbi etiam Cur.iun.colum.2. versic. Limita tamen.C.de pact.Idem Dec.consi.62.colum. 2.Aimo. consil. 151.colum.1.in fin.versicu.Nec releuat.Boe.Dec.42. num. 17.ac Dec.74.Cappel.Tholo.Dec.232.Goza.consi.93.n.15. Natta.consi. 188.col.fi.

Secundo limito procedere tantum actore volente, aliàs secus,vt concludit Neuiza.consilio 79.numero 4.& sequen. Et ratio huius limitationis ea est, quia cum libellus propter dictam clausulam interpretandus veniat eo modo, quo fauorabilius inuari possit intentio actoris: Et omnis clausula omne decretum, omneque priuilegium interpretari debeat,si is in cuius fauorem emanauit eo vti voluerit ad text. in l.& eleganter.§.1.cum gloss.in ver. nullum. ff.de dolo.c.j. §.subiectum.cum glo.in ver.referri.de con. præb.lib. 6.

Tertio limito,nisi actor in prosecutione causæ,puta in exhibendo,& examinari faciendo testes,iura producendo, seu alios actus faciendo restrinxerit se ad vnum remedium tantum,quo casu dicta clausula in alia operari non poterit.Imo. in c.cum dilectus.col.1.versi.Quid dicemus.& Hostien. col. 1.ad fi.versic.Qualis erit finis. de ordi. cogni. Specu. titu. de libell.concep.§.Iam nunc videndum.versi. Item talis.Et generaliter dicimus,quòd vbi diuersa est petitio à probationinibus,vel à natura causæ,talis clausula non operatur, prout declarat Mar.Soci.in c.2.colum. 48. versiculo. Sed aduerte. de libel.obla.& alter Soci.consi.39.colum. penult. versiculo. Verum licet articulus.lib.1.

Quarto limitant, seu declarant nonnulli, quod si plures actiones ex narratis competere possint, illa duntaxat intentata censeatur,quæ minorem condemnationem contineret, videntur voluisse Inno.in alle.c.cum dilectus. col.1.versicu. Quomodo dicemus.& Hostien.ibidem.col.1.ac Ioan. And. etiam col.1.versi.Iustitia.& Specu. loco supra citato. Alex. pręalle.consi.117.col.1.ver. Ad hoc benefacit.lib.2.

Quinto limito, nisi agenti competerent plures actiones, seu remedia contrarię,vel cõtraria,tunc enim omnes actio-
19 nes non dicerentur intentatæ ne † agens contrarius diceretur,qui audiri non deberet. l.vbi repugnantia. ff. de regu. iuris l.prima. C.de furt.l.1.C.si ser.exte.l.scripturæ.C.de fi. instrumentorum.capitulo secundo.vt lit.non contest.Vnde non obstante illa clausula,solum intentata videtur illa actio, quæ aptior,pinguior,& vtilior esset agenti, vt per Bero. hic columna sexta.versiculo Hoc intelligas.vbi subdit, Vel illa, quæ ex processu colligeretur, argum. eorum, quæ tradit Barto.in l.si quis intentione ambigua. ff. de iudi. pro premissa limitatione adduci possunt Bald. in l.1.C. de proba. versicu.In inquisitione autem. Alexan. consilio 121. colum. penultima libro primo consilio 96.columna fina. versiculo Secundo respondeo.volum.5.& consilio 110. colum. prima versiculo.Nec releuari.eo volu.Soci.consilio 122.cir. princ. versiculo.Nec obstat clausula.volum.4.Rui. consilio 32. columna sexta. versicul.Nec obstat dicta clausula libro primo. Fely.in capitulo auditis.columna secunda. versiculo Vnde libellus.de præscript.Paris.consilio 7.numero 22. lib.1.Rip. in l.naturaliter.§.nihil commne.nu.178.ff.de acqui.pos.ver. Amplia etiam in libello.

Contrarium voluerunt Maria.Soci. in cap.2.colum. 49. versiculo.Notandum est,quòd quidam.de libel. obla. & Soci.consilio 128.columna prima versiculo. Prima conclusio. ac Grat. consilio 156.columna 4. versiculo. Præterea dico. libro secundo.

Prima opinio communiter tenetur, quæ tamen duobus modis limitanda venit, & sic opiniones concordari possunt, limito igitur primo illam primam procedere tantum, quando est perseueratum in contrarijs remedijs, secus si non sit perseueratum, licet fuissent contraria in eodem libello, vt per Grat. consilio 70. colum. penul. versicul. Vltimo dico. lib. 2.

Secundo limitat dictam primam opin. Grat. præallega. consilio 116. numero 24. libro secundo procedere tantum quando contrarietas resultaret ex verbis libelli dispositiuis, non autem narratiuis, licet enim in narratiuis esset contrarietas, non in dispositiuis, propter illam clausulam salutarem libellus, & iudicium subsisterent. Reliquos effectus dictæ clausulæ hic non prosequor, quippe qui extra materiam nostram sunt, de illis videre poteritis per Docto. quos supra citaui. nu. 17. & seq.

Notat secundo Abb. ex illis verbis minis, ac terroribus conquerentes silere compellunt, quòd minæ, & terror in-
20 ter se differunt, Minæ † enim verbis (suppleo signis, vel nutibus, seu literis missiuis) fiunt l. metum. iun. gloss. C. quod met. cau. & simi. gloss. in capitulo primo in versiculo aut reclamantem, supplet voce, vel signo. 74. distinct. & M. Tullius inquit, Cæsar minaces, & acerbas literas ad Senatum
21 misit. At terror † in atrocitate facti consistit, & dicitur timoris incussio. Cice. 3. Tuscida. Terrorem (inquit) metum concitantem. Ouidius. Metamorph. Tonitruque, & fulgure terruit orbem. Hinc dicimus Terrorem armorum, vt in l. 3. §. qui armati. ff. de vi, & vi arma. Verum vt subdit Abb. vnum pro altero sæpe ponitur, prout in l. 3. & in l. fi. ibi Terrore verborum, & sic minis per verba. ff. quod met. cau. Virgil. 8. Aeneid. Neu belli terrere minis. Aduertendum ante omnia est, quòd litera in diuersis libris diuersa est, prout etiam Docto. diuersimode legunt, legit ipse Abb. Minis, aut terroribus, & sic alternatiuè D. meus in secundo not. legit Minis, & terroribus, prout etiam Bero. hic, Aliqui legunt Minis ac terroribus, quod est ferè idem lectum D. mei. Melior lectura videtur Minis, aut terroribus, & sic ꝙ hoc vnum sufficiat, iuxta terminos nostri text. & sic sufficient, vel minæ, vel terrores. ad l. si quis ita. vbi Alexan. & alij. ff. de verborum obligationib. Bal. in l. ea lege. numero 19. versiculo. Vltimo quæritur circa alternatiuam C. de condi. ob. cau. c. cum plures. vbi plurium delegatorum in solidum quilibet cognoscit. & ibi glo. versiculo. Vnde non sunt istę alternatiuę ordinis. de offic. delega. libro 6. Si legeremus Minæ, & terrores. exponere possemus, Minæ terrentes, seu quæ terreant, & esset figura endiadis iuxta illud Virgilij. Pateris libabat, & auro. 1. pateris aureis. & sic vnum substantiuum pro adiectiuo. ad l. obseruare. iun. glo. in ver. ratio. ff. de offic. proconf. l. Deo nobis, ibi legitime, vel ex pacto legitimo. C. de epis. & cle.

Subdit Abb. notandum esse ex hoc text. minas, & terro-
22 res potentum inducere iustum metum † quod quidem optime probat Ancha. consilio 299. incipien. visa supradicta numero primo. vbi de iusto metu propter terrorem crudelis tiranni in Parma, & aliis ciuitatibus Lombardiæ, cuius voluntati non solum parendum erat, sed etiam ostendendum, quod sponte, & libero animo ei parebatur, ad illius sęuitiam effugiendam, & quia idem erat solitas minas executioni demandare, terroremque concutere, & sęuire, merito iustus metus colligebatur, attenta etiam qualitate, & conditione minantis & terrentis prout per Barto. in l. ad inuidiam, & per eundem, ac gloss. in l. metum. C. quod met. cau.

Quia per scribentes hic tractatur qualiter iustus metus
23 † probandus sit, & concludunt non sufficere solas minas, vt ex dictis iuribus colligitur, videlicet ex allega. l. ad inuidiam, ibi Vnde intelligis, quòd ad metum arguendum per quem dicis initum esse contractum Senatoris dignitas aduersarij tui sola non est idonea. & ex dicta l. metum, ibi Sed atrocitate facti probari conuenit. præallega. titu. C. quod met. cau. & l. metum non vani hominis. ff. eodem. l. metus autem. versiculo. Sed non sufficit quolibet terrore adductum timuisse. ff. qui. ex cau. maio. l. interpositas. & l. transactionem. C. de transactio. capitulo Abbas. & capitu. ad audientiam. de his, quæ vi, metusve cau. fi. Calder. consilio primo eod. titu. Vera conclusio est, quòd iudicis arbitrio committitur, an metus probatus sit, vel ne. est text. nota. in præallega. l. metus. in fi. ibi Sed huius rei disquisitio iudicis est. ff. exqui. cau. maio. & voluerunt Imol. Anto. de But. Abb. & alij in capitulo cum dilectus. quod met. cau. & Bal. in l. secunda C. de his, qui per met. non appella. Calder. prealle. consilio primo sub titu. quod met. cau. Bald. Alexan. & cęteri in dicta l. interpositas. dominus meus Philippus Decius plures ad id referens. consilio 219. Viso puncto numero 3. & hanc communem testatur. Paris. consilio 60. a gitur in presenti. nu. 25. ver. & ideo concluditur vol. 4.

Nunquid autem minę, vel terrores mariti, prælati, seu patris inducant iustum, metum in vxore, subdito, vel filio, ve-
24 rior videtur opinio pro affirmatiua, & sic, quod metui † reuerentiali locus sit, si concurrant minæ, vel verbera, seu (vt nonnulli voluerunt) austerus vultus illius, qui minas executioni demandare solitus est, vt per Bart. in l. 1. §. quę onerandæ. ff. qua. rer. actio non dat. iun. ijs, quæ ponit Imo. in c. sicut. de simo. & in cap. causam. de offi. dele. Bar. & Cur. iun. nu. 15. in l. interpositas. C. de transactio. Abb. in cap. cum virum. post nu. 8. versi. Nisi præcesserint minæ, vel verbera. de regula. At Bero. hic ponit quatuor casus, & nonnullas considerationes, & declarationes num. 18. cum alijs duobus seq. quas videre poteritis, sunt enim in praxi vtiles.

Non solum autem consideranda est qualitas metum inferentis, sed etiam eius, cui metus infertur, & circa hunc metum communis regula datur, quod metus debeat esse talis, qui cadat in constantem virum, vt habetur in l. 3. §. metum. ff. quod met. cau. & cum allega. l. interpositas. C. de transactio. Et si tractenus de metu mulieris, quod sit talis, qui cadat in constantem mulierem iuxta gloss. in capitulo quod locum. de sponsalibus. quam citat Anto. de Butr. in capitulo consultationi. quod met. cau. Idem voluit Ioan. de Ana. in capitulo tertio columna sexta. de homicid. Iuxta terminos nostri text. non putarem requiri metum, qui cadat in constantem virum, & sic nec minas, quæ terreant, sed quales quales, prout in simi. ponderat Hyppo. de Marsi. in repet. rub. C. de proba. numero 190. versiculo. Tamen in casu isto vbi quod in minis illatis testibus, ad hoc, vt quis perdat causam non requirantur minæ, quæ cadant in constantem virum, sed quales quales sufficiant, vt etiam voluit Barthol. Belenci. olim Rotæ Roma. Auditor præclarus in capitulo. super eo. de testi. cogen. In termini nostri text. concurrunt audacia illius, qui vult impedire iudicem ecclesiasticum, & mandatum Apostolicum eludere: Odium requirentis hoc auxilium minarum, seu terroris: Item effectus si actor desistat, & fileat.

Notabili tertio Abb. de consentientibus delicto, infra (vt ipse dicit) cum glo. tractando pro nunc omisso, ad quartum deuenio, super illis verbis scripturæ testimonio, quòd vide-
25 licet scriptura † sacra allegari possit in decisionibus causarũ, & in modo puniendi, vt habemus in cap. certificari. de sepul. vbi ex sententia diui Hieronymi dicitur, ꝙ vnaquæque prouincia abundat in sensu suo. Sic citatur scriptura sacra in c. cum Apostolica, & ibi notat Abb. de his, quæ fiunt a præla. si. con. capi. Super hoc videri poterunt ea, quæ scripsi in c. 1. num. 42. & ante. de constitu. De ijs etiam tractant omnes in l. 1. ff. si certum peta. Sed videtur, ꝙ hoc notabile non possit elici ex tex. nostro, ibi, scripturæ testimonio, ꝙ videlicet necessario intelligendus sit iste tex. de scriptura sacra, ex quo Paulus cap. 1. ad Roma. dicat: Digni sunt morte non solum,
26 qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus † hæc regula probatur etiam in iure ciuili, in l. qui vas. §. qui furem. ff. de furt. in l. 2. §. lenocinij. & in l. mariti lenocinium. §. plectitur. & §. sequen. ff. de adulte. cum alijs. Vnde non incongruè dicendo scriptura, interpretatio fieri posset de scriptura in iure ciuili, quo summi Pontifices, & Canones iuuantur iuxta tex. in cap. 1. de nou. ope. nun. Rursus possumus intelligere de scriptura iuris canonici. iux. tex. in cap. quemadmodum. versicu. cum scriptura testetur. de iureiuran. & in cap. si vir sciens. de adult. in cap. facientis. versi. scriptura quippe est non solum qui faciunt. 86. distin. ac iuxta tex. in cap. notum. 2. quæst. 1. & nonnulla ex iuribus præmissis glo. hic citat, fortè sentiens, ꝙ Papa de illis iuribus hic sentiret. Verum non inconuenit interpretari scripturæ. i. sacræ per antonomasiam. i. vice nominis, positionem. ad tex. in §. sed ius quidem. Institu. de iure natu. gen. l. 1. iuncta glo. in ver. in vrbe. ff. de colle. illici. l. 2. ff. de verbo. signifi. Et cum hoc verbum scriptura prolatam sit a Vicario Christi, facilè putandum est eum sensisse de scriptura sacra, prout etiam sensit ipse Christus (cuius hic vices gerit in terris) dum dixit Perscrutamini scri-

ni scripturas: Rursus, scriptum est enim: Non tentabis dominum Deum tuũ, & alijs in locis infinitis, sensit enim semper de scripturis diuinis.

Dum Abb. hic subdit, ꝙ potius standum sit canonibus, quam dictis sanctorum in decisionibus causarum, quando
27 scriptura contradicit canonibus, Doct. hic quærunt an † dicta, seu auctoritates sanctorum pro decisionibus causarum adduci possint? Pro affirmatiua videtur tex. per Abb. hic adductus. 20. distin. in princip. ibi, in causis verò diffiniendis secundum post eos locum merentur, & sic sancti post summos Pontifices ibi, constituuntur: in cap. vero. de libellis, quod ibi sequitur, dicitur retinenda, & proponenda esse scripta Hieronymi, Augustini, vel cæterorum similiter sanctorum. Super hac quæstione plura scribunt Docto. in l. 1. ff. si cer. peta. & Decius in cap. ne innitaris. in 2. lectura. nu. 8. affirmat communem esse opin. ꝙ in dictis sanctorum generaliter expressum reperitur, ꝙ habeant auctoritatem iuris.

Contra hanc opin. communem arguo sic: In quocunque actu humano requiruntur scientia, potestas, & volũtas. Philoso. 6. Ethicor. & l. cum testamentum. iuncta glo. & ibi Bal. qui Aristotelis sententiam comprobat. C. de iu. & fac. igno. demen. 2. §. vt autem. ibi, Qui sciant, velint, & valeant. de relig. domi. regulariter sancti non sunt doctores, & periti circa iura, immo scriptum est in sacra pagina indocti rapiunt cœlum. Rursus alibi, sapientia huius mundi stultitia est. Iterum Et vitam eorum reputabant insaniã: & sic in sanctis loquendo a communiter accidẽtibus deficit scientia circa iudicia-
28 ria. Et scientia alicuius professionis non præsumitur, cum sit † qualitas accidentalis, quę cum persona non nascitur. Inno. in cap. super his. ante num. 11. de accusa. Alexan. post Angel. in l. si prius. nume. 38. ff. de no. ope. nunci. Abb. in cap. bonæ. 1. colum. penult. de electio. Rip. in cap. decernimus. nume. 4. de iudi. inferens ad clericatum, ꝙ non præsumatur, sed probandus sit. Ergo cum verisimiliter deficiat scientia legalis, & canonica, & quæuis alia, quæ ad decisionem causarum faciat non possunt sanctorum dicta pro legibus, vel canonibus ad decisionem causarum adduci.

Rursus deficit potestas, seu auctoritas decidendi causas, iudicandi, vel de iure respondendi, & leges, vel canones cõdendi, quippe quę sanctis concessa non reperitur, etiam existentibus doctoribus, sed bene Imperatori, & Regibus, & præcipue Petro, & eius successoribus. capit. in nouo. 22. distinct. capit. translato. vbi omnes. de constitu. capit. solitæ. de maio. & obedien.

Ad contraria respondeo, & primo ad summam distin. 20. ibi, In causis vero diffiniendis secũdum post eos locum merentur, quòd ille sit tex. Gratiani, ergo pro lege, seu canone non habendus.

Secundo respondeo, ꝙ interpretatio facienda sit de illis duobus sanctis, de quibus sermo habitus fuerat, vt declaratio sequentium capiatur à præcedentibus. iuxta theo. Bar. in l. quisquis. nume. 1. ff. de lega. 3. communiter approbatam. vt per Fulgo. Pau. Castren. & Ias. in l. 1. C. de libe. præter. & per Curt. iun. consi. 14. num. 1.

Tertio quatenus illi sancti, vel similes allegari possent ad decisionem causarum id esset, quia eorum opiniones sunt citatæ a canone, & valet consequentia talis liber per legem, vel canonem citatur, ergo comprobatus est. Hostiẽ. & Ioan. And. in c. consuluit. de seru. non ordi.

Ad c. de libellis, præalle. 20. distin. ꝙ retinẽda sint, ac proponenda scripta Hieronymi, Augustini, vel cæterorum similiter sanctorum respondetur, quòd non simpliciter dicitur sanctorum, sed additur doctorum, & sic fit restrictio ratione adiuncti. ad l. fin. §. cui dulcia. ff. de vin. & oleo lega. l. pediculis. & ibi glo. in ver. non videri. ff. de aur. & argen. lega. Insuper dictio, cęterorum infert similitudinem cum expressis, ad l. cætera quoque, quæ est 44. & l. cæterorum, quæ est 160. cũ ibi not. ff. de verb. signifi.

Nec obstare videtur, si dicatur, stare debemus auctoritati Pauli in omnibus, etiam quo ad iudicialia, quia hoc suppositum ita generaliter forte negari posset.

Secundo quatenus ei in omnibus standum esset, id eueniret, quia eius opiniones comprobatæ sunt a canonibus, seu concilijs.

Tertio si statur ei, hoc est etiam quia adiunctus fuit Petro, & est doctor gentium, ergo non cęteris sanctis doctorib. multo minus sanctis non doctoribus.

Notat hic Abb. quinto, & vltimo, quod iudex delegatus suam iurisdictionem exercere potest non solum contra partes, sed etiam contra quoscunque suam iurisdictionem turbantes, de hoc dicit infra se plenius tractaturum, quod quidem facit colum. fi. num. 6. vbi plures quæstiones suscitat, ibi videnda, ac reassumenda erunt, quæ Abb. tractat, & D. meus hic. Glo. in ver. compellunt, in duas partes diuidi potest, in prima iuxta vnum intellectum explicat, qua pœna puniendus veniat reus, qui inducit, seu aduocat potestates turbantes, & silere facientes actores. Altero modo iuxta alterum intellectum allegat simile concordans cum hoc text. In 2. quæ est ibi & iudex, monet iudicem delegatum quid facere debeat.

Iuxta primam partem glo. quæritur an rei potentes auxilium a potentioribus, ac inducentes turbantes huiusmodi affici, ac puniri debeant iactura, seu amissione causæ? gloss. pro affirmatiua concludit, ex quo aduocauit auxilium potentiorum. iuxta tex. in l. 1. C. ne lice. potentio. & c. 2. de alie. iudi. mutan. cau. fac. vbi quòd iactura causæ afficiuntur illi, qui sibi aduocant patrocinium potentiorum, & propterea prohibetur clericus cessionem a laico recipere causa iudicium mutandi.

Contra glos. concludunt Anton. de Butr. Abb. & Barba. hic, ex quo pœna dictæ l. 1. C. ne lice. potentio. non procedit hoc casu, cũ loquatur tantum in alienatione, extra quam nos sumus.

Secundo pro Abb. contra glo. pondero, quia hic tex. nostęr contentus est pœna coertionis, ergo non debet alia pę-
29 na addi, videlicet amissio causæ, pœna enim duplici † ex eodem delicto quis puniri non debet. l. sanctio legum. ad fi. ff. de pœn. l. diuus. ff. de offic. præsi. c. cum percussio. 7. quæst. 1. c. at si clerici. §. 1. de iudi.

Tertio quia iura per glo. citata loquuntur in actore, qui transtulit rem, aut iura sua in potentiorem, vt apparet ex d. l. 1. ac 2. C. ne lice. potentio. & ita intelligit illam l. 1. glo. in ver. tenebitur. in l. 1. ff. de alien. iud. mutan. cau. fac. Nos autem sumus in reo conuento.

30 Quarto priuatio rei sue, vel dominij sui † grauis pęna est. l. testamento centurio. ff. de manu. test. l. moris. & l. aut damnum. ff. de pœn. c. 2. de biga. Priuationis autem † pœna nun-
31 quam iniuncta censeri debet, nisi in casibus a iure expressis. l. & si quis. §. idem Labeo. in fin. ibi, Pœna tamen in eum statuta non est. ff. de reli. & sump. fune. & est melior tex. in iure. in §. cum igitur. versi. finautem. ibi, Nec quælibet est lex aliquid tale dicens. in Authen. de non eli. secun. nuben. c. is qui respon. 1. in fi. de senten. excom. lib. 6. & ibi Prob. nu. 8. glos. in c. cum vos. de offi. ord. Bal. in authen. ex testamento. col. fi. ver. Ista allegatio fundatur in materia priuatiua. C. de secun. nup. glo. in c. fi. de iur. patro.

Quinto pęnę essent contrariæ, illa enim, ꝙ quis causam perdat finem iudicio imponit, hæc nostri tex. supponit iudicij prosecutionem, & ad hunc effectum ecclesiasticus censuris ecclesiasticis vti debet: Contrarietates autem iura abhorrent. l. vbi repugnantia. ff. de reg. iur. l. 1. C. de furt. l. scripturas. C. de fi. instru. c. 2. vt li. non contest.

Sexto iura in contrarium adducta loquuntur quãdo agitur coram ordinario, at tex. nostęr quando coram delegato: ordinaria autem iurisdictio potentior est, ac fauorabilior delegata, quę est extraordinaria, odiosa ac coarctanda. c. de cętero. iun. glo. in ver. extraordinariam. de transactio. c. inducię. ver. Ei autem. 3. q. 4. & ad alia, quę adduximus super rub. nu. 7. cum alijs seq.

Dominus meus Phi. Dec. hic num. 25. & seq. ac Bero. post nu. 44. defendunt gl. concludentes contra Abba. ponderant præallega. tex. l. j. ac 2. & rubrum ipsum. C. ne lice. potentioribus patrocinium litigantibus præstare, vel actiones in se transferre, vbi non solum comprehendunt ur illi, qui quęrũt per viam alienationis, aut cessionis aduersario, potentiores constituere, sed & quicunque quomodocũque dolosè querentes impedire iudicia & iurisdictionem iudicum, & sic in terminis nostri tex. vt etiam per Bar. in dicta l. 1. Ad illud ꝙ l. 1. prealle. loquatur de actore respondent, ꝙ tam verba illius rubricæ, quàm illa l. 1. videlicet iactura causę afficerẽtur, hi, qui sibi patrocinium potentum aduocassent, quæ quidẽ cum sint generalia non minus reis, quàm actionibus conueniunt. prout per Bart. in dicta l. 1. Et illam l. 1. de vtrisque loqui communem affirmant. Nec ratio differentię adduci, potest quare magis dispositio illius. l. j. conueniat reo, quã actori: Immo secũdum iuris regulas actoris, & rei eadem est cõditio.

ditio.l.non debet actor l.ff.de reg.iur.cap.nouit ille,ibi,Quicunque videlicet litem habens siue petitor fuerit, siue reus. de iudi.cap.prudentiam.ver. Nos vero.de mut.petitio.Nec obstare dicunt,ꝙ quis non debeat duplici pœna affici,respõdent enim diuersis respectibus a iuribus reperiri duplicem
32 † pœnam impositam, prout in terminis nostris. & ad tex.in l.si quis maior. C.de transactio.capit.in archiepiscopatu. de rapto.cap.quicquid inuisibilis,vbi clericus deponitur,& excommunicatur.1.quæst.1. cap.fœlicis. de pœn. libro sexto. Rursus in diuersis foris imponi quandoque consueuit diuersas pœnas,& vna non tollit alteram, vt per Abb.in cap.tuæ de procura.& in cap.cum sit generale.de foro competen.Et sic tollitur illud obiectum contrarietatis iudiciorum, & pœnarum.Vel etiam responderi posset,ꝙ iudex altera pęna cõtentus erit, quam arbitrio suo iniunget. iuxta tex. in c.quoniam.in fin.vt lit.non contest.& ad tex. in cap.in causis.hoc tit.Ad illud,quod tex.noster loquatur de delegato, iura vero adducta in ordinario respondetur, quod sic dicere esset potius ponere diuersitatem facti,quàm rationis,cum eadem ratio militet in vtroque. Et cum ratio præalleg.l.1.sit fauor publicus,& quidem iure diuino conformis,non est dubium quinetiam ad delegatum Papæ extendatur. arg.tex. in l.hoc modo.in fi.ff.de condi.& demonst.

Verum quia negari non potest quin diuersi sint termini dictæ l.1.a terminis nostri tex.& casus diuersi, diuersosq; fines habeant: & ius ciuile vnam pœnam imponat principali, alteram,& quidem diuersam auxilium præstanti: hic autem pari pœna, & diuersa ab illa iuris ciuilis omnes puniantur: & hic præcipuè consideretur delusio mandati apostolici nõ esset difficile defendere opi. Abb. communem & veriorem.

Et si consideremus,ꝙ idem casus esset huius tex.nostri cũ
33 præfata l.1.adhuc sustineri posset,ꝙ hæc pœna noua † tolleret illam antiquam,prout voluit Bald.in l.2.in fin.C.de reb. cred.& in l.data opera,colum.6.versi. Item nota. C.qui accusa.& idem in l.qui sepulchra.in fi.ac Salyc. colum.5.versi. Quæro tunc.C.de sepul.vio.Ange.in §.quadrupli.colum.6. versic.Tene contrarium Institu.de actio. ac D. meus Philip. Decius in cap.de causis.post num.86.versi. sed breuiter hoc titu.de offi.deleg.

Posset etiam considerari, ꝙ hæc de qua in tex.nostro non sit propriè pœna per tex.in cap.cum medicinalis sit excommunicatio,non mortalis,disciplinans, non eradicans. & est cap.1.de senten.excom.lib.6.

Glos.2.in 3. par. diuidi potest: In prima allegat duo iura concordantia: In secunda quæ est ibi,argumentum contra, adducit duo contraria: In tertia ibi, ad hoc nota, soluit distinguendo,ponens quadruplicem consensum, videlicet negligentiæ,consilij,cooperationis,aũctoritatis.

Primum membrum,seu dubium Abb.est, an quis ex consensu negligentiæ teneatur, ex cuius verbis elicitur prima
34 conclusio,quæ est, quòd de iure ciuili regulariter quis † obuiare delicto non tenetur,etiam si id absque suo periculo facere possit. adducunt text. in l. metum autem præsentem.§. sed licet.ff.quod met.cau.vbi pecunia recepta quis defendere tenetur,ergo nõ aliàs. Et si aliàs teneretur,pecuniam pro defensione turpiter acciperet,ac stante turpitudine ex parte solius accipientis datur repetitio.l.penul.ff.de condi.ob tur. cau. at in dicto §. sed licet. deciditur repetitionem non dari ad hoc est etiam glo.in cap.non inferenda.23.quæst.3.& voluerunt Barto.in l.1.§.sed in eo.ff.ad Sillania.glo.& Felyn.& Dec.in l.vt vim.& ibidem Ias.num.31.ac Claud.Seisel.colũ. penul.ff.de iusti.& iur.glo. & idem Dec.ac Cagno.num.10. in l.culpa caret.ff.de regu.iur.hanc communem affirmantes.

Pro hac communi opin,ita etiam arguitur. Magis permis-
35 sa censeri debet † defensio proprij corporis, quàm alieni, & rerum suarum,quàm alienarum. præalleg.l.vt vim. argumẽ. cap.si non licet.33.quæst.5.cap.dilecto.& ibi nota.de senten.
36 excommun.lib.6.Et ordinata charitas † incipit a seipso.Philoso.Ethic.lib.9.cap.8.Seipsos omnes natura diligunt. & M. Tullius 4.de Finib. inquit, omnis natura est cõseruatrix sui. & 5.de finib. omne animal simul atque est ortum applicatur ad se diligendum,estque in se cõseruando occupatum. & est tex.in l.præses.& ibi glo.fin.C.de serui.& aqua.& in cap.qui vult ordinatè dare eleemosynam,a seipso debet incipere. de pen.dist.3. & quisque regulam diligendi proximum a seipso accipit.cap.si non licet.33.quæst.5.capit.sanè cauendum. de pœniten.distin.3. l.si quis a fumo. ff. ad legem Aquil. diuus Bernar.scribens ad Eugen.Papam in lib.de consid.inquit, in acquisitione salutis tuæ, nemo tibi carior: & Socrates dicebat, Ita prosis amico,ne tibi noceas.Hinc regulam illam publicam vtilitatem præferri priuatæ limitant procedere,in legislatore, ac iudice,non in priuato. glo.in c.bonæ.1. de postu.præla. & in cap. licet. de regula. sequitur dominus meus in cap.3.in 2.not.de præben. Hinc etiam dicimus,ꝙ licet bona ecclesiastica sint omnibus communicanda.dicto cap.3.de præbend.tamen primò debet beneficiatus sibi subuenire,& sibi ipsi consulere, etiam si ipsa ecclesia reparatione indigeret.est tex.singu.in cap.de his.vt ibi dicit Abb.de eccle.ædific.Et fuit dictum vrbanum Bald. consil.312.visis. volum.4. Quòd charitas ordinata plus amat se in vngue pedis, quam alium in tota persona,At quis non cogitur se, & suas res defendere,quamuis possit si vult,alium etiam offendẽdo.præalleg.l.vt vim.& l.1.C.vnde vi.in c.2.& sequen.de homicid. Nec iure aliquo cauetur, ꝙ quis seipsum defendat, immo ꝙ propriam defensionem dimittere possit habemus text. in l. non tantum.ff.de appella. Et in euangelio dicitur si quis petat a te pallium,da & tunicam.Rursus si quis percusserit te in maxilla,præbe ei alteram.Igitur minus quis extraneum, aut extranei res ab offensione alicuius defendere cogetur. Hinc dixit Sapiens Ecclesiasti.cap.14. Qui sibi nequam est,cui alij bonus erit? & iurecon.in l.fin.ff.de bon.eo.qui ante senten. mor. sibi consci. inquit, Qui enim sibi non pepercit, multo minus alijs parcet.

Contra præmissam communẽ opin. in circulis sic arguebam.primo ratione qua homo omnibus prodesse debemus. Philosop.8.Ethico. & l.seruus.versi. cum beneficio affici interfit hominis.ff.de seru.exportan.gl.in l.culpa est vbi quòd officium homo homini debet.ff.de reg.iur.& habemus adagium homo homini Deus.

Secundo arguebam per text. in l. culpa caret qui scit, sed prohibere non potest: ergo qui scit, & prohibere potest in culpa est, & malè facit arguendo a contrario sensu. ad l.1.§. huius rei.ff.de offic.eius.

Fallit primo conclusio præmissa, quòd quis non teneatur alium defendere ex Felyn.hic, nisi agatur de damno subditi, dominus enim eum iuuare tenetur. glos. in dicta l. culpa caret.ff.de regu.iur.& Cagno.ibi num.10.sequitur hanc Felyn. fallen.Et scribitur.1.ad Timot.cap.5. Si quis autem suorum, & maximè domesticorum curam non habet,fidem negauit, & est infideli deterior.

Fallit secundo secundum eundem Felyn. in subdito offendendi, subditus enim superiori, seu ei cuius est subditus auxiliari debet.est tex.in l.fin. C.de his, qui.indi.in l.1.§.si seruus.& tota illa l.ff.ad Sillania.in l. lege Cornelia. in fin.prin. ff.de fal.vin.l.fin.C.de fal.mone. voluit Barto.in l.vtrum.ff. ad leg.Pompe.de parrici. Hoc sensit hic Abb. dum dixit vel nisi delictum sit committendum in personam illius, cui ego sum subiectus. Sic limitare videtur etiam glo. in alleg. l.culpa caret.Dyn.in cap.non est sine culpa. de regu.iur.lib.6.Intelligo autem subditum, siue subiectio proueniat ratione patriæ potestatis,vel dominicæ, seu ratione iurisdictionis, seu feudi,vel vt dicunt vasallagij.

Fallit tertio in superiore non prohibente suum subditum
37 delinquere † volentem,quo casu eadẽ pœna tenebitur. Hoc voluit Abb. hic dum dixit, nisi delinquens sit sibi subiectus vt seruus.& c.ad hoc adducitur tex.iun.ibi nota.per Abb.in cap.1.de restit.spol.vbi dominus,& superior, tenetur de delicto subditi,quando sciuit,& prohibere potuit.est tex.in l.1. §.familiæ. ff.de publica. & ibi Barto. & præsumitur subditus committere delictum sciente, & volente domino,quãdo ex tali delicto aliquid sibi,vel lucri,vel commodi accedit,argu. tex.in cap.constitutis.i.ibi, Quia verisimilè non videtur, vt eo inuito talia fierent,& ob hoc non caret scrupulo societatis occultæ,eo quod si voluerit,potuerit prohibere.de testi. Superior subditos suos corrigere,emendare,ad bonum monere,ac incitare debet,ac a vitijs,& insolentijs retrahere:curabitq; ne subditos indisciplinatos habeat iuxta illud ad Timoth.1.cap.3.ac §.necesse.47.distin. & per Luc. de Pen.in l. quicunque.colum.1.C.de re milita.lib.12.

Quarto fallit in criminibus atrocioribus, in quibus non obuians,qui potest punitur,prout per Bal.hic.& per Felyn.in 3.fallen.& alios per tex.in alleg.l.vtrum.ff.ad leg.Pompe.de parri.& in §.alia deinde.Institu.de publi.iudi.

Hinc sumpta occasione Abb.hic,& alij quærunt, an con-
38 scius delicti grauioris † committẽdi subditus, vel extraneus non reuelans eadem pœna,qua delinquẽs teneatur,vel alia, & qua.

& qua.Felyn.hic. & in cap.quantæ. de senten.excommuni.& Cagno.in alleg.l.culpa caret.post num.10.versic. si quis autem obuiare quæsierit cum posset,dicunt non obuiantem in atrocioribus non puniri pœna,qua punitur delinquens, sed minori,& extraordinaria.

Pro opin.ꝙ conscius parricidij committẽdi, etiam extraneus non obuians, vel non reuelans teneatur eadem pœna adducuntur a Doct.dicti tex.in l.vtrum. & in §. alia deinde. Instit.de publi.iudi.quibus tamen respondet dominus meus hic post nu.33.& conscios non simpliciter accipit pro scientibus, sed & pro participibus, seu coniuratis, iuxta glos. in dicta l. vtrum.

Et quòd conscius accipi debeat pro participe,non autem pro simplici sciente,probat etiam Bernardi.& Zandri.in addi.ad Ang.de malefi.in ver. (che hai tradito,)quæ incipit,Si talis scientia.colum.6.Postea ipse Dec. quærit defendere, & concordare glo.& Barto.in alleg.l.vtrum.Nonnulli verbum de extraneo interpretantur de filio non existẽte in potestate.argumen.tex.in §.1.& in §.extranei. Instit.de hære.quali. & diffe.& in l.fin.C.de patri.pote.

Quæstio alta,difficilis, ac magni momenti per Docto.hic
39 tractatur,videlicet an non reuelans tractatum † contra principem capite plectendus veniat? Pro opin. affirmatiua habemus tex.in l.quisquis.§.id quod. & ibi Bald. Saly. & communiter alij.C.ad leg.Iul.maie.voluit Bart.in alleg.l.vtrum. ff.ad leg.Pompe.de parri.Barto. Ange. & Roma.in l.1. §.occisorum.ff.ad Senatuscon.Sillania.Saly.in l.1.colum.1.vers. ad contrarium restat. C.de rapto.virg.Abb.in cap.1.colum. fin.de resti.spol.Hyppo.de Marsil.singu.164.incipiẽ. Nemo debet se summittere.in princi.Catellin.Cotta alios referens in suis memorial.in ver.scientia sola punitur.

Limitant id esse verum quando scientia est probabilis, secus verò si sciens cõspirationem in principem secretè sciret, adeo vt illam probare non posset, tunc enim non tene-
40 retur † reuelare,& tormentis, seu quæstionibus se submittere,vel etiam carceribus,prout referunt voluisse Bal.in quodam suo cons.incipien.Quamquam allegata sint multa,illud referentes vltra alios sunt Ang.Aret.in tracta.malefi.in ver. (che hai tradito.) colum.4.versi.quod crimen.ac Hyppo.de Marsil.præalleg.singu.164.post princ. Idem voluerunt Angel.in l.2.& idem Hyppo.ff.ad legem Pompe.de parric.Roma.in alle.l.1.§.occisorum.ff.ad Sillania.Ioan.de Ana.in rub. de his,qui fil.occi.colum.fin.versic.ad prædicta. Alexand.in apostilla ad Barto.in alleg.l.vtrum. Socin.consi.275.Felyn.in cap.de cætero.colum.fin. de re iudi. & in alleg. cap.quanto. de senten.excommun.ac in cap.2.de hæret.dom.meus Phil. Dec.in alleg.l.culpa caret.colum.2.versic.Similiter in crimine.Alcia.in l.4.§.Cato.in 1.nota. ff.de verbo. obliga. & in l. bona fides.nume.20. ff.deposi. hanc communem affirmans. Idem contra Barto.tenentes voluerunt Felyn.& Dec.hic.& Claud.Seisel.in repet.l.vt vim.ff.de iusti. & iur.colum.antepenult.versi. sed succedit. & in l.qui accusare.in princ.C.de eden.& ibi pro hac opin.adducit tex. in clemen. 2.cum glo. in ver.valeat.de hæreti.Catelli.Cotta in dicto versi.scientia sola.versi.Sed tenendo opin.Bart. in quam iudices criminalium solent inclinare,vt morem gerant principibus.

Contrarium,ꝙ immo indistinctè puniatur sciens tractatũ contra principem,& non reuelans illum post habita dicta distin.an probare id possit,an ne tenuerunt ipse Bart.in præalleg.l.vtrum.ff.ad leg.Pompe.de parri.Angel. in §.publica.ad fin.vers.& singulariter tene menti.vbi dicit istam opin.communiter seruari in practica.Instit.de pub.iudi.Idem Ang.in tracta.malefi.in ver.(che hai tradito la tua patria.) vbi pariter dicit hanc opin.seruari in practica, licet ipse contrariam opin.teneat.& Augu.Ariminen.ibi in addi. expressè conclu dit contra præmissam limitationem, dicens,ꝙ opin.Bar.seruatur in practica,& fuit seruatum Senis contra quendã Donatum,qui fuit decapitatus, quia non reuelauit coniurationem factam contra rempub.etiam ꝙ non haberet testes. Idẽ voluit Saly.in alleg.l.qui squis.C.ad leg.Iul.maie.& in l.propter insidias.num.3.C.qui accusa.non poss.Calcan.consi.2. colum.2.Marti.Lauden.in tracta.de crimi.læsæ maiest.q.13. Felyn.& dominus meus hic,dicentes seruari in praxi.Barth. Cassen.in consue.Burgun. versic.Item tenetur. vbi ꝙ hodie passim seruatur opin.Barto. Idem vult Afflict.in cap. 1.§. & bona committentium.nume.103.titu.quæ sint rega.Ias.in l. vt vim.num.32.& ibidem Curt.iun.num.60. ff.de iust.& iu. Carrer. in praxi crimi. §. circa quartum. nume.63. Cotta in memoria.in ver.scientia sola. Et sic videtur ꝙ hodie opinio Bart. contra præmissam limitationem sit magis communis, & in praxi recepta.Videatis etiam Afflic. tit.quę sit pri.cau. bene.amit.in §.prẽterea si vasallus.colum.1. & seq.& Aegid. Boss.titu.de crimi.læsæ maiest.num.46.& seq.

Concordant fœdere distinctionis opiniones præmissas contrarias Alcia.in alleg.l.4.§. Cato.num.25. ff.de verb.obliga.& Cagno.in alleg.l.culpa caret.post num.12. versi. Ego autem fœdere distinctionis.ff.de regu.iur. vt prima opin. & sic dicta limit.procedat in accusatione, quam instituere non teneatur, etiam in crimine læsæ maiestatis, ille qui postmodum probare non posset. Secunda vero opin. Barto. in simplici denunciatione, seu admonitione facienda, ad hoc vt princeps sibi præcauere possit.

Hæc concordia, seu cautela hodie non releuat princeps enim ipse,contra quem tractatus molitur, de causa criminis læsæ maiestatis cognoscit, ille, qui reuelat delinquentibus negantibus (qui quidem semper negabunt) & carceribus, & quæstionibus se subiturum existimet.

De iure verò canonico communem affirmant Abb.hic.&
41 Felyn.nume.5.& alij † ꝙ delicto quis obuiare teneatur, & si non obuiet puniendus veniat. Dyn.in cap. non est sine culpa. nume.4. de iure canonico dicit esse planum, ꝙ teneatur de reg.iur.lib.6.Abb.ad hoc adducit text.in c.sicut dignum. §.illi etiam. de homicid. vbi ꝙ non caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare: & qui hominem a morte liberare potuit, & non liberauit, eum occidisse dicitur. Adduxit etiam 23.quæstio.3.quasi per totam. Dicitur ibi in cap. inferenda, ꝙ lex virtutis est depellere iniuriam a socio, & qui secus facit quando potest, tam est in vitio,quàm ille,qui facit.Et ibidem in cap.qui potest.& cap. fin.dicitur,ꝙ mali sunt a malo prohibendi, & ad bonum cogendi.Ad hoc etiam adducitur tex.in cap. quantæ temeritatis.de senten.excommu.vbi inter alia dicitur, eos delinquentibus fauere interpretamur,qui cum possint,manifesto facinori desinunt obuiare. De hoc etiam habemus text.in c.dilecto.de senten.excom.lib.6.ibi, immo si potest, & negligit, videatur iniuriam fouere,ac esse particeps eius culpæ. Idem etiam voluit glo.in alleg. l.culpa caret. & ibidem do. meus. num.20.versi.Venio ad secundum.& Cagno.num.11.versi. de iure verò canonico.ff.de reg.iur.

Contrarium tenuerunt Anto.de Butr.in cap.quantæ. de senten.excommu.Abb.in cap.1.de resti.spolia.& Barba.hic, dicentes hanc glo. & iura supra adducta in contrarium procedere tantum in foro poli,seu conscientiæ:quod etiam voluit Grat.consi.50.num.40.lib.1.Et hanc opin.communem modernorum affirmat Dec.hic.post num.38.versic. Et licet ista videatur communis opin.modernorum.

Ipse Dec. tandem impugnat hanc considerationem, seu responsionem Barba.& aliorum, ponderans, ꝙ in contrariũ adducta loquantur in foro fori, cum enim illa iura simpliciter loquantur, debent (vt idem dicit) in foro contentioso, prout communiter iura canonica disponere solent, quando enim iura canonica aliter statuere volunt in foro conscientiæ, quàm contentioso hoc exprimere solent, prout videmus in cap. quicunque 2. ibi, in potestate habebat episcopus non reddere,sed iure fori,non iure poli.17.quæst.4. tex. etiam optimum,ad offendendum,ꝙ quando ius canonicum vult aliquid procedere iuxta forum conscietiæ, id exprimat habemus in cap.fin.ad fi.de simo. Hanc domini mei responsionem Bero.hic non admittit,ea ratione motus, quòd adsint plura iura canonica,in foro poli.seu conscientiæ procedentia,quæ tamen id non exprimant, vt Dec.exprimẽdum esse supponit: habemus enim tex. in c. iuramenti. 22. quæstio. 5.qui procedit in foro poli, & tamen id ibi apertis verbis non exprimitur.prout etiam nec in cap. apud misericordem.32.quæst.1.vbi quòd non habetur fallax apud Deum, qui ad veritatem pœnitendo reuertitur.Ad idem ostendendum Bero.adducit cap.tua nobis.de sponsa.Verum defendi potest Dec. quòd loquatur a communiter accidentibus. argumen.tex.in l.ideo.cum glo.in princi.ff.de legib. in l.quod si nolit.§.qui assidua.ff.de ædil.edic.capit.1.& ibi Imo.Abb. & alij.de cleric.non residen. Communiter enim id exprimi solet, licet nonnunquam talis expressio omittatur. Item responderi potest,quòd etsi non ita apertè in iuribus proximè citatis id exprimatur: tamen ex specie facti narrati,& decisionis subsecutæ idem facilè colligi poterit: vnde cum effe-
42 ctus idem sit,non est iurandum de modo. † l. si mulier. ff.de condi.

condi.cau.da.l.Iulianus ait,iun.glo.ff.de condi.& demonst. l.si mater.cum glo.fi. C.de insti.& substit.

Quod autem iura prius adducta ad probandum, ꝙ de iure canonico quis delicto obuiare teneatur, loquatur in foro fori probat Bero.quia dispositiones dictorum canonum.videlicet c.quantæ.de senten.excom.& aliorum,de quibus supra fundatæ sunt in præsumptione,iuris interpretatione, ac fictione,ergo non loquuntur in foro cōscientiæ,in quo presumptio,aut iurisdictio non attenditur, † sed sola veritas,ad quæ Bero. citat tex. in cap. tua nos. de sponsa. & ibi Abb. & eundem Abb.in cap.1.de constit. ac Inno. in c.quia plerisq; de immunita.eccle.

Insuper iura pro prima opin.adducta.videlicet.c.quantę. c.negligere.2.q.7.& c.qui potest,loquuntur, vt idem dicit ēt do.meus hic de his, qui manifesto facinori obuiare possunt, differentia autem hęc manifesti,& nō manifesti in foro conscientiæ non fit,neque procedit, quo ad forum animæ, sed tantum quo ad forum iudicialem, Deo enim animarum iudici omnia sunt aperta.c.nouit.de iudi.

Verum si quis tenere voluerit, ꝙ tam in foro fori de iure canonico,quàm in foro poli quis delicto obuiare non teneat̄ arguere sic poterit,qñ de iure canonico aliquid cautum non est,vel de iure canonico dubium est, tunc ius ciuile ēt in foro canonico seruandum est.c.j.de no.ope.nun. & ibi omnes c.1. vbi etiam omnes. de constitu. de iure canonico non est cautum,vel non clarè cautum, vt quis delicto perpetrando obuiare teneatur,ergo ius ciuile vbiq; seruandum erit.

Rursus sic argui pōt non minus quo ad forum fori,quàm quo ad forum poli omnis Christi actio, nostra est instructio cap.in nouo.21.distin.1.Deus omnipotens.versi. Deus.ibi, cuius exemplo monemur.2.quæst.1. Christus, qui poterat seruata hominis libertate non obuiauit enormissimo delicto Iudę,de quo scriptum est,Melius esset si natus nō fuisset homo ille,immo ꝙ plus est cidem Scarioti dixit dominus no ster,quod facturus es,fac cito: ergo necnos delicto committendo obuiare teneamur.

In summa verior opin. videtur, ꝙ de iure canonico & in foro poli,& in foro fori,quis delicto obuiare teneatur, quoties absq; suo periculo id facere possit,& in iure canonico ex iuribus supra adductis sat probata videtur hæc conclusio. Nec illud, quod Christus delicto perpetrando obuiare noluerit obstat, quia eius iudicia nobis occulta sunt, & ex illo facto salus mundi sequi debebat, & subsecuta est Actuum c.13.vt etiam ex meliori sensu verborum Caiphæ eliciebat̄, dum prophetauit dicens,Melius est enim,vt vnus homo moriatur pro populo,ne tota gens pereat.

Quinetiam dici potest,ꝙ idē obuiauerit, toties eum ante scelus cōmissum monens,dū dixit, Vnus vestrum me proditurus est. Item qui intingit manum &c. Rursus & vos mūdi estis,sed non omnes. Insuper sed veh homini illi,per quem scandala veniunt. Iterū, Amice ad quid venisti? prout Mathę.cap.26. & aliàs alijs modis: verum ille nunquam resipiscens in sua obstinatione permansit.

Iuxta secundum membrum glos. quando quis consentit dando consilium,Abb.& alij hic insistunt, plura adducētes, perstringendo hanc materiam sic distinguendū erit,aut quis
44 consulit delictum aliàs omnino facturo, † aut alius nō facturo,in primo casu,iuxta opin.aliquorum nullo modo teneat̄, vel iuxta aliam opinionem, de qua infra, mitius puniendus veniat. In secūdo pari pęna,qua delinquens,sed ꝙ in vtroq; casu,seu indistinctè non teneatur adduco tex.Instit.de obli. quæ ex deli.nascun. §.pater dum quoq; versi. certè qui nullam opem ad furtum faciendum adhibuit,sed tantum consilium dedit,atq; hortatus est ad furtum faciendum, nō tenetur furti.Nec obstare videtur tex.in l.1.§.si quis.ff.de ser.corrup.cum sim.quia ibi est casus specialis, ergo in contrariū est ius commune arguendo a speciali. ad l.ius singulare.cū vulga. ff.de legib. Insuper ibi vltra consilium concurrebat solicitatio, & incitatio ad text.in l.2.ibi, quia nemo ex consilio obligatur etiam si non expediat ei cui datur.ff.manda.& Instit.eo.ibi,& ob id non est obligatorium, & ad tex.in l.sæpe. iun.glo.in ver.condici.ff.de verbo.sign.

Ad illum tex.in versi.certè. Institu. de oblig. quæ ex deli. responderi potest,vt per glos.ibi, quòd loquatur in consilio præstito aliàs facturo,& sic etiam ad alia iura similia. Insuper responderi potest, quòd non tenetur furti, seu ad eandem pœnam delicti prout ipse delinquens,sed mitius puniri debeat,vt modo dicam.

Altera fuit opin.retenta eadem distin. ꝙ in delictis consilium præstans aliàs facturo puniatur, sed mitius, quàm ipse delictum committens,si verò non aliàs facturo, ꝙ pari pęna puniatur.iuxta tex. in l.non solum. §.si mandato.ibi, si persuaserim alicui aliàs nolenti,ff.de iniur. c. sicut dignum. ibi, sed non ita seuerè.de homici. & hæc est communis opin. legistarum,& canonistarum. Videantur etiam pro hac distinc. Phil.Franc.in c.nullus ex consilio.de reg.iur.lib.6.do.meus; ac Cagno.in l.consilij non fraudulenti.ff.eod. Felyn.Dec.& alij hic pro eadem communi concludentes.Hyppo.de Marsil.singu.665.incipien.nisi me.num.5.ac Pau.Ghirlan.in tracta.de pœn.omnifa.coit.quæst.10. nu.12. vbi postea nu.14. quærit,quid si consilium sit reuocatum. Ampliationes,& limitationes pro huiusmodi conclusione videre poteritis per Fely.hic,& in allega.c.sicut dignum.de homici.

Addo circa illud,quòd tangunt hic Felyn.ac dom.meus. num.10.de eo, qui re integra reuocauit consilium,vt puniri non debet,pro quo etiam Bossius in tracta. crimi.tit.de mānda.ad homic.nu.59.aduertendum esse,ꝙ non sufficeret simplex reuocatio,quemadmodum in mandato, sed requiritur vehemens, & efficax suasio contraria priori consilio.iuxta tradi.per Ange.Areti.in tracta,malefic.in ver.mandatorem. ad fi.& per Saly.in l.1.in 4.q.C.de rapt.virgi.qui adducit rationem differentię reuocationis mandati,a terminis nostris. Immo voluit Fely.in c.sicut dignum.nu.14.de homici.hunc qui consilium reuocat,seu contrarium nunc suadet, debere notum facere illi,qui erat offendendus.

Tertium membrum glo.& Abb.est super cōsensu cooperationis,vnde inferunt eius,qui consentit cooperādo, & delinquentis,par esse delictū,ergo & par debet esse pęna.Abb. autem hic sic distinguit,aut quis cooperatur principaliter,& tunc non sit dubium,quia is principalis sit in delicto: aut co-
45 operatur præstando opem † delinquenti,veluti si ensem cōmodauit,vt certum delictum ꝛmitteret,vel eum associauit, ne ab aliquo impediretur exercere, seu executioni demandare delictum,vel quid simile fecit,non apponendo manum in delicto,sed opē delinquenti præstando,& hunc casum dicit valde dubitabilem,& a Canonistis non tractatum, sed a legistis ponentibus varias opin.de quibus per Bar.in l.is qui opem. nu.2. & seq.& in l.in furti.§.ope.ff.de furt.& in l. non solū §.si mandato.ff.de iniur. Concludit Abb.ꝙ Bar.in locis allegatis exquisitè pertractat, & non soluit materiam tam in auxiliante,quàm opem ferente,& mandante, & regulam po nere videtur ipse Barto. ꝙ opem præstans debet regulariter puniri,vt faciens per prædicta iura.

46 Videndum ante omnia est quot modis quis † auxiliū, seu opem delinquenti præstare dicatur? Respondeo, ꝙ tribus modis,primo ad ipsum crimen ordinandum,vt si quis domū commodet,vbi tractetur qñ,& qualiter homicidium, & per quos committendum sit,& ibi permaneant aliquem interficere volentes,donec illac pertranseat, qui interficiēdus erit, vel ex illa domo in vicinam cant,qui furtum committāt,vel ferramenta pro hostio frangendo,ac furto faciendo quis cō modet ipsi furi furtum committendum sciens, vt per Ange. de malefi.in ver.Andream auxiliatorem versic.quod quæro quot modis dicatur quis præstare opem. pro quibus est tex. in l.si pignore.§.qui ferramenta.ff.de fur. in l.qui domum.ff. de adulte.Isti opem seu auxilium dantes tenentur,vt principales delinquentes per supra adducta, & est tex.in l.vtrum. ff.de parrici.in l.nihil interest vtrum occidat quis,an causam mortis præbeat, & ibi glo. & communiter Docto. ff.ad leg. Corn.est tex.in l.prætor ait. 2.§.si cum seruum. ff.vi bon.rapto.in l.is,cuius ope.ff.de adulte.in l.1.§.incidit.ff.ad Turpi. in l.si sciēte.ff.ad leg.Pompe.de parrici. & in §.interdum Instit.de oblig.quæ ex deli.nascun.& voluit Sal. in l.vni.col.6. C.de rapto.virgi.& in iure canonico est tex.in c.notū.2.q.1. in c.sicut dignum.§.illi autem.& §.seq.de homici. & vbique communiter Docto.& est pulchra glo. in c.qui aliorum. 34. q.3.vbi contra commodantē ferramenta, vel scalas pro furto faciendo. Idem etiam voluerunt Marsil. in l.si in rixa.nu. 29.ff.de sicar.Boe.Dec.167.Boss.in tractatu crimi.tit.de homici.nu.33.Limitantur pulchrè præmissa procedere tantum qñ scienter auxilium huiusmodi præstitum fuit, non autem si ignoranter, & hoc omnes fateri puto,vt per Bald.in l.quicunq;.nu.12.C.de ser.fugi.per Ancha.consi.226. ad fin.per Barba.consi.51.col.3.lib.3.& Hyppo.de Marsi. in praxi crimi.§.constante.num.55.Quid autem si simus in dubio,puta quis cōmodauit arma alicui, qui deinde aliquem interfecit, respon-

respondit Bal.in alleg.l.quicunq;.col.penul.C.de ser. fugi.& M.Mant.hic nu.38.in dubio non præsumi arma commodata pro delicto perpetrando,prout nec præsumi, quem scienter associasse aliquem ad delinquendum, sed præsumi casu, & fortuito illum affuisse,quod etiam voluit Ange.de malefic.in ver.astitit.col.fi.Fel.in alleg. c.sicut dignum,de homic. Bossi.eo.tit.in tracta.crimi.nu.21. & 25. ponunt exemplum in commodante equos, & arma alicui asserenti velle iter facere,qui accessit deinde ad delictum perpetrandum, verum considerandas esse putarem qualitates, & circūstantias personarum,tam commodatarij,puta si sit rixosus, & in illo instanti verba altercatoria cum aliquo habuerit, vel sit inimicus alicuius,& id genus.Contra verò si commodās equum, & arma sit persona,quæ iurgia,rixas, & discordias suscitare, & fouere soleat,vel partialis,bonorum virorum,& pacis infectator,ac malæ opinionis,vel famæ.

Sciatis itē, ꝙ in inquisitione formanda in parte respiciente auxiliatorem, docent pragmatici criminales apponi expedire,quòd auxilium fuit præstitum,vt facilius delictum cōmittatur,& hanc praxim docuit Bar.in l.qui seruo.ff.de furt. quem sequuti sunt Felyn.in alleg.c.sicut dignum.post nu.2. de homici.ac Hyppo.de Marsil.in alleg.§.constante. nu.57. in sua praxi crimi.

Secundo modo quis opem, seu auxilium præstare dicitur in ipso actu criminis,puta siquis associauerit aliquem,& assistat maleficio armatus,qui pariter, vt principalis punitur,vt voluerunt Bal.& Saly.in præalle.l.vni.C.de rapt.virgi. & in l.si quis non dicam rapere.C.de episc.& cler. & probatur ex tex.in l.vtrum, & l.seq.ff.ad leg.Pompe. de parrici.in l.1.C. de crimi.pecula.in l.1.versi.sin verò, ibi, qui ad hoc ministerium præbuerunt cum eo, qui fecit supplicio capitali plectēdus.in c.sicut dignum.§.illi.de homici.& in §.opem.Insti.de oblig.quæ ex deli.nascun.in clemen.1. de pœn. & ibi cōmuniter glo.& Docto.in c.fœlicis, vbi etiam communiter Docto.eo.titu.lib.6.per Ange. in l.1. C. de nili agge. non rumpen.per Marsil.in praxi crimi.§.constante.nume.56.& consil.24.nume.13.Boe.dec.167.nume.3. Blanc. in praxi crimi. in ver.postquam vidimus.num.4.& ille dicitur auxiliari,per quem insultatus redditur timidior, & insultās audacior.Bal. in l.non ideo minus. colum.vlti.vers. item quæro. C. de accusa.Barto.in l.2.§.1.ff.de vi,& vi arma. Angel.de malefi. in ver.Dictus Andreas armatus.& in ver. Dicto maleficio sem per astitit.

Addo vtiliter ad hoc, vt auxiliator puniri possit necesse est,quod probatio talis precedat,vt constet plenè,& verè de delicto principalis,nec enim sufficeret principalem per contumaciam condemnatum esse, vt per Bart. in l.is qui rem.§. tu Titium.ad fi.ff.de furt.Fely.in alleg.c.sicut. num.3.Marsi. in alleg.§.constante.num.53.Iul.Clar.lib.5.senten.iuris.§.fi. quæst.90.subdunt Felyn.& Marsil.vbi supra,ꝙ nec confessio delinquentis,nec sententia cōtra eum lata nocet illi, qui auxilium præstitisse dicitur,& sic processus fabricandus venit, tam contra principalem, quàm contra auxiliatorem. vt per Bar.in alleg.§.tu Titium.in l.is qui rem.ff.de furt.Hinc Boss. in tracta.cau.crimi.tit.de delic.nume.36. & 38.post Bald. & Alexan.inquit,testimonium nihil nocere mandanti, nisi de eo expresè deponat.

Quid autem si principalis immunis sit à pœna, an etiam auxiliator immunis erit? Puta impunè adulterum filius interficit,vel maritus vxorem, saltem statuto id permittente, auxiliator pariter immunis erit, vt post Ancha. consil.217. Responderunt Hyppol.de Marsi.consi.24.num.23. Neuiza. in Syl.nuptia.lib.1.num.10. Paris.cons.154.nume.21. de eo tractans,qui auxilium præstitit maritò occidenti vxorem.

Tertio modo nōnulli dicunt aliquem præstare opem, seu auxilium, quando curat, seu operatur post ipsum delictum commissum, vt delinquens euadat, vel fuit illius receptator in domo,prędio,vel alio loco,vel refugium dedit pro defensione personæ,ne caperetur, hic tamen vltimo membro contentus non punietur de auxilio, sed pœna.l.1.& fi.C.de his, qui latro.vt per Bart.in l.3.§.si quisquam.ff.ad Sena.consult. Syllania.& per eundem in l.in furti.§.ope.ff.de fur. Ang.vbi supra. ver.post verò maleficium.&c.vel dici potest,ꝙ teneat̄ pœna extraordinaria iudicis arbitrio.iuxta tex.in l.cōgruit. ff.de offi.præsi.vbi ꝙ punitur, sed cum non sit declarata pena,arbitrio iudicis relicta censeri debet.argu.tex.in l.1.vers. idcirco.ff.de effracto.in l.hodie.ff.de pœn.ad tex.in l.sanctio legum.eo.titu.in l.2.C.de crim.stellio.in l.lex Iulia.§.hodie. ff.ad leg. Iul. repetun. Et quòd hic opem ferens post delictū commissum extraordinariè puniatur arbitrio iudicis, non autem pœna,qua principalis voluerunt in specie.Curt.Sen. consilio 41.super processu in fin.Boe.decis.numero 4.Placa. lib.1.Epito.delicto.cap.16.numero 5.ex tex.l.congruit.ff.de offi.præsid.& in l.1.& 2.ff.de receptato.pro quibus videatur Aegid.Boss.vbi supra tit.de homici.nume.34.vbi ita seruari affirmat in Senatu Mediolanen.indicente pœnam exilij,vel pecuniariam. Dum autem præfati Doct. discutiunt qua pęna plectendus veniat opem, vel auxilium præstans, de quo etiam Barto.& alios in l.is qui opem.ff.de furtis. per Cępol. consi.27.requisitis.colum.vlti.& Angel.de malefi.in ver.dicto maleficio semper astitit, intelligi debere de præstante opem ad id delictum patrandū:quia quęlibet assistentia non comprahenderetur,vt declarat Bald.l.1.ff.de ser.corrupt.& addi.ad Ange.de malefi. in ver.dictus Andreas armatus circa princ. citat Bald.dicentem, ꝙ assistentia non præsumatur ad id,nisi aliter de voluntate assistentis appareat,quòd iudicis arbitrio relinquitur.Idem Bald.in l.ob hæc verba, ad fin. ff.de his,qui notan. infa.dicebat, quòd non dicitur præstare auxilium ille,qui superuenit, vel stetit a remotis, licet esset armatus,secus si fuit propinquus,tunc enim videtur stare ad id, vt talis delinquens securius peragat intentum suum: & statutum,constitutio,vel bannum contra præstantes opem, auxilium vel fauorem,intelligi debeat quando ad id præstatur,consuluerunt Bartho.de Saly. Gaspar Calde. & Ancha. prout videre est in cons.ipsius Ancha.216.Nos Bartho.versus fin.quòd etiam necesse sit adhoc,vt dicantur socij, & auxiliatores, quòd sint ad id delictum committendum principaliter coadunati, aliàs habeantur pro principalibus, & sic prout deliquerunt veniant puniendi iuxta nota. in l. si in rixa.ff. de sica. per Alex.consi.2.viso processu.colum.2.versi. Et subdit.lib.7.& Hyppo.de Marsi.in l.nihil interest.colum. penulti.ff. de sica. & consilio 66.columna prima.ac consilio 67.columna 5.

Proximè dicta limita, nisi assistens haberet ratum homicidium patratum,vt voluerunt Bald.in allega. l. data opera. columna penult.C.qui accusa.& Hyppol.de Marsil.cons.34. columna prima.

Limito, & declaro proximè dicta nō procedere cum iam præcessisset tractatus de auxilio post delictum perpetrandū præstando,puta inter hos actum erat, vt delictum committeretur,quia eo perpetrato eidem auxilium pręstaretur,hoc enim casu opem postea ferens eadem pœna,qua principalis puniri debet, ita respondi dum essem destinatus commissarius illustrissimorum Dominorum Conseruatorum vrbis cū omnimoda auctoritate,ac potestate ad oppidū Coræ, quod est sub ditione populi Romani, pro quo citabam Bart.in l. in furti.§.ope.num.6.ff.de fur. Ange.in tracta.malefi.in ver. Andream.nume.8.Paris.consi.164. nume.13.volum.4. Iul. Clar.senten.iuris.lib.5.§.fi.post num.5. licet ipse exemplum ponat in eo,qui associauit post delictum commissum, super quo aliter,& melius sentiunt Barto. in alleg. §.ope. nume.3. & 4.& in l.si quis in graui.§.si quisquam. ff. ad Senatusconf. Sylla.Bal.in l.non ideo minus.num.27. C.de accusa.qui vult eum teneri,vt receptatorem Bartho.Cassen.consi.58.nu.21. Boe.alleg.decis.167.num.4.Aduertatis, quòd ea,quæ super præmissis scribit hic do.meus Phil.Dec. sumpsisse videtur a Fely.in alleg.c.sicut dignum. de homici.

Quantum ad illud,quod subdit Abb. quòd qualitas principalis delinquentis inspici debeat, non autem opem ferentis,hoc regulariter procedere asserimus, vnde si delinquens sit filius in patrem,opem verò ferēs sit extraneus,extraneus inquam vt parricida punietur ad tex.cum ibi not.per Barto. in l.vtrum.& ad tex.in l.si sciēte.ff.de parrici.ad tex.in l.alia. ff.de publi.iudi.& per Barto.in l.is qui opem. ff.de furt.& sic magis,seu grauius punietur ille extraneus opem ferens, quā si ipse interfuisset,quo casu teneretur homicidij, at quia opē tulit incidit in parricidium propter qualitatē filiationis ipsius principalis delinquentis.

Limito, & declaro,nisi talis præstans opem ignoret illam qualitatem aggrauantem.ita Ange.in alleg.l.1.C.de nili agge.non rumpen.quem sequuntur Anan.in alleg.cap.sicut.de homici.licet Felyn.ibi columna 1.& hic.colum.7.dicat modernos tenere contrarium,pro qua contraria opin. potest ēt adduci illa ratio, quòd sicut tenetur se informare de qualitate eius,cum quo contrahit,fortius de qualitate eius in quē delinquens intendit, quod si non facit sibi imputet.argumē.

tex.

tex.in l.quod te.ff.si cer.peta.Infert Abb.ad statutum magis puniens nobiles,quàm populares,q̃ si popularis præstet opẽ nobili,puniri debeat pœna,qua punitur nobilis, non autem pœna,qua punitur popularis, vt dicit notatum esse iuribus supra adductis.

Quartum membrum principale glo. & Abb.eo tendit,vt
47 ostendant in consensu † auctoritatis, & defensionis pœnam maiorem imponi ipsi auctoritatẽ præstanti, ac defendenti, quam ipsi principali delinquenti. Ratio est secundum Abb. quia is,qui prestat auctoritatẽ,seu defendit errorem alterius non solum ipse peccat,ac errat, sed & confirmat alterius errorem,alijsq; materiam delinquẽdi præstat. Hæc sunt verba tex. in c.qui aliorum defendit errorem,multo amplius damnabilior est illis,qui errant, sed ẽt alijs offendicula erroris p̃parat,& confirmat,vnde qui magister erroris est, non tantũ hæreticus,sed etiam hæresiarcha dicendus est.24.q.3.glo.ẽt nostra ad idem adducit tex.11.q.3. qui consentit peccatoribus, & defendit alium delinquentem maledictus erit apud Deum,& homines &c.est etiam tex.in clemen.1.ad fi. C.de nili agge.non rumpen.

Abb.ex sentẽtia Host. quam communiter teneri affirmat restringit dictum gl.tenentis in consensu auctoritatis, & defensionis pœnam maiorem imponi, quàm principali delinquenti ad crimen hæresis,& in maioribus criminibus, nõ intelligatis vos maioribus hæresi,hæresi enim nullum est delictum maius, nec etiam crimen læsæ maiestatis, q̃ de iure ciuili, & omni alio maximum est, hæresim verò semper excipimus,quippe quæ crimẽ est læsæ maiestatis diuinæ, quæ in modum lepre nedum suam posteritatem,immo circũstantes inficit.argu.text.in c.vergens.in c.excommunicamus.§.credentes.de hæreti.& in c.resecandæ.24.q.3. & hæreticus sermo sicut cancer serpit. 1.ad Timot.2. Hinc est, q̃ sciens aliquem hæreticum esse,debet reuelare.Diuus Tho.2.2.q.70. art.1. Ad secundum. Dicite igitur in maioribus criminibus, respectu aliorum criminum,non autẽ hæresis.Vel afferamus illud verbum absolutè positum. Vel affirmemus cõparatiuũ positum pro positiuo.iuxta text.in l.vni.iun. glo.in ver.pleniore.ff.de offic.præfec.præto.in l.benignius.ff.de legib.in l. Gallus.§.q̃ si is.cum glo.in ver.melius.ff.de libe.& posthu.& sic exponamus maioribus criminibus, idest magnis, seu maximis,quorum omnium pessimum est hæresis.

Subdit Abb.aliàs in ciuilibus, vel minoribus criminibus est par pœna vt in tex.hic vbi,q̃ isti fautores principales pari pœna cum agentibus puniendi sunt.Contra hanc conclusionem,seu declarationem Abb. subtiliter sic argui posset,si dicimus veram eius opin.q̃ in delictis minoribus iuxta terminos nostros imponatur par pœna, ergo delicta de quibus in tex.nostro non erunt de maioribus, sed de minoribus: si dicamus hæc delicta de quibus hic esse de maioribus,ergo stãte vera cõclusione Abb.malè diceret Papa, q̃ isti, de quibus in eo tex.pari pœna puniri debeant, cum simus in consensu auctoritatis,& defensionis,vt supponit idem tex. noster iuxta eundem Abb.hanc cõem opi.affirmantem. Quod autem malè,vel impertinẽter loquutus fuerit Papa,qui omnia iura in scrinio pectoris habet.c.1.de constit.lib.6.cum alijs, dicere non possumus,restat vt si probemus delicta, de quibus in nostro text.esse de maioribus, opin.Abb.quæ communiter tenetur (vt ipse dicit) facile subuerti possit. Quod crimina, de quibus in text. nostro sint de maioribus, seu grauioribus ex illo probari videtur, duo enim hic supponunt delicta grauissima,videlicet delusio mandati Papæ,rursus impedimentum,seu subuersio iustitiæ,vtrunq; horum continetur in illo carmine Virgiliano.lib.6.Aeneid. Discite iustitiam moniti, & non tendere diuos.Qui eludit,vel spernit Papam,vel eius mandatum, Deum ipsum spernere videtur, cum Papa Dei locum in terris teneat.c.Constantinus. 2.circa princ.96.dist. c.vni versic. quoniam & si locum Dei teneamus in terris.vt eccle.bene.si.dimi.c.vbi periculum. §. cæterum. & c. fundamenta.§.decet.de electio.lib.6. & cuius gesta ab alio, quam ipso Deo iudicari non possunt,sed bene ipse omnes iudicat. iuxta tex.in c.si Papa.40.distin.Quod aliter euenit in Imperatore, a cuius sententia ad Papam appellari potest, & ipse Papa Imperatorem deponit.c.ad apostolicæ.de re iud.lib.6.
48 Et quod † Papa decernit,mandat,approbat,vel reprobat, id omnes sequi,approbare,vel reprobare debeat.c.si Romanorum.in prin.19.distin.c.1.22.distin. in fin. vbi Ambrosius se in omnibus sanctam Ro.Ecclesiam, vti magistrã sequi velle profitetur.c.si illi.in fi.50.distin.& si præcepto, vel mandato Ducis, seu Imperatoris omnino ad vnguem parendum est; imminente alioqui pœna capitis.l.3.§.in bello. & l.omne.§. contumacia.ff.de re mili.quanto magis pręcepta,& mandata summi Pontificis seruari,& custodiri debebunt, quæ nullo modo a quocunq; sperni debebunt.

Alterum delictum maximũ hic in text.nostro supponitur videlicet impedimentum iustitiæ,iustitiæ subuersio,subuersio iudiciorũ, iudiciariæ sedis Apostolicæ potestatis perturbatio,ac elusio. Quis nescit iustitiam perfectã esse virtutem omnem virtutem in se continentem? teste etiã philosopho Ethico.lib.5.c.1. & ante ipsum id nos monet sapiẽs Prouer. cap.15. inquiens in abundanti iustitia virtus maxima. Eandemq; nõ partem virtutis, sed totam esse virtutem affirmauit,M.Tullius.2.officio.& quòd iustitiæ se opponere, vel illam impedire sit crimen publicum, & nequissimum, ẽt probatur ex sententia philosophi in politicis, vbi inquit,sine iustitia impossibile est habitare ciuitatem. & in terminis nostris est text.in cap.quatuor modis humanum iudicium peruertitur,timore, dum metu potestatis alicuius veritatem lo qui pertimescimus.11.quæst.3.

Quòd (vt supponunt Abb.hic, & alij) in crimine hæresis magis peccet, magisq; puniri debeat auctoritatem præstans, defensor hæresis, & hæreticorum, probatum fuit supra per text.in alleg. c.qui aliorum 24. q.3. & per alia iura scribitur item Paralip.cap.19. Impio præbes auxilium, & ijs qui oderunt dominum amicitia iungeris? idcirco iram domini mereris.Addo,q̃ tanto odio prosequimur hoc detestandum crimen,vt concludẽdum etiam sit, quòd sola cogitatione quis in hoc infœlicissimum crimen incidat iuxta Psal. Dixit insipiens in corde suo non est Deus. & iuxta tex.in cap.ad abolendam.in princ.ibi, aliter sentire.de hæreti.glo.in c.cogitationis.de pœn.distin.1.

49 Ex glo.fi.& Abb.hic colligitur, † q̃ delegatus Papæ procedere potest contra omnes turbantes suam iurisdictionem, non solum si sint partes,sed etiam alij,qui de facto,& iniustè contradicant,seu perturbent.c.pro illorum. cum glo.in ver. contradictores.& ibi Abb.de præben. quod etiam probatur ex tex.in c.significasti.& ibi Bal.Anto. de But.Imo.& Abb. ac dom.meus vterq;.in vlt.not.hoc eo.titu. pro ijs etiam facit ratio tex.in cap.præterea.infra hoc eo.titu.versi.Quia ex eo,quòd causa sibi committitur super omnibus,quæ ad causam ipsam spectare noscũtur plenariam recipit potestatem: sed ad causam, illiusq; expeditionem spectat reprimere fautores,ac turbantes,& impedientes huiusmodi, ergo contra omnes delegatos Papæ procedere poterit. Et q̃ contra omnes procedere possit voluerunt etiam Ruin.consi.27.nu.10. vol.5.& Cagno.in l.factum suum.§.non videt.ff.de reg.iur.

Amplio ad delegatum inferioris a principe,vt voluerunt Inno.Bal.Anto.de But.& alij plures hic. Qui tamen restringunt vt contra illos delegatos inferioris procedere possit, q̃ sunt de iurisdictione illius inferioris delegantis,at delegatus principis omnes indistinctè impedientes punire possit. Nullam autem differentiam esse inter delegatum a principe, vel ab inferiore voluerunt do.meus hic nu.6. & Riminal. in l.1. §.is videtur.nu.7.vers.aduerte. ff.si quis ius di.non obtemp. Ratione enim delicti illius impedientis, prorogata censeri debet iurisdictio delegati.ad c.fi.de fo.compet.ac c.1. de rapto.& per tex.in authẽ.qua in prouincia. C.vbi de crimi.agi opor.& in terminis nostris est tex.in cap.significasti.ibi,& si qui restiterint.iun.glo.fi. vbi q̃ propter impedimẽtum præstitum illi efficiuntur de iurisdictione,hoc nostro titu.

Ampliatur ad inquisitorem hæreticæ prauitatis, & sic ad delegatum impropriè,vt per Alber. de Rosa.in trac.statuto. par.3.quæst.18.versic.est tamen aduerten. & per do.meum hic nu.6.post Card.in clem.2.de hæret.& in specie est tex.in c.vt officium.in §.deniq;.de hęret.lib.6.& illa constitutio est Clemen. 4. & apertè hoc decidit in fauorem officij Inquisitorum, immo in fauorem fidei. Quod officium Inquisitorũ sanctum dicitur,& ab omni impedimento liberum,& immune esse debet,quod & varijs priuilegijs plurium summorum Pontificum decoratum, & munitum esse perspicimus, & si isti Inquisitores non possent punire impedientes, iam non possent suum officium explicare, omnia ergo sibi demandata censeri debent, sine quibus officium huiusmodi explicari non posset.l.2.ff.de iurisdi.omn.iudi.c.præterea. & c.pastoralis. hoc nostro titu. & ex quo Inquisitor habet iurisdictionem,illam tueri debet pœnali iudicio, l.obseruandum. ff.de offic.præsid.& l.1.ff.si quis ius dicen.non obtempe.pro præmissis

missis videantur Vgoli.Zanchin.cap.31.cum additio.de hæreti.& omnino Repert.Inquisito.versi.sed nunc quæritur.& Vmbort.Locat.Episco.in suo iudicia.Inquisito. in versi.impedientes. qui ad literam refert omnia, quæ in dicto reperto.vbi supra.

Amplio tertio vt delegatus punire etiam possit ordinarium suam iurisdictionem turbantem, vel suam sententiam executioni demãdare recusantem.c.significasti. hoc tit.iun. glo.in ver.non vult.& voluit Calcan.consi.68.nu.9. & cũ sit iudex punire oẽs poterit delinquentes in eius officium.nullum.C.de testib.l.moris.ff.de pen.c.præterea.hoc nostro tit.

Limito nisi impediens sit collega,vt per Fely. hic post nu. 14.& per D.meum. nu.86. delegatus enim non punit cõdelegatum impedientem iurisdictionem ita dixerunt Barto.in l.1.§.is videtur.nu.7.vers.Sed quæro q̃ si duo sint collegæ.& ibidem Ias.ad fi. ff.si quis ius dicen. non obtemp. glo.magna circa mediũ.versi. Item qualiter possunt duo citare hoc nostro tit.Archi.& Cardi.Alexan.in c.studeat. 50.distin.precipua ratio est,quia par in parem non habet imperium.Sublimito hanc limi. quando essent duo delegati non simpliciter dati,sed cum clausula,q̃ si ambo non poterunt procedere,& exequi, seu cum clausula, quòd si non omnes &c.tunc si requisitus a collega dixisset nolle procedere, seu procedere recuset,& postea impediat collegam, alter procedere poterit, & impediẽtem illum punire. Ita Ioan.And.& Gemin. in c.si contra vnum.de offi.deleg.lib.6. D.meus hic nu.14.vers.retenta.Riminal.in alleg.§.is videtur.num.8.dicens, q̃ ex quo turbat condelegatum in iurisdictione sua efficitur inferior. l.fi.C.vbi Sena.vel claris. Similem considerationẽ facit Anto.Capit.Dec.Neap.27.nu.11. post Bal.in l.vni.col.fi.q.12. C.quan.non peten.par. & idem dicendum est, secundũ Riminal.vbi s.si adsit clausula,vos,vel alter vestrum &c. & eorum alter præoccupet iurisdictionem.Hęc conferunt 6.& 8. quæstioni in tracta.meo de inhibitio. videri etiam poterunt quæ ibi scripsi.& circa illam conclusionem, q̃ par pari inhibere non possit,quam pariter tracto in 4.quæst.de inhibitio. affero illam pulchram limitationem,quę est,q̃ collega alteri iudici in iurisdictione æquali inhibere possit, si eum in causæ cognitione præuenerit,vt post Alexan.consi.9. conclusit Aug.Bero.consi.117.incip.ex vltima.nu.4.lib.3.

Vltimo Abb. quærit ad hoc vt locus sit dispositioni nostri tex. coertionem per distinctionem ecclesiasticam qualiter constare debeat de delicto turbationis,de qua in tex.nostro? Tres opin.per eum adducuntur, prima est quando sumus in notorio,& tunc cessat omne dubium, omnes enim fatentur,& colligitur ex text.nostro, q̃ eo casu delegatus turbantes huiusmodi censuris ecclesiasticis coercere potest.

Secundum membrũ est,quando adsunt coniecturæ, circa impedimenta,an huiusmodi coniecturæ sufficiant,ad hoc vt deueniri possit per delegatum ad fulminationem censurarũ? dom.meus dicit Abb. tenere non sufficere id ex coniecturis
50 constare,cõtrarium affirmat tenere Imo.hic, videlicet quòd sufficiat probatio † per coniecturas,vel præsumptiones,quę quidem facient euidentem,vel saltem sufficientem, ac legitimam probationem. ad tex.in l.licet Imperator.ff.de leg.1. vbi, q̃ euidens voluntas testatoris dicitur, quæ coniecturis elicitur.l.si quis locuplex.ff.de manu.testa.l.si creditor.C.de pigno.actio.l.si tutor.C.de peri.tuto. c. 1. & ibi etiam Abb. in 2.not.de cleri.non resi.c.cum in diocęsi.de vsur.c.non solum.ibi,aut euidenter constet illum vitam voluisse mutare, quod tamen non præsumitur,nisi clara probatione,vel competentibus inditijs ostendatur,& ibi glo.in ver.inditijs, dat exemplum pro colligendis coniecturis, seu præsumptionib. de regula.lib.6.Idem colligitur ex Bart.& Alexan.ac Corn. in l.de pupillo.§.si quis ipsi ptori.ff.de no.ope.nun. & Corn. vbi supra,ac consi.202.lib.3.declarat,coniecturas procedere debere a iure,non ab homine.Verum contrarietas,quã Dec. hic supponit inter Imol.& Abb.mihi non apparet, & multo minus, q̃ Abb.senserit stantibus coniecturis non esse locum decisioni,ac prouisioni nostri tex. Immo contrarium tenere videtur Abb.eius,quod hic do.meus affirmat, dũ ipse Abb. dicit,aut non est notorium,sed sunt aliquæ coniecturæ. cõtra turbationem,& potest procedere. Vnde concludo,quòd solæ coniecturæ,vel præsumptiones a iure procedentes:sufficiant ad procedendum contra turbantes, & impedientes: & si aliter diceremus ferè nunquam esset locus decisioni nostri tex.& sæpissimè fraus huic legi fieret,immo videmus cõiecturis non solum a lege,sed & ab homine procedẽtibus in
51 furto ad probandum corpus † delicti sufficere coniecturas, vt voluit Hyppo.de Marsi.in praxi crimi. colum.2.versi.sed circa istam conclusionem.sequitur Grãma.consi.60.in prin.
52 sic & vbi probanda est † quantitas debiti, & nõnullis alijs in rebus coniecturis iudex moueri debet.Bart.in l.admonendi. nume.40.& ibidem Alexan.colum.penult. ac Ias.in 1.lectu. num.97.ff.de iureiur. Idem Barto. & Bald.in l.si traditio. C. de actio.emp.Barto.& Ias.in l.si quando. C.vnde vi.ille.colum.vlti.hic nume.8. Abb.in c.vlti. quod met.cau.versic.sed quia. Idem Bar.in l.certi cõdictio.§.quoniam.& ibi Alex.ff. si cer.peta.Aret.consi.83.colum.4.versi.præterea.Corn.cõsil.221.colum.7.lib.2. Ioan.de Anan. consi.3. in fin.Roma. consi.271.in fin.

Circa tertium & vltimum membrum, q̃ delictum turbationis si sit occultum, an possit deueniri ad p̃bationes, quibus habitis delegatus vti possit districtione ecclesiastica? duæ sunt opiniones, vna Innoc. pro affirmatiua,altera Spec. in tit.de legato.§.sequitur vers. Item ad eius officium. Abb. sequitur Inno. dicens non obstare verbum manifestè positũ in tex.quia potest referri ad verbũ,cognoueris, vt dicamus, si manifestè cognoueris:& sic,q̃ delegatus nõ exerceat districtionem ecclesiasticã,nisi manifestè cognouerit aliquos impedire suam iurisdictionem: at per hoc nõ negat,quin summariè inquirere possit, vtrum adsit tale impedimentum, ad quod Abb.citat glo.in simi.in c.1.hoc tit.de offi.deleg.lib.6. quæ glo. est prima, & ibi ad rem facit versi. Dic q̃ bene probationes recipiet conseruator,an factum sit notorium, vt sic videat,an sua sit iurisdictio.Ad quod est dictũ Ange....nu.7. ad hoc q̃ si iurisdictio cũ qualitate data est, illa qualitas probari debeat. Et pro Inno.opinione facit,quod voluerũt Archid.& Ioan.And.in c.pia.de except.lib.6.quod quando requiritur plena probatio,satis est,quod illa probetur.

REPETITIO
IN CAP. SI PRO DEBILITATE.

Celeberrimi I. V. C. D. Quintiliani Mandosij.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus Papę impeditus,causam subdelegare potest,quæ sine ipso commodè terminari potest.*
2 *Pro,idest propter.*
3 *Delegatus principis an impedimento cessante subdelegari possit?*
4 *Delegatus principis potestatem subdelegandi habet a lege.*
5 *Priuilegia an strictè interpretari debeant?*
6 *Priuilegium interpretari debet vt aliquid operetur.*
7 *Noua iura intelligenda iuxta antiqua.*
8 *Correctio antiquorum iurium vitanda.*
9 *Argumentum a contrario sensu non procedit si correctio iuriũ resultaret.*
10 *Priuilegio legitimandi spurios, & incestuosos potest legitimari vtranque qualitatem habens.*
11 *Delegatus Papæ non potest cuicunque subdelegare.*
Illiteratus potest esse iudex.
12 *Delegatus dispensatus non potest non habenti qualitates a iure requisitas subdelegare.*
13 *Subrogatum sapit naturam eius,in cuius locum subrogatur.*
14 *Subrogatus iudex potest omnia, quæ primus.*
15 *Instantia subrogata assumit naturam illius, in cuius locum subrogata est.*
16 *Naturam primordialem,non accidentalem subrogatum sapit.*
17 *Actio subrogata in locum legis Aquiliæ datur ad simplum, non ad duplũ.*
18 *Dispensatio personalis personam egredi non debet.*
19 *Causæ graues subdelegari non possunt.*
20 *Ita dictio,quando,quando augeat.*
21 *Nisi,dictionis natura.*
22 *Graues causæ dicuntur quando est electa industria personæ.*
23 *Industria personæ electa delegatus non subdelegat.*
Collector redditum debitorũ camerę Apostolicæ an subdelegare possit?
Negotiorum gestor an substituere possit?
24 *Grauia negotia quare dicantur?*
25 *Matrimoniales cause dicuntur graues.*
26 *Probationes imperfectas non coniungi in causa matrimoniali.*
27 *Causæ,quæ graues,quæ maiores dicantur arbitrio iudicis remittitur.*
28 *Arbitrio iudicis remittuntur,quæ non sunt a iure determinata.*
29 *Liberum tibi sit verba,operantur ut subdelegatio fiat absque alicuius consensu.*

30 *Procurator cum libera potest omnia, quæ dominus.*
Procurator cum libera an dicatur insolidum constitutus?
31 *Consiliarius in causis nullam habet iurisdictionem.*
32 *Subdelegantis sententia consilio delegati non requisito si reseruatum fuit inualida est.*
33 *Consilium requirere tantum quando sufficiat?*
34 *Articuli, qui probati non releuarent, reijciuntur.*
35 *Licentia petita, licet non obtenta, clausula.*
36 *Pronunciamus vt in consilio sapientis clausula.*
37 *Consilio sapientis non præsentato quando iuxta illud pronunciari possit.*
38 *Compromissum non valere, qp arbiter pronunciet iuxta consilium alterius.*
39 *Placet, verbum designat liberam voluntatem.*
40 *Arbitratu filij, idest arbitrio boni viri.*
41 *Arbiter & iudex differunt.*
42 *Placet, quando denotet arbitrium boni viri.*
43 *Arbitria, & iudicia sunt equiparata.*
44 *Mulier potest esse arbitratrix in causis, in quibus iudicare potest.*
45 *Consilium sapientis an suspendat iudicis iurisdictionem?*
46 *Statutum quod consilium sapientis acquiratur.*
47 *Cause remissio ad consilium sapientis calumniose petita reuocari potest.*
48 *Consilium sapientis dum expectatur iurisdictio iudicis suspenditur.*

SI pro debilitate. Tex. iste sic summatur per Abb.
1 quem alij sequuntur. Delegatus † Papæ impeditus subdelegare potest causam, quæ sine ipso commodè terminari potest.

Diuiditur iste tex. secundum Abb. eundem, cum quo alij transeunt in 3. par. In prima ponitur dictum. In secunda, quę est ibi, ita tamen, ipsius dicti determinatio. In tertia, ibi, nisi fortè, ponitur generalis exceptio. Ego in duas partes principales diuido, vt in prima ponatur dictum & eius decisio. In secunda quæ est ibi, nisi fortè, ponatur exceptio. Rursus prima pars in duas subdiuiditur, in prima enim ponitur propositi facti decisio. In secunda quæ est ibi, ita tamen, ponitur limitatio, seu declaratio præcedētis decisionis. Pro premissis, & intellectu huius nostri text. videatis omnino Fel. in c. non potest. de re iudi. col. 6. post nū. 7. vers. Quinto adduci potest tex. in c. si pro debilitate. vbi Fely. ad probandum, qp præsentia differat a consilio, citat hunc tex. ad hoc qp delegatus vices suas subdelegare possit reseruato sibi consilio, nisi sit causa adeo grauis, qp requiratur eius præsentia, vtq; exceptio aliquid operetur, subdit ipse, qp consilium videtur a præsentia differre: & dicit ipse, qp præsentia potest referri ad primū dictum, videlicet vt innuat, qp vbi requiritur præsentia nō possit subdelegari, & sic primo dicit tex. de reseruatione cōsilij, postea si eius præsentia requiritur, cessat reseruatio consilij, & ipsa subdelegatio, & sic magis ad rē facere videtur distinctio mea, etiam ex mente. Ioan. And. & Fely. vbi supra, facti species per Bernar. hic ponitur, quam refert Abb.

In tex. ibi, Si pro debilitate, declaro, idest si propter debi-
2 litatem, pro enim hic exponi debet. i. propter † sic exponūt illud Exo. cap. 32. in fin. Percussit autem Dominus populum pro reatu vituli. i. propter reatum, & text. in l. Dominus Titio, vbi glo. in ver. pro quibus, & glo. seq. ff. de pecu. lega. ad idem est glo. in l. 1. §. si ex dodrante. ff. de colla. bono.

3 Notat Abb. primo, quòd † delegatus principis potest alteri subdelegare, subdit, necessitate, vel alia incōmoditate instante, ampliat tex. vt cessante ēt qualibet necessitate, cum id habeat ex iuris priuilegio: Necessitas autem in hoc cōsideretur, vt subdelegatum cogere possit ad acceptandū, & sic distingui pōt, aut delegatus principis subdelegat absq; necessitate, vel impedimento, & subdelegatus subdelegationē acceptare non cogetur: aut impeditus, vel ex quauis necessitate subdelegat, & tūc subdelegatus acceptare cogitur, pro qbus ipse Abb. citat nota. in c. pastoralis. ſ. hoc tit. vbi gl. in ver. renitentem, & glo. præcedens, & Abb. ibidē tractat. nu. 6. vers. Sed concludo post Inn. Idem Abb. sic ibi distinguit. aut vult subdelegare iusta causa, & hoc est indubitabile. per tex. nostrū, aut nulla subest causa iusta, & tunc aut non facit in fraudem alicuius, sed nolens fortè se in litigijs immiscere, & poterit subdelegare, & subdelegatum cogere ad subdelegatio-
4 nem acceptandam, habet enim potestatem † subdelegandi a lege. l. vni. C. qui pro sua iurisdic. l. a iudice. & ibi Pet. de Bellaper. & Cyn. C. de iudi. Bar. in l. & quia. ff. de iurisd. om. iud. d. c. pastoralis. in prin. & c. fi. hoc titu. de offi. deleg. aut (subdit idem) vult malitiose subdelegare, & subdelegatio valebit, sed renitente compellere non poterit.

Dominus meus hic vers. Sed vlterius aduertendū, contra Abb. & cōiter Doct. dicit probabiliter teneri posse delegatū principis sine causa subdelegare non posse, mouetur per hūc tex. & tex. in alleg. c. pastoralis. in prin. hoc eo. titu. Cū igitur hæc duo iura loquantur (vt idem subdit) exigente necessitate, & sic ex causa, alia iura simpliciter loquentia, sic declarari debent, hęc enim causam requirentia sunt magis specialia, ergo alijs derogare videntur. iuxta tex. in cap. generi per speciem. de regu. iur. libro 6.

5 Secundum argumentum eiusdem Dec. est † priuilegia debent strictè interpretari, & sufficit, qp aliquid operentur. c. sanè, de priuil. est ēt tex. in l. 2. §. merito. ff. ne quid in loc. publ. in l. si qñ. in prin. C. de inoffi. testa. & per eundē Dec. cōs. 32. nu. 5. vbi qp priuilegium est contra ius, ideo strictā interpretationem recipere debet. Idem voluit Boni. de Vitali. loquens de priuilegijs in cle. 1. nu. 88. & seq. vers. & hic cōcludit de regula. Hoc priuilegium cōcessum delegatis principis satis operatur in hoc, qp cum delegati inferiorum etiā ex causa subdelegare non possint, hi ex causa possint, at nō aliter. Pro hac dñi mei ponderatione in simi. adduco pulchrū text. in c. in ijs. in fi. de priuile. vbi qp satis est, qp priuilegiati aliquam ex indulgentia Papæ videantur in hoc gratiam cōsecuti. Sensit
6 ipse Dec. quod priuilegium delegatis huiusmodi cōcessum taliter interpretandū esset, vt aliquid operaretur, vt præmititur in d. c. in ijs. & est tex. in l. 1. in fi. ff. ad munic. & in l. vni. C. de thesau. lib. 10. ac in c. pastoralis. 1. respon. de appel. voluerunt Bal. in auth. habita. in 4. not. C. ne fil. pro pat. Pet. de Ancha. consi. 186. pro parte ecclesiæ. col. 2. ver. itē in themate præsupponitur, quod ex speciali priuilegio apostolico. ac Fel. in c. 1. nu. 4. de rescri. in ver. priuilegiū continens. Vt igit do. meus hoc contrarium euitaret. supposuit (vt præmisi) qp hic facta stricta interpretatione, adhuc priuilegiū aliqd operabatur. Quibus tamen eius argumentis non obstātibus cōtrarium tenendum est: & iura præalleg. ad hoc clara videntur, nec in aliqua sui parte correcta, vel immutata, nec illis hactenus derogatum inuenimus.

Ad primum arg. Dec. rñdeo, quòd ex distinctione de qua s̄. eius argumentum tolli vr̄, sed specificè rñdendo, dico tex. hunc nostrum non restringere sed ad necessitatem, seu impedimēta, vt ex hoc excludat subdelegationem fieri posse, nisi imminente impedimento, cum iam decisum esset, vt s̄. probaui, nec Dec. id negat, delegatum principis indistinctè subdelegare posse, nec potest hic argm̄ colligi, quod cū fiat mentio de impedimentis corrigantur, seu restringantur alia iura generaliter, & indistinctè loquentia, immo cōtra, qp iura noua, ēt si essemus in odiosis (quod nego) intelligi † deberent,
7 ac ampliari iuxta iura antiqua, & hoc probo per ea, quæ voluit Bar. in l. si constante. in 7. q. 1. q. princ. nu. 20. & seq. ff. sol. mat. Idem Bar. in l. 1. ff. de coniun. cum emanci. libe. qđ ampliat, ēt si lex antiqua sit correcta, vt ēt idem dicit in l. sed & posteriores. ff. de legib. Et qp correctio aliarum legū iam editarum nullo modo hic cadere possit, probo tum quia de correctione nō apparet, tum quia illa præsumenda nō est: immo
8 maxime curare debemus, vt † correctionē antiquarū constitutionū euitemus. l. sancimus. C. de testa. l. præcipimus. in fi. C. de appel. vbi not. Bar. qp antequam dicatur aliquid correctum oportet, qp specificè illud dicatur, adeo qp etiam verba generalia non sufficerent ad correctionē inducendam, vt voluit ēt Ias. cons. 164. col. 1. ad fi. lib. 1. Cum aūt in hoc tex. vltra iura antiquiora tractentur etiā alij articuli, quàm in antiquioribus, sufficit, quod inseruiat circa illa iam non decisa: sic & in alleg. c. pastoralis. tractatur, & deciditur, si quis malitiosè se exonerare velit: vnde nullibi correctio colligi pōt, vel restrictio, & limitatio iurium antiquorum: Nec iura hæc superflua dici possunt cū aliquid operentur. Nec ex ijs † argumentum a cōtrario sensu, seu a cessante causa elici potest videlicet debilitate, vel alia causa, seu necessitate nō stantib. non liceat vices committere: tum quia (vt dixi) iura prædicta absq; alijs argumentis aliquid operentur, tum quia non procederent vbi correctiones iurium, vel contrarietates inducerent. ad supra adducta. & ad tradi. per Bar. & alios in l. j. ff. de offi. eius l. conuenticulam, & ibi Bal. C. de epis. & cle. ac ad nota. in c. significasti. de fo. compe. & in c. quāto. de vsur. & per Dec. hic nu. 12. Responderi ēt posset, quod in hoc c. & in alle. c. pastoralis. responsum fuit iuxta series factorū propositorum nec per hoc censeri debet a prioribus decisionibus iam factis iuxta aliàs factorum series recessum.

Ad secundum argumentum Dec. vltra solutiones, quę ex supra adductis sumi possunt respondeo negando in primis, qp priuilegia principis sint odiosa, & strictè interpretanda, immo 9trium prob o, & quòd sint fauorabilia, & latissimè interpretanda per tex. in l. fi. ff. consti. princi. voluit Bar. in l. fi. nu. 4. ff. de serui. lega. Idem Bar. in l. 2. nu. 2. ff. de verb. oblig.
10 vbi qp ex † priuilegio legitimandi spurios, item incestuosos, pñt legitimari habentes istas duas qualitates, & dicta legitimatio dr̄ fauorabilis. Dec. consi. 76. licet in casu. col. 2. versic. sed tñ prædictis. & in fi. dicti consi. vbi de cōi attestatur. Et cōi ēt affirmat. Cur. iun. consi. 75. nu. 8. & 9ria procedunt in dispensatione. Verum quia, vt etiam supponit idem Dec. istud priuilegium in fauorem delegatorum est insertum in corpore iuris cōis, fortius, & omnino immutabile, ac omni fauore dignum censeri debet, ac spālem derogationem reqrens. gl. & Doct. in l. hæres absens. ff. de iudi. Pau. Castren. in l. si mihi, & tibi. §. in legatis. ff. de leg. 1. Neuiza. cons. 1. nu. 7.

Ad aliud argumentum Dec. quod satis operabatur priuilegium in eo qp priuilegiati stante impedimento, facultas illęsa subdelegandi remaneret, & talis, quæ non competit delegatis ab inferioribus, vnde hoc sufficere debeat respondeo ex s̄. adductis, qp non sumus in simplici priuilegio, non in priuilegio strictè interpretando, sed in priuilegio in corpore iuris clauso, quia & in dispositione ipsius iuris cōis, vnde nil penitus delegatis principis sublatum censeri debet, nisi expressè, & in indiuiduo iuribus antiquioribus derogatum, vel detractum esse apertissime doceatur ad supra adducta.

Secundo notat Abb. qp delegatus principis nō potest cui-
11 cunque † subdelegare, sed solum personis discretis, & idoneis, quæ sunt illæ, de quib. in c. statutum. in princi. de rescri. lib. 6. videlicet, in dignitate ecclesiastica constitutę, vel personatum obtinentes, seu canonici cathedralis ecclesiæ. vt etiā (quo ad terminos nostros) personæ idoneæ dicantur, reqrit vt *supplet hic* D. meus, vt in illis adsint scientia, & cōsciētia. p quo adducit Bal. in l. hac lege. col. fi. ver. scias tñ. C. de senten. ex breui. reci. Pro eadē suppletione Dec. illud Platonis, afferri pōt lib. 16. qui inscribitur Ciuilis, vel de Regno, vbi inquit, Diffiderent hoīes virum talem reperiri aliqñ posse tāto imperio dignū, qui & possit & velit virtute, & scientia imperans sanctè, & iustè suum cuiq; ius tribuere. De hoc habemus tex. in c. 1. dist. 6. ver. Caueat spūalis iudex & in c. summopere 11. q. 3. & alijs plurib. in locis. Et hæc opinio Dñi mei vera est, ac rōnabilis, & omni iuri conformis. Verū aduertendum est, qp hæc idoneitas, vel qualitas, quam hic Dec. requirit, iuxta materiam nostram non ita substantialis videtur, sicut illa dictis statutum: Nec si delegatus vel subdelegatus principis hac qualitate scientiæ (non dico etiam consciētiæ, quia illa inuisibilis est, nisi dicamus, qp per quædam exteriora probari posset) careat processus, vel sententia nullitatis intro subiacebit: Et nemo est, qui in dies non videat causas, etiam graues delegari personis in dignitate ecclesiastica constitutis, seu canonicis ecclesiæ cathedralis non multū in scientijs versatis, nonnunquam etiam quibusdam prothonotarijs a legatis, vel nuncijs apostolicis creatis, quorum aliqui nec legibus, nec canonibus operam vnquam dederunt, non nego, quia plures ex ijs reperiantur qui scientijs polleāt, & dignas habeant qualitates. Possumus etiam dicere, qp p̄fata suppletio ad tex. nr̄um nō fuerit originalis Dec. sed ipsius Abb. dum citauit not. in c. sciscitatos. de rescr. vbi glo. in ver. impedimento, dat exemplū impedimenti in delegato, qñ videlicet, est illiteratus, subdens, qp iudex debet esse perit[9], nec querere debet ab alio quid loquatur. ad tex. in Auth. de iudi. in prin. & in c. 1. in fi. de consan. & affi. vbi qp causæ matrimoniales non sunt committendę statuta canonum ignorantib[9]. Verum rñderi pōt iuxta præalle. gl. in c. sciscitatus, qp sufficit hr̄e consuetudinem iudicandi. Ad tex. verò in d. c. 1. in fi. de consan. & affi. dici possit illum loqui in causis matrimonialibus, & sic grauiorib. vnde arguendo a speciali aliter regulariter dicendum sit. In summa negandum non est, q̄ causæ cōmitti, ac delegari, & subdelegari debeāt, vel illas delegari, & subdelegari 9ueniat psonis literatis, at si aliàs fiat, nō ex hoc delegatio, subdelegatio pcessus, & sn̄iæ nullitatis vitio subiacebūt. Aduertite qp ipse Dec. ſ. nu. 71. sibi ipsi 9trius vr̄ dū dicit, & melius, qp peritia de necessitate non requiritur in iudice. & qp illiteratus iudex esse possit probat̄ ex tex. in l. ex ptes. & ibi per Bar. C. de decu. lib. 10. gl. & cōiter Docto. in c. sciscitatus. de rescr. gl. & Doct. in l. fi. C. de sent. ex breui. reci. Bal. in proœ. Insti. in §. omnes verò populi. in fi. Ang. in l. quidam consulebant. ff. de re iudi.

Modo quæritur cum præalle. text. in cap. statutum. de delegatis principis loquens procedat etiam in subdelegatis, prout in eo. c. §. in nullo. ibi, Et personis duntaxat designatis superius, committere quomodolibet vices suas, an si Papa ex certa scientia committat alicui simplici presbytero, seu alij non habenti qualitates, de quibus in alle. cap. statutum, pro casu videtur secum dispensare, vt per glo. in vers. literarum. in d. c. statutum, possit causam ipse delegatus alij
12 † non habenti qualitates a iure requisitas, super quibus dictus delegatus dispensatus tacite fuit subdelegare? pro opi. affirmatiua Feli. hic nonnulla adducit, quæ Dec. reassumit, illisque vterque respondet: Demum idem Feli. aliqua fundamenta facit pro opin. negatiua, pro qua ipse concludit, q. bus etiam respondet Dec. distinguens postea, vt infra.

Primum argu. Felin. pro parte affirmatiua erat, subroga-
13 tum sapit † naturam eius in cuius locum subrogatur, per ea, quæ idem adducit, & hæc est vtilis, & vulgata regula. l. si eū. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. & ibi gl. in ver. danda post medium. ac Alberi. Bar. Bald. Ang. vni. §. 1. & ibi Cyn. Bald. Sali. & alij. C. de rei vxo. actio. l. filiæ. §. fi. & ibi Docto. ff. de condi. & demon. Hinc dicimus subrogatum in officio, vel collegio loco alterius, iure illius vti debere in cuius locum subrogatur, tam quo ad commoda, quàm incommoda, & prout aliàs habuisset, seu substinuisset ille, in cuius locum subrogatus fuit, si translatio facta non fuisset. l. vni. C. de collegia. & chartopa. & ibi Ioan. de Plate. & alij. lib. 11. Hinc dicimus episcopum subrogatum in locum executoris testamentarij intra annum vltimam voluntatem testatoris exequi debentis. l. nulli. C. de epi. & cleri. c. si hæredes. c. Ioānes. & c. nos quidē. de testa. Card. in cle. 1. post nu. 14. eo. tit. debere seruare formam datam a testatore executori. Bal. in l. fi. C. si māci. ita fuc. alienat. vt manumit. Sic etiam dicimus, quod emens gabellam a fisco, & in fisci locum subrogatus, pōt non soluentes capere, & eorum bona subastare, sicut poterat fiscus, in cuius locū successit. est pulcher tex. in l. creditor. in prin. & ibi Bar. & Pau. Castren. notant. ff. de acti. emp. & in l. nemo carcerem. C. de exacto. tribut. lib. 10. & in simi. voluit Io. de Plat. in l. missi opinatores. versus fi. eo. tit. C. de
14 exacto. tribut. Et qp iudex † subrogatus possit omnia, q̄ poterat primus voluit Rot. Bellam. 41. & 328. & seq. ac Rot. Bisigne. in antiquio. 10. sub titu. de rescr. & Cassado. Dec. 8. eod.
15 tit. Sic & instantia † subrogata a statuto in locum instantię iuris cōmunis, illius assumit naturam, vt voluerunt Imo. in l. 4. ff. de dam. infe. & alter Imo. consi. 42. col. 2. lib. 3. Feli. in c. illud. col. 1. de pręscr. Ias. in l. properandum. in princi. col. pen. vers. contrarium. D. meus in cap. de causis. num. 10. hoc tit. de offic. deleg. Natta in clem. sępè. in princi. in 5. not. versicu. Circa secundum. de verb. signi.

Ad hoc primum argumentum respondet idem Fel. quod subrogatum debet sapere naturam eius, in cuius locum sub-
16 rogatur † primordialem, non autem accidentalem, de qua (vt ipse subijcit) agimus. prout per Ant. de But. in Eccles. 1. vt lit. penden. Ad idem est gl. nota. in l. certi 9dictio. in prin. & est gl. 2. in fi. & ibi Bar. & alij. ff. si cer. pet. & voluit Ant. de But. in c. ecclesia. 1. vt lit. penden. Hæc rñsio Felin. (licet a D. meo impugnetur, & alia solutio, seu rñsio detur ab ipso, quā videatis) mihi non displicet, & limitatio illius regulæ subrogatum sapere naturam illius, in cuius locum subrogatū est, qp interpretanda sit quo ad naturam primordialem, non aūt
17 † accidentalem satis supra probata est, & clarior apparebit ex infra adducendis, & ante omnia ad oculū hæc vobis ostēdo, exemplum subijciens. Actio legis Aquiliæ ex sui natura datur ad simplum, ac pp inficiationē accidentaliter crescit in duplum. l. 9 negantem. C. ad leg. Aql. Actio subrogata in locum legis Aqlię non sapit hanc naturam incrementi, q̄ accidētalis est, ea rōne qa illud incrementū non inest actioni legis Aquilię ex sua primordiali natura. ita dicit gl. in alle. l. certi cōdictio. in ver. ex omni causa, versus fi. & ibi Bar. Sali. Alex. & alij gl. illā multū cōmendant. & eādē gl. singularem dicit Bal. i l. vni. §. j. C. de rei vxo. actio. & Ias. in §. fuerat. col. 3. & in §. actionū. col. 8. & seq. Instit. de actio. Pro quibus est etiam tex. in l. item veniunt. §. cum prædiximus. ff. de peti. hęre. Idem voluerunt Alberi. de Rosa. & Bar. in alle. l. si eū quē. §. iniuriarum. ff. si quis cautio. & ibidē Ias. col. 1. Idē Bar. cōs. 14. in prin. Soc. Regu. 383. in 1. fallen. Ange. in alle. l. item veniunt. §. cum prædiximus. per illum text. ff. de peti. hære. Ias. in l. post dotem. nu. 28. ff. solu. matri. & in l. si conuenerit. col. 3. versic. Vltimo facit. ff. de iurisd. omn. iudi. Gomes. qui hanc communem affirmat, licet ipse contrarium teneat in alleg. §. fuerat. num. 11. Institu. de actio.

Secundum argumentum Fel.pro eadẽ opin.affirmatiua erat de tex.in c.ex literis.de inte.resti.vbi præpositus subdelegauit decano partes suas in causa matrimoniali, quæ non nisi episcopo committitur.c.accidentibus.vbi quòd audire causas matrimoniales est dignitatis episcopalis. de excess.præla. Et sic supponẽdum est, quòd præpositus habilitatus fuisset, & subdelegatio tenuit facta in non habentem qualitates iuris.Ad hoc respondetur negando,quòd causæ matrimoniales non possint committi etiã non episcopis licet de stilo Cu. non solebant aliis committi, præsertim hodie stante concilio Tridentino, tamen non per hoc sequitur quin aliquando aliis commissæ fuerint,vt etiam apparet ex tex.in c.proposuisti.de proba.in c.1.de eo,qui dux. in matri. & in c.1.de consang.& affin. Rursus decanus erat collega,& a principio etiam ipse cum proposito habilitatus fuerat, vnde tenuit subdelegatio per alterum collegam in ipsum decanum iam habilitatum facta.

Tertium argumentum pro dicta opin.affirmatiua per Feli.adductum tale est concludit Bar. in l.1. ff.de iuris om.iud. causam meri imperii indelegabilem, per principem delegatam ex certa scientia, posse subdelegari, ex quo delegabilis effecta sit,argu.tex. in l.cum pater filium.§.quindecim.ff.de legat.3.Sic in terminis nostris subdelegatio tenuerit arguendo de re ad personam.Ad hoc respondent, quòd contra Bar to.tenent Doct.& Dec.hic dicit magis communem esse contra Bar.& ad dictam l.pater filium. §.quindecim, respondet Paul.Castren.in l.voluntas. in fi. C.de fideicom. & Alex.in l.1.ff.de offi.eius,ac Dec.cons.88.in fi.

Pro opin.negatiua concludit idem Fel.tribus fundamentis,& quidem incõuincibilibus,licet D.meus hic studio fortè contradicendi illis respõdeat,& frigidè inquam (mea quidem sentẽtia.) Ad illud enim primum, quòd habilitatio, seu
18 dispensatio præmissa personalis esset, & sic † personam egredi non potuerit arg.l.quia tale beneficium personale.ff.solu. matri.c.priuilegium.de reg.iur.lib.6.l.cum patronus.in fi.ff. de legat.2.l.in omnibus causis.& l.priuilegia.ff.de reg.iur.respondet Dec. quòd sufficit dispensatio in persona delegati, & quòd Papa sciebat delegatum posse subdelegare,& sic dispensando cum principali visus fuit dispensare cum subdelegando. hæc rñsio(vt præmisi) non cõcludit,imò nec est persuasiua, vel apparens, & econtra præfatam regulam priuilegia personalia, personam non transgredi,& contra alia,quæ supra adduximus respondendo ad contraria adducta pro opi.affirmatiua.Item replicari potest, quòd Papa sciebat subdelegationem fieri non posse,nisi in habentem qualitates iuris,& cogitare debuit, quòd si hic subdelegare vellet,secundum iuris regulas id facere deberet, & si aliud voluisset, expressisset.Et tanto magis excluditur intẽtio Dec. cum simus in priuilegio dispensatiuo,in quo stricta,& limitata interpretatio facienda est. ad l.2. §. meritò. ff.ne quid in lo.publi.l.si quando.in prin.C.de inof.testa.c.dudum. & c.vt priuilegia. in prin.de priuil.& per ipsum Dec.cons.32.nu.5.vbi ꝙ priuilegium est contra ius,ideo strictè interpretandum. Non pro sequor alia fundamenta Fel. ac responsiones ad illa D. mei, quia eo ferè tendunt, & per præmissa sublata videntur omnia per eundem D.meum contra Fel.adducta,& sic supposita illa pulchra sententia amicus Socrates, amicus Plato, sed magis amica veritas, contra præceptorem meum concludo,fretus etiam carmine illo Horatiano, Nullius addictus iurare in verba magistri.

19 Tertio notat Abb. quòd causæ † graues non possunt per delegatum Apostolicum subdelegari. D. meus hic pulchrè, & subtiliter aduertit hoc nota. non probari simpliciter hic, vt Abb.loquitur.tex.n.noster non dicit simpliciter de causis grauibus,sed ponderat qualitatem grauitatis, per illa verba, nisi fortè ita graues sint, prout in simil.dicit loqui text.in c. quanto.de iudi.ibi, Causa verò patronatus ita cõiuncta est, & connexa. Sic etiam loquitur tex. in c.Osius episcopus dixit,Si quis ita temerarius extiterit. de electio. vbi illa dictio
20 ita † auget, seu demonstrat qualitatem temeritatis in supremo gradu. Sic & dictio præfata in §.1.ibi,& hoc ita parendũ fiebat.Insti.ꝑ quas pers.no.acqui.designat plenitudinẽ dñis. Ex iis inferri posset non oẽs causas graues subdelegari prohibitas esse,sed solum valde graues, vel graues simpliciter illas,quæ a iure subdelegari posse inhibitũ est,vel fortè ẽt graues simplr, quas a iure subdelegari posse cautum non sit.

Verũ retenta opin.Abb.quæ cõis vr, ꝙ causæ graues subdelegari non possint: vel fm D. meum causæ valde graues: ampliat ipse vt ẽt subsistente causa subdelegari non possint, quod probari affirmat hic in alleg. vers.nisi fortè causæ,quæ
21 dictio, † nisi,exceptionem inducit a dicto præcedenti affirmatiuo,ꝙ ex causa subdelegatio fieri possit.ad tex.in l.si duo.ad fi.ff.de arbit.in c.præterea.2.& ibi D.meus post prin.vers.Et natura huius dictionis.de appe.& ad alia,quæ adduco in 31. q.in tract.monitor. vbi de clausula,excommunico te,nisi infra tres. Et ibidem tracto qñ præcedit affirmatiua propositio,qñ negatiua, & quot modis accipiatur dictio hæc, nisi.

Quærit Abb.quę dicantur causæ graues? ex cuius dictis responderi põt,ꝙ grauitas causæ consideratur qñ est electa in-
22 dustria personæ.† ad tex.in c.vlt.infra eo.& in c.is cui.eo.ti. lib.6.ad quę se remittit idem Abb.in quo tex.in d.c.fi.in §.is qui.deciditur,& disponitur in tribus casib.non posse delegatum Apostolicũ subdelegare, videlicet qñ demãdatur inquisitio facienda. Qñ mãdatur prouisio faciẽda de prælatis. Qñ mãdatur similis prouisio pro ecclesiis de aliis ministris.Subditur ibidem ratio circa oẽs illos casus,quare subdelegationi locus esse non debeat,quæ est,ꝙ in oĩbus iis casibus industriam,& fidem personæ,cui Papa committit, ipse eligere videatur.in c.is cui.eo.tit.lib.5. deciditur delegatum ad prouidendum ecclesiæ de persona non expressa, alteri vices suas demandare non posse, quia circa eligendam personam industria vr electa.Idem Abb.in alleg.§.is autem notat.num.3.regulam tertiam ex illo §. ꝙ vbi Papa in cõmissione tacitè, vel
23 expresè eligit † industriam personæ, non potest commissarius alium subdelegare.Rursus notat,ꝙ eligendo industriam alicuius, tacitè vr inhibita subrogatio. Abb.ibidẽ distinguit, an committatur causæ cognitio,an alicuius nudi facti executio,& per quæ verba. Et quia etiam ibi alii Doct. hæc plenè tractant,vbi fortè & nos ibidem discutiemus, hic non putauimus amplius insistere, sed nouum quæsitum, & vobis (vt putamus incognitum) proponemus.

Proponebatur in Rota Romana an collector (videlicet fructuum,& prouentuum Cameræ Apostolicæ debitorum) non data ei ptãte aliàs substituendi, possit sub collectorum substituere,maximè quia in collectoria erant hæc verba,cõfidentes, ꝙ ea, quæ sibi iniungemus fideliter exequeris, quo casu vr electa industria personæ, vnde subdelegationi locus esse non põt.ad supra adducta,& ita per hãc rationem vr tenere Bartho.Belenci.in tract.de chari.substi.in vlti.q. ꝑter verba,confidentes de fide tua. præterea collectori vr datum tm̃ nudum ministeriũ sine iurisdictione, quo casu cessat ptãs subdelegandi.c.vlt.§.cæterum.hoc tit.quem tex. ibi Bal.dicit singu.Et not.ẽt in d.tex. in cle.1.hoc eo.tit. & voluit Ias. in l.a iudice.col.vlt.ĩ 12.limi.C.de iudi.Nec obstare vr clausula,ꝗ dictores cõpescendo,per quam licet detur iurisdictio, vt ostendi supra in c.1.nu.13.hoc tit. fm tñ Abb. post Inno. non facit, vt ad hoc ministerium, quod est delegatum, possit subdelegare,vt in c.ex literis.hoc tit.prout ẽt quis dr habere iurisdictionem ad effectũ iustitiæ administrandę, at nõ absolutè,vt oñdit D.Phil. Deci.in c. in lris. hoc titu. Et licet Rot.265.in no.teneat, ꝙ ex eo, quia collector dr negociorũ gestor Camerę Apostolicę possit de iure substituere.ad c.1. de procu.lib.6.Abb.in c.qm̃.§.cæterum. post nu.4.ꝗ.hoc tit. tñ fm Bart.in l.in vsucapione. §.accessio.in fi. ff. de diuer.& tem.præscrip.ẽt negociorum gestor per illum tex. qñ est electa industria personę,non põt substituere.per tex.in c.is cui. 2.rñ.hoc tit.lib.6.His nõ obstantib.maior pars Dñorũ Aud. Rotæ voluit collectorẽ posse substituere.ꝑꝑ dictum Dec.& rationem ibi positam, quia cum esset collector deputatus in vna prouincia, si non posset alium substituere, nimis negocium differretur,ac retardaretur, & contingente infirmitate vel alio impedimento impediretur.Et hoc in vna Asten.cano.& præben.coram Ludouico Gomes.vti Dec.crescen.66, aliàs 1.sub tit.de offi.dele.incipien.An collector.

Secundum membrum Abb.hic est,causas matrimoniales graues esse,illasq; subdelegari non posse. si ad veritatem ipsam peruenire volumus,ante oĩa perquirere debemus quomodo grauitas in causis matrimonialibus, & aliis considere
tur.Graue qd,& grauitas quot modis accipi possit latè tractaui in gl.facul.§.considerantes.in ver. grauitatem. Quan-
24 tum ad rem nostram attinet † graues causas,& grauia negocia propterea sic nuncupari affirmare possumus, eo quod grauent, & molestent illas, & illa tractãntes, cognoscentes, decidentes, & executioni demandantes, iuxta illud M. Tullii secundo, de natu. Deor. Tanta (inquit) grauitatis, & ponderum, & cætera. & cap. grauis illa querimonia vsque

nia vsq; ad super deposito tuo, tibi hactenus denegato,peruenit de deposi.c.grauis.de resti.spolia.sic dicimus graue saxum, grauem sarcinam, quòd grauent nos in ferendo, & ꝙ egrè,& cum molestia ferantur.De causis grauibus, magnis, ac maioribus videri poterunt Hosti.in c.vlt.& ibi Anan.in 4.col.de crimi.fals.Specu.de iurisdi.omni.iudi.ad fi.versi.Et breuiter nota.Cardi.in clem.non potest.in 2.q.de procura. Lap.Alleg.70.& Moder.Bononien.in c.cum omnes.nu.44. & 83.de consti.

25 Quòd causæ matrimoniales † dicantur absolutè greues fatentur omnes,& Dec.etiam hic nu.35.inferens,ꝙ propter illarum grauitatem, super illis non defertur iuramentum in supplementum probationis, vt ipse probat. Et hanc communem testantur, moti ea ratione, quia agatur de statu hominis,& illius seruitute.idẽ D.meus consi.133.nu.2.& cons. 163.col.5.ac Zas.consi.9.nu.37.Hinc etiam dicimus in causa matrimoniali † non cõiungi plures interfectas probationes.
26 prout voluerunt Alex.consi.143.lib.2.Dec.præalleg.consi. 133.col.1.in fi.& cõsi.310.col.1.ac in c.cum causam.versus fi.de prob.in 2.limi. Gramma.cõsi.26.col.vlt.Zas.cõsi.3.col. pen.lib.2.Hyppo.de Marsi.in l.de minori.§.plurimũ.col.12. ff.de quæstio. Io.de Selu.in tracta.de iureiur.q.vlt.3.par.nu. 3.Gramma.consi.38.col.4.lib.2.

Verum ipse Dec.resident in ea opinione, ꝙ licet causa matrimonialis dicatur causa grauis,non tamen ita grauis, quin subdelegari possit, asserens exemplum Abb.in causa matrimoniali non esse bonum, cum videamus etiam causas matrimoniales aliquando subdelegatas fuisse, & illas causa cõmissas alijs,quã epis.,put in ꝑalle.c.ex literis.de in inte.resti. & ad aliàs supra adducta rñdens ad stilũ Ro.cu ꝙ si ille ꝑbaret seruandus esset,per c.quã graui.de crimi.fals.at in ꝗrium sit ius cõe.Replicari põt,ꝙ stilus sit clarus,& illum oẽs fatentur hic: & hanc causam matrimonialem subdelegari non posse concludunt prout etiam Io. And.& Fely.hic.Et hodie, præsertim post concilium Tridentinum nemo dubitat cõmunẽ obseruantiam esse,causas matrimoniales nõ committi alijs, quàm epis:nec illas subdelegari posse. Et hoc iure vtimur.

Tandem hic cõcludunt omnes,ꝙ ad cognoscendum, quæ
27 dicantur † causæ graues,q̃ magnæ,q̃ maiores,q̃ arduæ,id arbitrio iudicis cõmittetur,vt ꝑ Ant.de But.in c.vlt.§.is aũt.ꝗ.hoc tit.& ꝑ eundem in c.vlt.de iureiur.per D.meum in c.de appellationibus.ꝗ.de appel.& per plures alios ex.s̃.citatis. Et est cõis regula, ꝙ quæ non sunt a iure detetminata, iudicis
28 arbitrio remittantur. † l.1.in fi.& ibi Bal.ff.de iu.delibe.c.in causis.& ibi Abb.& alij infra hoc tit.D.meus in c.sedes.nu. 24.& seq.de rescrip.

Glo.in ver.liberum tibi sit,declarat,seu ampliat,ẽt partibus inuitis.Cum hæc potestas delegato principis a lege concedatur.l.a iudice.C.de iudi.c.vlt.ibi cum delegato a principe id concedatur a iure.hoc tit.Idem dixit Bar.in l.& quia. ff.de iuris.om.iudi.Hoc dictum gl.comprobat Abb.hic, in-
29 ferens ꝑꝑ illud verbum liberum,†delegatum subdelegando non teneri alicuius cõsensum requirere.ad text.in c.de multa.ibi Illud post receptionem alterius liberè conferat.de ꝑb. & in c.licet episcopus.eo.lib.6.subdit Abb.& tene in hoc mẽti glo.iun.tex.& vide quod dixi.s̃.eod.c.super qõnum.Legerem quod dicat.ꝗ.in c.super qõnum. Et si legendum esset, quod dixi,supponendum esse,ꝙ prius scripsisset super illo c. vlt.quam super hoc,quod nonnũquam accidit,vt quis prius super posteriori lege,vel canone scribat,deinde super precedenti omnino tñ legendum est.ꝗ.non s̃.& puto, ꝙ remiserit se ad dicenda per eum in §.eius ergo,qui est §.vlt.vbi primo notat, ꝙ delegatus Papæ potest causam subdelegare, ẽt pro parte,partium consensu minime requisito Quòd dictio premissa liberum,operetur, ꝙ nullius requisitio sit necessaria & inuito quolibet actus fieri possit, habemus text.& ibi glo.& Doc.in cle.vlt.in ver.liberè.de iu.pat.per Abb.in c.cum cessante.nu.6.de appel.per Calca.consi.3.nu.18.per Alex.cõsi. 14.nu.3.lib.2.vbi ꝙ liberè accipitur pro sine impedimento, vel ꝗdictione,quod ẽt voluit Soci.consi.170.in ꝑsenti.nu.8. lib.2.Crauet.cõsi.122.nu.5.Sic accipi debet illud Artaxersis Regis Persarum, de quo 1.Esdræ.c.7.in hæc verba Et oẽ argentũ, & aurum quodcunq; inueneris liberè accipe.& post sed & imperitos docere liberè.ac Hiere.c.73.Hieremias aũt liberè ambulabat.Nec dicimus eũ aliqua re liberè vti,q impedimentũ aliquod patir,vel pati põt.Bar.in l.centurio.ff.de vulg.& pup. Rui.consi.219.col.3. lib.1. Et dictio liberè tam̃ vim habet,vt ex illis verbis in testõ positis, Liberè deuenire voluit,fideicommissarius hæreditatem,& possessionẽ ꝓpria authoritate apprehendere possit. Ias.hanc opi.veriorẽ asserens in l.nemo potest.nu.38.& in Repetio.nu54.ff.de leg.1. Raph.Cuma.cõsi.3.quod incipit testator. ante nu.2.In mãdato ẽt,qd̃ strictè interpretandũ est,& ad vnguẽ seruandũ.l. ꝑterea.cũ duabus seq.ff.manda.c.cũ dilecta.de rescrip.& hęc est cõis regula,vt ꝑ D.meũ cõs.77.viso puncto.nu.1.si ꝓcurator † cõstituatur cũ libera,poterit oĩa,q̃ ipse dñs,ẽt q̃ saperent alienationem, dummodo non donationem.l.ꝓcurator cui gñaliter.ff.de procu.iun.l.filius.ff.de donatio.& hanc ẽt dixit communem regulam Curt.Iun.consi.108.num.19.& consi.109.num.12.

Præmissa corroborare videntur conclusionem Bal.super rub.C.de exercito.q.pen.vbi dixit, ꝙ si quis constituat duos procuratores absq; clausula insolidum,sed cum clausula Cũ plena,& libera potestate quilibet eorum censetur insolidum constitutus,cum idem sit dicere cum libera,seu liberè, quod nemine requisito.ad ea,quæ s̃.adduximus, & aliàs mandatũ non esset liberum Contrarium tenuit reprobans Bal.Are.in l.eandem.col.pen.vers.Tu aũt aduerte ad primũ.ff.de duob. reis.& idem Are.consi.66.col.4.ver.Vnde ipse & vterq; rñdet ad argumenta Bal.Et cum eodem Are.cõcludit D.meus in c.prudentiam.nu.83.hoc tit.versi. Et prædicta conclusio limitatur per Bal.Et hanc opi. sequuta est Rota cõtra Bal.in Vlex bonen.cõtractus emphyteutici coram Thoma de Thanis bis causa proposita, videlicet sub die 31.Ianuarij 1541. deinde sub die 4.Februarij.

Glo.in ver.consulere, ac Bal.& Abb.hic,& alij concludũt delegatum principis subdelegando totam causam desinere esse iudicem:& si appellandum sit a subdelegato,non ad delegatum, sed ad delegantem appellandũ fore.iuxta tex.in c. super qõnũ.§.porrò.ꝗ.hoc tit.vbi si subdelegauit alicui aliqs articulus in medio causæ,ꝙ non sit iurisdictionis,ille subdelegatus dr consiliarius,seu auditor,non iudex.Et sic ꝓsilium reseruatum vr subdeleganti, vt bono viro. Et ꝙ consiliarius
31 nullam habeat iurisdictionem,non secus ac assessor,ꝙ consiliarius dr.l.consiliarijs.ff.de offi.asses.l.cõsiliarios.C.eo.Bal. in l.nemini.C.de aduoca.diuer.iud.Bar.in l.1.ff.de offi.asses. D.meus consi.8.viso puncto.

Extra glo.Abb.concludit, ꝙ snia lata per subdelegatum
32 † non requisito consilio subdelegantis, sibi illud reseruantis inualida sit, iuxta gl.vlt.in c.non est.de consue.lib.6.voluit Bar.in l.1.§.plures.col.8.in 4.q.ff.de exercito.vbi de statuto, ꝙ iudex teneatur ferre snam ad consilium sapientis, ꝙ snia consilio non requisito,non teneat, pro quo Fulg.consi.140. suppositis duobus statutis.& Cum.consi.15.duo habentes. Roma.consi.228.pro plena. Abb.in c.ex parte.de constitu. & in c.ad apostolicã.versus fi.de regula Fely.& D.meus hic. & idem Deci.in c.ex parte.col.2.versi.postremò.de rescrip.

Altera conclusio Abb.est,ꝙ licet subdelegatus,vel alius si sit consilium reseruatum ipsi subdeleganti, vel alteri, illud
33 requirere teneatur,non tñ illud † sequi cogatur. Ad hoc est tex.in l.quidam decedens.§. Papinianus.ff.de admi.tut.in l. vlt.C.de iu.emph.in l.1.ff.vbi pupil.edu.debe.in c.cũ olim. de arbit.vbi qui ex forma cõpromissi, seu arbitrij eligere tenetur cum aliquorum consilio, illud requirere tenetur, non aũt sequi.& c.cum in veteri.iun.gl.in ver.in tractatu, vbi ꝙ oĩum,de q̃bus ibi,cõsilium requirendum est tꝑ debito, sed nõ necessariò sequendũ.& ibi latè Ant.de But.& alij.Quod etiam voluerunt Inno.hic per Abb.citatus.Ang.consi.271. cir.princ.Idem Ange.ac Bart.in l.si conuenerit.ff.de re iudi. Bar.in l.1.§.si plures.nu.7.in 1.q.versi.Aut non est particeps officij, & tunc sufficit, ꝙ requiratur.ff.de exerci.actio.Soci. consi.14.visis diligenter.versi.Et quia vt dixi.lib.1.Pro quibus videre etiam poteritis Catel.Cott.in suis Memoria.in versi.statuto Mediolani disponitur, & quasi vbique, quòd quilibet iudex teneatur ad petitionem partium.

Verum frustratorium vr consilium alicuius requirere, qd̃ qs sequi non teneat,at superflua,& impertinentia reijciunt. ad tex.in l.q̃ extrinsecus.& in l.si mihi.1.respon.ff.de ver.ob.
34 Hinc videmus,ꝙ † articuli,q̃ admissi,& ꝓbati nõ releuarent reijciunt.l.ad ꝓbationem.& ibi Bar.& alij.C.de ꝓba.Spe.de teste.§.3.post prin.Et hanc cõem affirmat Paris.consi.67.nu. 12.& 15.vol.4.sciatis,ꝙ vltra aliàs rõnes quare cõsilium petendum sit,& si nõ sit necessariò sequendum, illa ꝑcipua est, quia tale consiliũ posset esse vtile ad impellendũ, vel trahẽdum aliquẽ ad aliquid faciendũ,vel non faciendũ arg.tex.in c.Nicena.31.dist.vbi Pannucius cõfessor consuluit,ne ꝓciliũ

(penes quod erat summa potestas) procederet ad promulga
tionem cuiusdam canonis, partesq; omnes in suam sententiã
traxit, ab eorũq; opinione retraxit, pro quibus est glo. ma.
not. in c. cum olim. vers. sed videtur, ꝙ superfluum sit petere
consilium. de arbit. Simile etiam videmus quosdam esse ca-
sus, in quibus cogitur aliquis licẽ tiam a superiore petere, nec
tamen illi imputandum sit, vel obesse debeat, si illam non ob
tineat: & licet videat hic actus superfluus, vel inanis, tñ hoc
satis expedit, ac operatur, ad hoc vt legi, vel canoni id iuben
ti parentur: & hoc fiat in signum reuerentiæ, & obedientiæ.
ad clem. dudum. §. si verò. de sepul. Hinc ego super illa cła pe
35 tita, † licet nõ obtenta licentia plura ad rem super signa. Gra
tiæ adducebam, de quibus etiam per Luc. de Pen. in l. 1. C. de
comm. lib. 12. Et asserebam monialem in notorio vitæ disci
mine constitutam aeris mutãdi, vel alterius remedij neces sa-
rij causa, licentia petita, licet non obtenta claustra monaste-
rij exire posse. Verum a tali actu pręcauendum maximè est,
propterea finita pericula illi sexui, monialiumq; virginitati
imminentia: & propterea hodie consulendus esset proprius
Antistes, non autem ex abrupto ad hunc actum deuenien-
dum esset.

Tangunt hic Doct. an qñ necessariò pronunciandum est
iuxta consilium sapientis, vel ex forma statutorum, vel prin-
cipe id mãdante, seu aliàs sufficiat sic pronunciare, videlicet,
36 † Condemnamus te, si fueris condemnatus in consilio sapiẽ-
tis, vel sic, absoluimus, seu pronũciamus, vt in ꝛsilio sapiẽtis
& in ꝛsilio dicat, Talem condemnandum, vel talem absoluẽ
dum. Hic mos, vel similis ita pronunciandi in Rota Florenti
na, in qua ego fui Auditor, frequens est. Pro opin. negatiua
vñr concludere Io. An. in addit. ad Spec. in tit. de excep. §. vi
so. vers. porrò in Italia. Bar. in l. 1. vers. facit ad qõnem consul
tor assumptus. C. si aduer. lib. Ant. de Bu. in c. cum venerabi-
lis. col. pen. de excep. & in c. constitutus. col. j. ad fi. de reli. do.
Pau. Castren. in l. 2. §. biduum. col. 3. ff. quan. appell. sit. Abb.
in c. illud præpositorũ. in fi. de accus. vbi ꝙ sníã debet esse cer
ta ex se, vel possit certificari ex aliqua parte actorũ, inferens
ꝙ si iudex pronunciat secundũ consilium talis sapientis non
valet sníã. Pro opi. affirmatiua, & sic ꝓ validitate hmõi sníæ
sensit Fed. de Sc. cons. 204. pro qua ẽt concluserunt Pet. Cy.
Alber. Bal. Ang. Sal. col. vlt. Pau. Cast. ad fi. in alle. l. j. C. si ad-
uer. lib. Bar. in l. fundus qui. in fi. ff. de rescin. vendi. Bal. in l. te
stamento. ff. de hær. inst. & in c. cum ecclesia Sutrina. col. 2. in
fi. de cau. poss. & propri. Idem Bal. & Sal. in fi. in l. cum iudex.
C. de senten. & interlo. Iac. But. in l. fi. C. apud quem. Ang. &
Pau. Cast. in l. qui se dicit. ff. de iudi. Imo. in l. si conuenerit. ff.
de re iud. & in l. j. §. fi quis ita. col. 2. & ibi Alex. col. pen. Ro-
ma. col. j. Aret. col. 2. & Clau. Seisel. col. j. ff. de verb. ob. Abb.
in c. cum venerabilis. §. quia verò. col. pe. hanc communem
affirmans, quam etiam communem ibidem asserit D. meus
Phil. Dec. col. pen. de excep. Idem voluerunt Ang. Aret. in l.
2. in fi. ff. de appell. Soci. cõs. 12. 4. col. 44. lib. j. ac Ias. qui testa
tur hanc communem in §. curare. nu. 37. Insti. de actio.

Amplius sciendum est iuxta crebriorem sníam Doct. su-
pra citatorum, ꝙ cõsilium antequam iudex sníam proferat,
apud acta produci debet, rursus per iudicẽ aperiri, ac legi, ad
hoc vt sníã subsistat: verum si interim instantia periret, vide-
licet ante præsentationem consilij, aperturam, seu lecturam,
iuxta quod pronunciare quis tenetur (prout nonnunquam
mihi accidit in dicta Rota Florentina Auditori existẽti) tũc
ne instantia pereat, iudex pronunciare põt, referendo se ad
37 consiliũ futurũ, † vt voluerunt Bal. in l. cum iudex. col. j. vers.
quæro quid si iudex. C. de sent. & interl. & D. meus in alle. c.
cum venerabilis. n. 149. de except. & nõnulli alij ex s̃. citatis.

Vltima quæstio Abb. quam ipse alijs magis dubitabilem
asserit. Mihi a Doctorib. post eũ magis dubia effecta vr̃. Hoc
quęsitum a Feli. aliter quam ab Abb. tractatum vr̃, & ẽt a nõ
nullis alijs, illudq; penè indecisum relictum. A Dec. verò idẽ
dubium altero mõ translatum, vel deductũ perspicio. Ne vo
bis, quorum vtilitati pro virili studeo: ac officio meo deesse
videar, quæ præfatus sum oñdere nitar. D. meus hic inquit,
38 vltimò cõcludit Abb. non valere † cõpromissum, ꝙ arbiter
pronunciet iuxta cõsilium alterius. per tex. in l. item si vnus.
§. idẽ Põponius. ibi, vt Titio disceptori placet. ff. de arbit. vbi
ꝙ non põt cõpromitti in arbitrum, vt ferat sníam, f̃m quod
39 alteri visum fuerit, supponendo, ꝙ illud verbum, placet, † de-
signet liberam voluntatem freno carentem, quam Auerro.
3. de Anima tex. commen. 50. appetitum vocat: secus autẽ,
40 si dicatur † arbitratu Priami, vel Titij, tũc. n. compromissum
valet, vt in eo. tex. subijcitur, ea ratione, vt per glo. & Doct.
ibi, quia intelligendum sit de arbitrio boni viri, iuxta illud
Leuit. cap. 3. Quicunq; igitur maculatus fuerit lepra, & sepa-
ratus est ad arbitrium sacerdotis, &c. Pro præmissis est text.
in l. fideicommissa. §. quamquam. ff. de leg. 3. in l. hæc condi-
tio. ff. de contrah. emp. in l. si cum ea. & ibi Bal. C. de do. pro-
miss. in l. in lege. in prin. ff. loca. in l. in personam. §. gñaliter. ff.
de reg. iur. & in c. dilectus. vbi Ant. de Bu. & Fel. de homicid.
Et hanc opi. negatiuam tenuit Bart. in alle. §. idem Pompo-
nius. ac ẽt in l. j. §. si plures. in 6. q. ff. de exercito. quam ẽt te-
nuerunt Bal. Ang. Imo. & alij relati hic per D. meum nu. 74.
ac Lanfranc. de Oria. in tract. arbit. Iuxta prædicta colligunt
41 dñiam esse inter arbitrum, † & iudicem: arbiter. n. maiorem
habet ptãtem, vt ẽt dixit hic Host. & Bar. in alleg. §. fi plures.
in 7. q. Pro opin. verò affimatiua, & sic pro subsistentia com-
promissi concludit idem Dec. & sic, ꝙ compromissum ẽt in
arbitrum fieri possit, ꝙ ꝫ pronunciet iuxta cõsilium alterius,
ex quo intelligi debeat, ꝙ pronunciet iuxta arbitrium boni
viri, iuxta intellectum Oldr. quem refert Barto. in d. §. idem
Pomponius. & in d. §. si plures. in 6. q. secus si diceretur, pro-
ut voluerit, vel vt tali placuerit, tũc. n. (vt s̃. dictũ fuit) verba
hæc inferrent liberã voluntatẽ, quo casu cõpromissum non
valeret. d. §. idem Põponius, licet Bar. in eo. §. idẽ Põponius.
42 rñdendo ad intellectũ Old. affirmet verbũ, placet, † de quo
in d. §. idẽ Põponius, denotare arbitriũ boni viri. l. Thais. §.
sorore. ff. de fideicom. lib. & idem Bar. in alleg. l. j. §. si plures.
in 6. q. ff. de exercito. vbi ad idem adducit ẽt tex. in l. Lucius
Titius testamento. ff. de fideicom. lib. Quod ẽt probat Bart.
sic arguens, legatum libertatis collatum in liberam volunta-
tem hæredis non valet. l. fideicommissaria libertas. 2. in 2. re-
spon. præalleg. tit. de fideicom. liber. tamen legatum liberta-
tis, factum, si placuerit hæredi valet, ergo verbum, placet,
non importat liberam voluntatem, sed arbitrium boni viri,
& tenet Barto. in l. si sic. ff. de lega. j. & in extra. ad regimen. in
ver. videbitur. ac in l. si quis arbitratu. col. 3. ff. de verbo. obl.
Roma. cons. 60. incip. si volumus dicere. in princ. & hanc af-
firmat communem D. meus, ac omnium opin. quę tamen o-
pin. in puncto iuris vera non videatur, plura subijciens ad
probandum illam non esse vetam: Et ꝙ verum sit verbum,
placet, restringi ad arbitrium boni viri: immo concluden-
dum esse dicit, ꝙ designet liberam voluntatem, dicens non
obstare tex. in alleg. l. Thais. §. sorore. quia ibi constabat de
voluntate testatoris, ex quo Titius mentem suam sorori sig-
nificauerat, vt ille seruus redditis rationibus liber esset, vt
ibi dicitur. Nec volũtas testatoris in eo suspensa erat, quod
hæredi placeret, vnde per illa verba ibi, si placeret hæredi,
non videbatur recessum ab illa voluntate, de qua constabat.
Secundo dicit posse responderi, ibi esse speciale fauore liber
tatis, quòd verbum de sui natura liberam importans volun-
tatem, pro arbitrio boni viri accipiatur, quod probari dicit
in d. l. fideicommissaria libertas. in princip. Et eodem modo
responderi posse dicit ad text. in d. l. Lucius Titius testamen
to. ff. de fideicommiss. libert. successiuè Dec. respondet ad ra-
tionem, seu argumentum Bart. videlicet, quòd verbum, pla-
cet, non importet liberam voluntatem, sed arbitrium boni
viri, distinguit D. meus, quandoque omnino constat de vo-
luntate testatoris, quòd legatum libertatis in liberam volun
tatem hæredis posuerit, & tunc non valet legatum, ex quo
sumus in claris: & ita loqui dicit text. in alleg. l. fideicommis
saria libertas. in 2. respon. incipien. quòd si ita, dum inquit, le
gatum libertatis si hæres voluerit, ita demum non valet, si
totum in voluntate stetit hæredis. Quandoque verò non
constat de explorata voluntate testatoris, sed testator vti-
tur verbis de sui natura importantibus liberam volunta-
tem, vt quia dicat, si hæres voluerit, & hæc verba fauore li-
bertatis impropriantur, & valet legatum, quia illa verba in-
terpretamur, idest arbitrio boni viri, vt probatur in dicta l.
fideicommissaria libertas. in princip. Quod etiam dicit idem
esse in ver. placet, quod fauore pariter libertatis accipimus
pro arbitrio boni viri. Ab illa enim præsumptione, quæ
ex proprietate verborum colligitur de voluntate testatoris
præsumitur. prout in tex. in alleg. vers. quid si ita scriptum,
dum ibi dicitur, si hæres voluerit ita demum non valet, si to
tum stat in voluntate hæredis. Et sic dicit Dec. vitiatur lega
tum quando omnino constat de voluntate testatoris, seu e-
ius mente (dicite vos) si totum est positum in voluntate
hæredis. subdit Dec. sed non vitiatur ex eo simpliciter, ꝙ te-
stator dicat, si hæres voluerit, quasi si tunc (vt supra di-
ctum

ctum fuit) fauore libertatis interpretatio facienda sit. 1. Ar-
bitratu boni viri. Tandem Dec. super ijs cogitandum relin-
quit, ex quo Docto. communiter aliter dicunt.

Quæ D. meus super illa vlt. qõne Abb. hic congessit, mihi
videntur satis extra eam, & (vt præmisi) quæsitum Abb. ab
hoc D. mei, & in substantia, & in circunstantijs sat diuersum
videtur, quod apparebit, si deueniens ad mẽtem ipsius Abb.
ac ad eiusdem argumenta. Quærit ipse Abb. an possit fieri
commissio, vt teneatur commissarius sententiam iuxta con
silium sapientis ferre? Dum dicit possit fieri commissio, in-
telligi posse dupliciter affirmo vno modo, videlicet. An pos
sit committi delegato, & sic primo, vel principali ad hæc de-
putato. Huic interpretationi conferunt verba M. Tullij pro
domo sua, videlicet. Gn. Pompeo plurima bella extra ordi-
nem sunt commissa. Ac ẽt verba summi Pontificis in c. inter
R. seniorem. versus fi. de elect. Ideo causam ipsam vobis du-
ximus committendam. Et sic commissio causæ per Papam
facta fuit delegatis. Altero modo intelligere possumus, vide
licet. An possit cõmitti subdelegato. In illis verbis, vt teneat
commissarius, duplex adhuc interpretatio cadit, vna, quòd
commissarius sit ille, cui causa committitur, & sic commissa-
rius interpretari debebit. 1. delegatus altero modo commis-
sarius accipietur pro subdelegato. Licet in vtroque membro
rum præmissorum, vtraque interpretatio sumi posse videa-
tur, mihi tamen (quantum ad rem nostram attinet (in vtro-
que membro magis placet postea interpretatio, & sic, quòd
Abb. loquatur de commissione. i. subdelegatione: ac com-
missario. i. subdelegato. Tum quia materia huius nostri tex.
est circa subdelegatum: Tum arguendo, seu declarationem
sumendo a præcedentibus, & subsequentibus. Supra enim
proximè Abb. quæsiuit nunquid commissarius teneatur q̃-
rere consilium: postea quæsiuit an subdelegatus posset cõ-
missarium reuocare, & sic accepit commissarium pro sub-
delegato: infra verò inquit, Ergo eodem modo potest ipse
formandam alteri reseruari: Et sic loquitur quando dele-
gatus subdelegat, reseruato alij, quòd sententiam formet,
& sic loquitur de subdelegato, qui consilium alterius se-
qui debeat.

Sequitur ex præmissis, quòd dubium Abb. sit, an subde-
legatus consilium alterius sequi debeat? Duæ fuerunt opi-
niones, vna Innoc. pro negatiua, pro qua sic arguitur Arbi-
43 tria, † & iudicia in omnibus æquiperata sunt, eisdemque
modis & terminis regulantur, nisi specialiter contrarium a
iure statutum reperiatur. l. 1. cum ibi nota. per glo. Alberi. de
Rosa. & alios. ff. de arbit. & per Specu. eo. tit. de Arbit. §. dif-
44 fert. Hinc dicimus, quòd † mulier in illis casibus, in quibus
iudicare potest, potest etiam arbitrix esse, & contra. cap. di
lecti. to. tit. & l. vlt. C. eod. cum vtrobique nota. & voluerunt
Imo. Abb. & alij in c. quintauallis. de iureiuran. Hinc etiam
aliàs dicebam, quòd sicut iura prohibent iudicia secularia
apud ecclesias agi, seu exerceri. c. decet. de immun. eccles.
lib. 6. & per Bar. in l. actus. C. de fer. Ita & arbitrio. prout vo-
luerunt Lap. Abb. & Ancha. in alleg. c. decet. ac Imo. & Abb.
in præalleg. c. quintauallis. ergo cum arbiter cogi non possit
consilium alterius sequi. iuxta text. in l. si vnus. §. idem Pom-
ponius. ff. de arbit. vbi quòd non potest in arbitrum compro
mitti, vt ferat sententiam secundum, quod alteri visum fue-
rit: sic nec cogi possit iudex, vt pariter sententiam iuxta al-
terius cõsilium proferre teneatur. Ad hoc respõderi posset,
quòd quantum ad rem nostram attinet, sententiam con-
stituunt inter arbitrum, & iudicem, vt supra dixi. nume. 40.
Et in pluribus alijs differentiæ dantur inter ipsos arbitros
compromissarios, & arbitros iuris, vt per Imo. & alios, in al-
le. c. quintauallis. de iureiur. per Io. Bap. de San. Blasio in suo
tracta. de arbitr. ac per Aret. in §. omnium. Instit. de actio. sic
inter ipsa arbitria, & iudicia, vt per eosdem. & per text. in c.
vlt. ad fi. de re iudi. & in c. 2. de arbit. lib. 6. Altera fuit opin.
quàm sentire dicunt Host. videlicet, quòd si iudex omnino
teneatur sequi consilium alterius, id decernente, seu mandã-
te principe, vel statuto, vel pacto id exigente, seu alia ne-
cessitate ita sententiandi imminente, cum Docto. hic, & ali-
bi multa super ijs dicant, & nos desuper aliqua tractaueri-
mus supra, vltra non esse procedendum arbitramur: conclu-
dentes hanc vltimam opin. non solum in Tuscia, sed vbique
in Italia seruari. Et illa rñsio Host. de qua hic per Abb. videli
cet, ꝙ iudex debeat conformare conscientiã suã f̃m consiliũ
periti, mihi pulcherrima vr̃. Exciperem casus, in quib. ꝛsiliũ
esset ad occultum fatuũ, vel ꝛ casum legis, ad tex. in l. ancillę.
vbi Bal. & alij. C. de furt. l. illã. C. de collat. Corn. consil. 109
viso infrascripto. in fi. lib. 1. D. meus consi. 452. visa ante nu.
27. Immo si consilium esset ꝛ casum legis, & causa aliqua iu
sta pro consilio subesset, adhuc illud sequi possemus in termi
nis nostris: ꝓut etiam ꝛ casum legis pronunciauit Iaco. de
Arena. cum quo residere videtur Bar. in l. vlt. ff. quo. bono.

45 Quæro an † consilium sapientis suspẽdat iudicis iurisdi-
ctionem? sic distinguo, aut loquimur in petito tantum, non
autem decreto: & tunc subdistinguo: aut loquimur de iure
communi, puta qñ agitur ꝓ maiori animi sui satisfactione,
& tunc iudex tenetur consilium hmõi expectare: nec petitio
hmõi iurisdictionem suspendit, vt voluerunt Ange. in l. ad
principem. per illum tex. ff. de appel. & Fran. in c. vt debitus.
nu. 43. eo. Aut loquimur qñ petitur ex forma alicuius statu-
46 ti, † & tũc subdistinguo: aut sumus in casu in iure dubio: aut
indubitabili: primo casu suspẽdat: & statutũ sperni nõ posit.
in secundo casu ita in effectu distinguendo ꝛcludũt Doct. in
l. 1. C. de relatio. Alex. in specie cõs. 62. visa. col. 2. ver. fortifi-
cat. lib. 2. ac cõs. 145. viso ꝓcessu. col. vlt. vers. Ex alio capite.
vol. 5. Aut loquimur qñ est petitũ, & per iudicẽ ꝛcessũ hoc
cõsilium sapientis, & tũc si simus de iure cõi, si iudex, qui ꝓ-
nunciauerat remittendam esse cãm ad consilium sapientis,
hmõi ꝓnunciam reuocasset, & ꝓcedat postquã reuocauerit,
ꝓcessus validus erit, nec suspensio aliqua iurisdictionis con-
siderari poterit, quippe q̃ per reuocationem sublata erat, q̃
ex dicta remissione ꝓcedebat, seu causa erat, quæ reuocatio
iudici conceditur: & vltra iura cõia, cõemq; regulam tex. in
in l. quod iussit. cum alijs. ff. de re iudi. in specie est text. in al-
le. l. ad principẽ, iun. ijs, quæ volunt ibi, Doct. ff. de app. vbi ẽt
volunt, ꝙ inuitis adhuc partib. reuocatio hmõi fieri posit,
ẽt si ipsa remissio fuisset facta de consensu partium. l. ex illo.
vbi Bal. C. eo. ac Fran. in c. cum cessante. nu. 13. in 4. limit. eo.
tit. Aut sumus in statuto, de quo s̃. & pariter subdistinguerẽ:
Aut. n. fuit concessa dicta remissio pro obseruantia debita
ipsius statuti, & tunc reuocatio fieri nõ poterit: aut apparet,
47 ꝙ † calumniosè, & animo differendæ litis petita fuit hmõi re-
missio ad consilium sapientis, & reuocatio erit bona, & sus-
pensio iurisdictionis remouebitur, & ꝓcessus erit validus.
vt voluit Alex. præal. consi. 62. col. 2. versi. fortificatur. lib. 2.
post Ang. cons. 33. Idem voluit Ang. in l. post rem. ff. de tran
factio. Calcan. cons. 83. quia in causa. num. 5. & in simi. voluit
Lap. alle. 52. an oporteat. nume. 8. ac Rober. Maran. de ordi.
iudic. par. vlt. in 2. actu prin. nu. 98. in 2. limit. Aut loquimur
48 qñ consilium sapientis † expectatur, & tunc siue simus in di-
spositione iuris cõis, siue statutũ, de quo supra supponatur,
iurisdictio enim suspensa est, & quicquid agitur nullum, inua
lidum, & attentatum erit, vt post Bal. voluit Fran. in alleg. c.
vt debitus. nu. 43. de app. Pau. Castren. consi. 87. Alex. consi.
238. ponderatis. num. 13. vol. 6. Soc. consi. 10. nu. 11. volu. 4.
vbi subdit, ꝙ etiam de iure communi nullitas processus in-
ducitur, si consilio spreto procedatur. Et paria sunt causam
esse relatam ad principem, & esse consilium sapientis remis-
sum; & vtroque casu iudicis officium conquiescet, & nihil
interim innouari debeat, vt post Bar. per Rui. consi. 72. circa
vol. 4. nu. 8. ac consi. 77. ad ea. in prin. volu. 5. Et de relatione
ad principem tracto super glo. facul. §. volentes. in ver. refer-
re, ante medium. ver. Et de relatione principi facienda.

REPETITIO
IN CAP. IN LITERIS. DE OFFIC. DELEG.

Celeberrimi I. V. D. Quintiliani Mandosij.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio delegati quando expiret?*
2 *Delegatus ad certam causam dicitur iudex.*
3 *Differentia per plus, & minus non differunt specie.*
4 *Opinio vltima prevalet.*
5 *Adoptiuos non venire filiorum appellatione.*
6 *Delegatus principis potest per se suam sententiam executioni demãdare.*
7 *Authoritas, & iurisdictio nonnunquam sinonima.*
8 *Iurisdictionem an delegatus habere dicatur.*
9 *Functus officio suo an iudex per sententiam dicatur.*

10 *Functus officio suo quando iudex dicatur?*
11 *Sententiam validam iudex ordinarius, vel delegatus mutare non potest.*
12 *Declarare an iudex possit sententiam suam?*
13 *Moderationem designare diminutionem, ac remissionem.*
14 *Arbitri an suas sententias declarare possint?*
15 *Successor in officio, an sententiam prædecessoris declarare possit?*
16 *Sententia an sub conditione ferri possit?*
17 *Conditione subresolutiua, an sententia ferri possit?*
18 *Sententia sub conditione intrinseca, an sit ipso iure nulla?*
19 *Condemno te in eo, quod actor probabit, sententia an valeat?*
20 *Sententia sub conditione intrinseca, subsistente causa substinebitur.*
21 *Conditio propriè dicitur de futuro.*
Collatio beneficij sub conditione, si vacat, tenet.
22 *Nulla existente sententia delegati, an idem possit denuo pronunciare.*
23 *Nullum pro nihilo habetur.*
24 *Iuramentum nulliter præstitum pro non iuramento haberi.*
25 *Citatio nulla citatum non afficit.*
26 *Præuentio non inducitur ex citatione nulla.*
Iurisdictionem non perpetuari per citationem nullam.
Acceptationem beneficij per procuratorem nulliter factam, non præiudicare domino.
27 *Præscriptio non inducitur ex citatione, seu contestatione nulla.*
28 *Rescripti inualidi non est necessaria mentio.*
29 *Sententia nulla non dicitur sententia.*
30 *Requisita a lege debent esse valida.*
31 *Primo actu nullo existente, deuenitur ad secundum.*
Eligens nulliter alieno nomine, non potest iterum eligere.
Rotę Romanæ, Auditores habent ordinariam iurisdictionem in cognoscendo.
32 *Delegatus principis an suam sententiam nullam reuocare possit?*
33 *Delegatus ad vniuersitatem causarum, potest suam sententiam nullam reuocare.*
34 *Delegatus ad vniuersitatem causarum, an equiparetur ordinario?*
35 *Delegatus iudicans contra formam mandati, poterit iterum sententiare.*
36 *Forma non seruata nullitas resultat.*
37 *Iustitiam faciat, verba in signatura commissionum, non inducunt formam.*
38 *Rescripta emanant ad effectum, vt iustitia ministretur.*
39 *Expressio eorum, quæ tacitè insunt, nihil operatur.*
40 *Taciti, & expressi parem esse virtutem.*
41 *Priuilegium amittere debet eo abutens.*
42 *Citatio prima regulariter a principali incipere debet.*
43 *Sententia contra procuratorem ferri debet.*
44 *Errore facti sententia nulla prolata, iudex an dicatur functus officio?*
45 *Feriato die actus iudiciarij exerceri prohibentur.*
46 *Tex.hic limitatur procedere in iurisdictione delegata, secus in alia potestate alicui data.*
47 *Procurator substituens nulliter, iterum substituere poterit.*
48 *Procuratorem substitutum facultas reuocandi in mandato.*
49 *Substitutio procuratoris cum facultate illum reuocandi.*
50 *Subdelegatione ex defectu personæ nulla existente, an possit alius subdelegari?*
51 *Eligens nulliter, an dicatur functus officio suo?*
52 *Electio non tribuit ius in re.*
53 *Ordinarius qui nulliter iudicauit, an dicatur functus officio suo?*
54 *Ordinarius, qui sententiam nullam protulit, iterum iudicare poterit.*
55 *Nullitatis in causa quis iudex adeundus?*
56 *Appellationis iudex potest sententiam, a qua appellatum fuit, etiam reformare.*
57 *Libello inepto existente superior non potest reformare sententiam inferioris.*
58 *Archiepiscopus non potest se impedire de causis sui suffraganei, nisi per viam appellationis.*
59 *Archiepiscopus adiri potest propter episcopi negligentiam.*
60 *Archiepiscopus est iudex ordinarius episcopi.*

IN literis. Tex. hic communiter sic summat. Post diffinitiuam executioni de-
1 mandatam expirat delegati † iurisdictio.

Diuidit Abb.hũc tex.in 2.par.In prima enim(vt ipse inq.t) ponit decisa consultatio.In secunda ibi,Consultationi,ponitur rñsio.In prima parte (dum inquit Abb.ponit decisa consultatio,legendũ fortè esset,Decisionis consultatio.i.decisionis petitio:vel si sic,vt legit Abb.vel alr legendũ esset,supponendum est,ꝙ licet nos nõ habeamus,nisi hæc verba,videlicet in literis,& infra, quod vltimum verbum sonat idem, qd & relidua, seu & cętera, breuitatis causa verba petitionis in nostris codicibus trãscripta non fuerint,Sed Abb.& alios antiquiores illa vidisse in tex.originali huius cap.facilè credide rim:Et fortè,vt ex dictis Doc.hic,& ex verbis,quæ hodie habemus, colligi põt, ꝙ in literis epi Brixiẽ.Alexã.III.directis, ab ipso q̃rerẽt, vsq; ad qd tps delegatus se interponere põt, vt stari deberet eius snĩæ,cui petitioni respõdet Papa,vt hic.

Licet cum diuisione Abb.premissa Doc.cõiter transeant, mihi melior diuisio vr pariter in secunda parte,vt prima ponat petitio,cum eius decisione subsecuta.In secunda quæ est ibi,quia semel,assignetur ratio rñsionis,seu decisionis. Vel si in tertia parte diuidere volumus,dicamus,ꝙ in prima ponat petitio epi Brixien. quam hodie non habemus: In secunda, quę est ibi, Consultationi tuæ,ponitur (vt supra dixi) rñsio, & decisio ipsius Papę:In tertia parte ibi,Quia semel,subiicit ratio rñsi pontificij: Facti species ex præmissis colligi potest.

2 Primò not.Abb.ꝙ delegatus ad certam causam dr † iudex. ad tex.in c.forus.de verb.sign.vbi dicit idem Abb.poni etymologiã huius verbi iudex.D.meus oppugnat,ex quo tex.ille non cõueniat huic delegato,cum ibi det hæc etymologia, Iudex dictus,quasi ius dicens populo. Et idem dr in c.1.23. q.2. Vnde ex hac etymologia sumi debet resolutio nominis in proprium significatum. ad tex.in l.notionem.§.instrm. in l.quibus præcipua.in l.tugurij.in l.vt Alphenus.& in l.pupillus.§.territorium.cum not.vbiq; per glo.ff.de verb.sig.Bart. in l.omnes populi.in 6.q.prin.ff.de iust.& iu. Ad hoc responderi potest,ꝙ non minus est iudex,qui in vna causa iudicat,
3 quam qui in pluribus:dria † enim per plus,& minus,nec gñe, nec specie differunt. l.fi.ibi. Etenim in mediocritate, non in gñe differunt.& ibi Bar.in prin.ff.de fun.instr. l.scriptũ.ff.de euict.Bar.in l.ita stipulatus.col.2.vers. Sed ꝗ istam lect.ff.de verb.obl. Arist.Ethic.lib.1.c.6.inquiens : Bonum magis diuturnum non differre specie a minus diuturno, veluti album vnius diei ab eo,quod per mille annos durauit.Et dixit Lap. alle.133.incip.Matthæus,ante num.3.ꝙ habentes iurisdictionem pluribus in locis maiores officiales sunt illis, habẽtibus in paucioribus locis,sed non sunt plus officiales.

Insuper rñderi põt,ꝙ vera etymologia sit,ꝙ iudex sit dictus quasi ius dicẽs,& sic absq; illo termino populo,q̃ tñ dictio adhibita sit frequentioris vsus gratia, quia frequẽtius iudices populis ius dicunt,igitur non per hoc excluduntur illi iudices, qui non populo,sed paucis ius dicunt.ad glo.in clem.1.de rescrip.in vers.præsidentes.in fi. Ias.in l.1.num.15.ff.de legib. Corset.in suis singul.in versic.frequentia. Præter id,quod dicere possumus hunc iudicem delegatum populo ius dicere, si aliquibus de populo ius dicit, seu ius dicere potest.

Altero modo responderi potest,videlicet, ꝙ tam in alleg. c.1.23.q.2.quàm in d.c.forus. datur altera etymologia iudicis,ibi,siue quod iure disceptet. Iure autem disceptare,est iustè iudicare : Hæc autem etymologia, seu decło non minus conuenit iudici delegato,quã iudici ordinario.Et cũ tex.pdicti loquunt per dictionem,siue,& sic alternatiuè.sufficit vnã partem iudici delegato conuenire:arg.tex.in l.si heredi plures.ff.de cõd.insti.l.si quis ita.& ibi Alex.& alij.ff.de ver.ob. Bar.in l.si is qui ducenta.§.vtrum.post prin.ff.de reb.dub.Et tanto magis hæc procedunt,cum hæc etymologia,quæ non minus delegato,quàm ordinario cõuenit,& quę in delegato
4 omnino,& ex omni sui parte vera reddit,sit vltimo † loco posita,quo casu vltima opi.glo.vel Doct.censetur magis cõprobata,& opi.vltima pualet, arg.tex.in l.si idem cum eodem. §.si vna.vbi Ias.num.3. & communiter Doct.de iurisd.omn. iud.l.qui filium.§.Sabinus.iuncta glo.in ver.& alię.versus fi. ff.ad Treb.Bar.in l.bona fides.num.2.ff.depo.Bal.in auth.ex testamento.col.2.vers.ex quo vltimo.C.de collat.c.capellanus.vers.Posteriori sententia.de fer.Alex.cons.72.nu.4.ver. Ista est vltima opin.lib.1.Barbat.consil.1.num.64.lib.3.

Altera põderatio D.mei hic ꝗ dictũ nota.est,ꝙ in tex.nostro (supplete ius imò in toto hoc tit.) nõ appellat hic iudex simplr,sed iudex delegatus: & sic fm quid.sicut homo mortuus nõ dr homo,pro quo citat tex.in l.j.ff.de don. vbi ꝙ donatio non dr ppria,q̃ non est pura donatio,quasi inferat,verbũ iudex debere accipi,& intelligi naturaliter,& propriè,nõ aũt fm quid,vel accidẽtaliter.ad l.fi. C.de his,qui ve.ęta.impet.l.3.§.j.ff.de tute.l.1. §.hoc interdictum,de cisterna. & ibi no.Bar.in fi.ff.de fonte.& in l.fi nu.1.ff.de off. pcõ.Hinc dicimus in legatis,filiorũ appłone non venire filios adoptiuos
5 † ex quo non sint filij naturales,sed ciuiles.l.fi ita qs.§.fi.ff.de leg.2.Neq; veniũt in fideicõmissis.l.fideicõmissum.ff.de ꝗd. & dem.Vbi si sine liberis decesserit,intellr de natiuis,nõ adoptiuis: pulchrè per Curt.Iun.cõs.145. Facti continentis,nu. 21.& 26.nec etiam veniunt in emphyteusi facta pro se,& filiis.Spec.in tit.de loca.seu de emphyt. §.nunc aliqua,q.88.

Ad pmissa oĩa rñderi põt,negãdo,ꝙ delegatus ad vnã causam nõ sit ppriè iudex,imò affirmãdo illũ ppriè,& verè iudicem esse:alioqui malè,& ineptè,poneret ti.de off.iud.deleg.

Immo

Immo retorquendo argumentum D.mei, si vera essent eius supposita, & iudex cum adiuncto aliquo diceretur improprius, vti in exemplo Dec.vt homo cum adiuncto, videlicet, homo mortuus, vel homo pictus,sequeretur,quòd iudex ordinarius esset impropriè iudex, & tamen habemus titu.de offi.iudi.ordi.Immo cum iudex delegatus sit maior, & dignior iudice ordinario.c.sane.2.hoc titu.de offi. deleg. c.studuisti.de offi.lega.c.pastoralis.de offi.ordi. glo.rubr.ac communiter.Docto.ff.de offi.eius.Alex.consi.79.circa primum.colum.3.lib.1.vers.Quis igitur, concludendum esset, cum denominatio facienda sit a digniori, seu potentiori.l. q̃ritur. ff.de statu homi.§.si quis ex aliena tabula.vers.Ridiculum est enim.Insti.de re.diui.c.quod in dubijs.cum glo.in ver.consecratio.de conse.eccle.vel alta.quòd potius delegatus, iudex dici mereatur, quam ordinarius,vel saltem ęquè vterque propriè, & verè iudex dicatur. Plura alia pro opinione Abb.adducere possem, verum hæc sufficiant, vt ad vltima deueniamus, affirmantes cum Abb.super præmissis residendum esse.

Secundo notat Abb. ibi Per se, vel per alium, hic esse
6 text.expressum, quòd delegatus † principis potest principaliter per se suam sententiam executioni mandare, vnde non teneatur prius requirere ordinarium. Remittit se Abb. ad ea, quæ dixit supra eo.in capit.significasti. Pro quo est etiam text.in cap.quærenti. hoc eod.titu. vbi quòd delegatus Papæ vsque ad annum sententiam suam exequi potest. Et quòd delegatus Papæ per se, vel alium exequi potest supponitur in text.cap.pastoralis. §.præterea. eod.titu. De quo etiam per eundem Abb.cons.87. incipien. Abbas.num. 2.lib.1.

De iure autem ciuili, & sic in locis vbi ius ciuile seruatur, an delegatus principis suam sententiam exequi possit nõ parua est dubitatio, fatendum tamen est magis communem sententiam esse idem, quod de iure pontificio in hoc statutum est, & de iure Cæsareo procedere, & sic vt concludendum sit etiam vbi seruatur ius ciuile, posse delegatum principis suam per seipsum sententiam exequi. hanc quæstionem ad partes tractant, cum suis argumentis, & responsionibus glo.& Barto.Ang.& Alexand. ac Ias. in l.a diuo Pio.num.6.& 10.ff.de re iudi.ac ibidem Vincen. Herculan.Perusin.col.11.vers.Ideo potest. & D.meus.in c. significasti.in 3.not.num.8.& seq.de offi.deleg.& Maran.de ordi.iudici.par.4.cap.8.nu.45.& seq.

Tertio notat Abb.ibi authoritas, & iurisdictio, quòd
7 hæc verba † nonnunquam capiuntur, vt sinonima, & idem dixerat hic Anto.de Butr.Sinonima autem (quæ puto vos non ignorare) dicuntur, quæ sub diuersis vocibus idem significant, vt ensis, mucro, gladius. Contra quod nota. opponit Andre.Barba.per istum text. vbi copula ponitur, quæ arguit diuersitatem, vt apparet in princ.Genes. Creauit Deus cœlum,& terram. Item & diuidam diem ac noctẽ. rursus Masculum,& fęminam creauit eos.In iure autem habemus text.in l.huiusmodi.§.si Titio.ff.de legat.1.in l.1. ibi Boni, & æqui, vbi glo.in ver.ius, post medium,ac Barto.& alij notant, aliud esse bonum, aliud æquum. ff. de iusti. & iu.quod etiam colligitur ex rub.ff.de iur.& fa.igno.D.meus hic probat & concludit aliud certè esse authoritatem, aliud iurisdictionem : Verum quo ad text.nostrum authoritatem iudicis, & iurisdictionem iudicis idem dicit significare : Si cum Dec.tenemus, affirmare debebimus dictionem,&,ꝙ positam hic inter duo idem significantia, accipiendam esse ꝙ idest.l.1. ff.si quis cautio.l.filij. cum glo.ff.ad munici.l.1.ibi Placitum, & consensus.ff.de pact.c.cupientes.§.denique. & ibi gl.in ver.aliqui.de euictio.

Quarto notat idem Abb.per eisdem verbis Authoritas, & iurisdictio,quòd delegatus dicitur habere authoritatem, & iurisdictionem.iuxta text.in l.2.ff.de iurisd.omn.iudi.ibi, Cui iurisdictio mandata est, & postea, sine quibus iurisdictio explicari non potuit, supponendo, quòd iste text.loquatur etiam de delegato,vt per glo.ibi, Bar.& alios. & facit totus titu.ff.de offi.eius,cui manda.est iurisdictio.Aduertit D. meus, ꝙ hoc sit verum ad effectum iustitiæ adminis-
8 trandæ, vt dicatur habere iurisdictionem, † at non absolutè, ex quo iure proprio illam non habet, sed iure alieno, & nihil habet proprium.l.1. §.qui mandatum. ff.de offi.eius.l. more.& l.solet.ff.de iurisd.omn.iudi. Et iurisdictio delegati dicitur extraordinaria.c.de cętero.iun.glo.in ver.extraordinarium.1.delegatum.de transactio.c.induciæ.ver.Ei autem.

3.q.4.Hyppo.de Marsi.singu.296. incipien. Aliàs practicaui.vers.& dicit, quòd non.

Quinto & vltimo notat Abb.quòd per sententiam non
9 dicitur iudex omnino functus † officio suo,sed demum post executionem factam:In hoc tamen dicatur officio suo functus,ne possit se amplius impedire de cognitione causę.Pro hoc vltimo citat tex.in l.iudex postquam semel dixit sententiam,postea iudex ẽt definit.& post,semel.n.siue malè, siue benè functus est officio.ff.de re iudi.Et sentiunt ibi text.illũ loqui etiam de delegato.Ad idem,idem Abb.citat text.in l. cum querebatur.ff.eod.vbi quod iudex malè iudicans, non potest iterum iudicare,ratio est,quia (vt s̃.dictum fuit) non potest iudex amplius in illa causa se impedire.

Glo.1.vt illam hic declarat Abb.vult delegatum mandãdo alteri executionem non dici functum officio suo, nisi sit paritum suo mandato.per tex.in c.significasti.s̃.hoc ritu.vbi delegatus Papæ reassumpsit iurisdictionem,ordinario nolẽte,vel non valente exequi.Abb.remittit se ad ea,q̃ dixit sup d.c.significasti,nonnulla hic addens,quę j̃.tractãda venient.

Glo.2.adducit duos tex.concordãtes,& ponit decẽ alios casus,quibus expirat iurisdictio delegati.tex.primus concordans est in alle.l.iudex postquam.ff.de re iudi.de materia cui ius text.iam aliquid supra tetigimus, & infra tangemus. Alter text.per glo.adductus est,in c.venerabili.ad fi.ibi, Et archiepiscopus ipse cum iam suo functus esset officio, dicto abbati cummittendo & c.infra hoc tito.nostro. Circa alios casus,quibus iurisdictio expirat, Abb.hic remittit se ad Specu.hoc eo.tit.§.restat videre.per totum.Vos videre ẽt poteritis per Host.in sum.hoc ipso tit.§.& qualiter finiatur.

10 Quærit Abb.quando iudex † dicatur functus officio suo? Fũctus officio dici poterit, quando quis in officio,quod sibi incumbebat fecit omne id,quod ad se spectabat, cõpleuitq; sibi incumbentia,& finita est iurisdictio,siue loquamur in ordinario,siue in delegato,vt declarat etiam Fel.in c.qualiter, & quando.1.de accusa.num.23. ver.Et ratio est, quia iudex per sententiam diffinitiuam. Et fungi officio, est officium exercere. Fungi præterea, seu magistratu, est ea facere; quæ spectant ad præturam, seu magistratum. Sic & fungi sacerdotio. De ijs, & similibus habemus Exod. cap. 20. Vt sacerdotio fungatur mihi Aaron. Deuteronom.20. Et alius homo eius fungatur officio, & apud M. Tullium 2. Officio. Iustitiæ fungantur officio, qui adipisci veram iustitiæ gloriam volunt. habemus text.in l.sed licet.ff.de offi. presi.in l.Barbarius.ff.de offi.præto.in l.obseruare. in princ. ff.de offi.procon.in l.quid enim prohibet legatum publico munere fungi. ff. de iudi. in l.legatorum, in fi. ff.de legat.2.

Circa hoc quando iudex dicatur functus officio suo,cõsiderat principaliter Abb.duos casus, vt aduertit hic D. meus, primus est quando sententia valuit: secundus est, quando fuit nulla. In primo casu concludunt, quòd nec or-
11 dinarius,nec delegatus mutare potest sententiam, † quam semel protulit, siue sit æqua, siue iniqua, & quòd vterque dicatur functus officio suo, quo ad cognitionem, & quo ad ipsam sententiam, vt in hoc text. & in alleg. l. iudex postquam. & in l.Paulus. ff.de re iudic. ac l.quia arbiter. ff. de arbitr.iun.glo.versus fi. & l.1.C.senten.rescin.non poss. l.moris.§.sed damnare. versic.Et si fortè.ff.de pœn.l.1.ff.ad Turpil.cap.quod semel.& ibi Dyn.in princ.de regu.iur. lib. 6. Rot.16.in fi.de re iudica.in no. vbi quòd Rotæ Auditores eorum sententias reuocare, vel immutare non possunt. Roma.consi.362. quoad primum. in princ.Alexan.cons.71. videtur.colum.2.vol.5.Cardi.cons.29.incipien.iudex.Abb. consi.6.in quæst.num.4. versic.Quia immo iudex, qui tulit sententiam. lib.2.

Ampliant etiam ad causas criminales, per text. in alleg. l.moris est.§.etsi fortè. & in l.diui fratres. & l.relegati. ff.de pœn.l.1.§.fina.ff.de quæstio.vbi Barto.dicit notandum esse, quòd prætor non potest absoluere condemnatum, etiã si sibi appareat de innocentia. Deberet tamen iudex constito sibi de innocentia supersedere ab executione secũdùm Bald.in l.addictos.C.de episco.audien.Imol.in l.a diuo Pio. colum.antepenult.ff.de re iudica. Aret.plenè in cap.de his de accusa.Feli.in c.consanguinei.de re iudi.Et hanc conclusionem tam in causis ciuilibus, quàm criminalib. verissimã, & indubitatam affirmat Abb.cons.92.incipien.contra sentẽtiam.nume.3.lib.1. ac consi.6.in 2.dub.lib.2.Et voluit idem Abb.in c.suborta.col.penul.de re iudic.

Ampliat D.meus, vt iudex nec sententiam, quam pro-
12 tulit † declarare possit, ad quod citat cons. Calde.9. cir.fin. sub titu.de appel.dum allegat Bar.in l.ab executore.ff.de appel.Bar.ibi num.6.concludit delegatum sententiam a seipso latam declarare non posse. Verum diligentius hunc articulum tractemus,& regulam affirmatiuam constituemus,quæ sit,quòd licet iudex diffinitiuam sententiam mutare nõ possit,vt supra probaui,eam tamen declarare poterit,vt voluerunt glo.in l.ea quæ.C.commina.episto. & in l.sed & si ex vtriusque.in ver.& sic.ff.de euictio.glo.in ver.errorem.in §. his itaque.35.q.9.l.ab executore.& ibi glo.Bar.Io. de Imol. & alij ff.de appel.Io.And.in addi.ad Specu.in tit.de testam. §.nunc videndum.vers.Hoc etiam nota.Io.Fab.in l.1.versus fi. C.senten. rescin. non pos. Anto. de But. Card. Imo. Io. de Ana.Calder.Abb. Maria. Soci. ac Feli. nu. 23. in c. qualiter,& quando.1.de accusa.Bar.in l.hæredes palam.§.si qd. col.1.vers.item quæro an iudex. & ibidem Bald.in §.sed si notam.ac Imo.col.1.ver.Item quòd iudex.ff.de testa. Idem Bal.in l.2.C.de senten.ex breui.reci. & in l.ne in arbitris ad fi.ac Saly.C.de arbit.Abb.& alij in c.cum a nobis. de testib. Alex.in l.2.col.fi.ver.sed videtur.ff. de libe. & posthu. & in l.actorum.vers.Sed vbi esset.ff.de re iudi.ac cons.3. viso instrumento.col.fi.ver.Super alio quæsito.lib.1.Calcan.cons. 69.col.2.ver.Quarto quia.Feli.in c.super quæstionum. col. 1.vers.Ego allego.infra hoc ipso titu.D.meus in c.1.colũ.6. vers.Tertia est species.de postul.prælat. ac in l.in ambiguis orationibus.cir.fi.ff.de reg.iur.Idem D.meus consi.43. & ꝓ tenui.col.fi.vers.Ad propositum. dicit Lanfran.de Oria.in repet.c.quoniam contra.in ver.interlocutoria.col.5. ver.Vlterius dubitatur.de probat. Rebuff.in l.quod iussit. nu.153. ac 155.ff.de re iud.& hæc est magis communis opin.

Amplio vt etiam appellatione pendente possit iudex a quo suam sententiam declarare,& sic non obstante,quòd ab eo fuerit appellatum Gui.Papæ singu.349. ac in tracta. de appella.quæst.116.

Ampliat glo.in vers.errorem.in præalleg.c.loci.§.si is ita. 25.q.9.vt iudex possit non solum suam sententiam declarare,sed etiam moderari.Sed aduertatur, quòd glo.illa loquitur prius in interlocutoria, postea verò cum supponit sententiam diffinitiuam validam,concedit moderationem, sed non correctionem,nihil autem dicit de declaratione, in fi. verò dicta glo.admittit declarationem, seu interpretationẽ sententiæ præsidis,seu procuratoris, & satis, & sic arguendo a speciali in aliorum sententijs contrarium dicendum esset, sciatis autem moderationem designare diminutionem,redu
13 ctionem,ac remissionem,† l.cum filius.§.pater.vers.Sed moderandæ portionis.ff.de lega.2.l.illicitas.§.præses. ff.de offi. præsi.l.1.ibi, Vt iudices moderentur. ff.de testib. c.cum sit. ibi,Recisius tempus fuerit moderatus.vbi etiam D.meus in in 4.not.de appel.c.fi.iun.glo.in ver.moderationis. de verb. signi.c.procurationes.vers. Hoc adhibito moderamine. de censib.c.statutum.iun.glo.in ver.moderandum.de rescr.lib. 6.cle.1.iun.gl.in ver.moderationem.de iu.patro.

Ampliat Rebuff.in l.quod iussit,in 2.not.nume.160.ff.de re iudi.ad Legatum Papæ,ratio adduci potest,quia ipse legatus Papæ est ordinarius.c.si abbatem.§.huiusmodi. de elect. lib.6.& c.legatos.de offi.legati.eo.lib.Archidia.in c.fin.eo.tit. & lib.nu.1.ibi,Quòd si hoc obtinet in legato,qui est ordinarius. Et quòd legatus sit maior, & præstantior alijs ordinarijs,& illis pręferatur voluit Gemin.in alle.c.fin.in fi.& probatur ex text.in cap.si a sede apostolica.§.si verò.ibi, Vel legatus.& C.de præben.lib.6.vbi quòd cęteris paribus, collatio legati præfertur collationi ordinarij.

Amplio etiam ad arbitrum,vt declarare possit suam sententiam: cum arbitria redacta sint in omnibus ad similitudinem iudiciorum,nisi contrarium expresè a iure cautum sit. l.1.cum ibi nota.per glo. Alberi. de Rosa. & alios. ff.de arbit.& per Specu.eod.titu.de arbit.§.differt. Et quòd arbitri
14 † declarare possint suas sententias, vel arbitramenta. voluerunt Bald.in l.ne in arbitris.circa fin.C.de arbit. Calcan. consi.69.colum.2.vers.Quarto quia.ac Lanfran. de Oria.in tracta.de Arbit.q.27.par.7.

Verum quia præfati loquuntur, quando sunt plures arbitri, qui semel sententiam protulerunt, non defuerunt, qui dixerint idem concludendum esse si loquamur de vno arbitro, vt possit eius arbitramentum declarare, vt voluerunt Archid.in c.sicut.11.q.1.vers.in eadem glo.dum se remittit ad nota.in alleg.l.ab executore.ff.de appel.Specu.in titu.de arbitr.§.fi.colum.28. vers.Sed nunquid verbum obscurum. in vltima opin.per eum recitata.& ibi per Ioan.And.in addi. & Felin.in alleg.cap.qualiter, & quando.1.post num.28.ver Tertio nota.de accusa.qui etiam ad hoc citat Doct.in cap. quintauallis.de iureiur.

Contrarium in hoc tenuerunt Bald. & Lanfran.in locis supra citatis.& Ange.in l.1.in fi.vers.In glo.dicunt.& ibi Roma.num.28.vers.Ex quo infert.ff.si cert.petat. Henri. Boic. in c.cum olim.de arbit.Imol.in alle. c.quintauallis. de iureiuran.colum.2. versi.an autem possit. Cardi.in cap.exhibita.in 6.q.de arbit.Alexan.in addit.ad Barto.in alleg. ab executore.incipien.videmus. ff. de appel. Curt. iun. in l. si quis tentione.colum.fin.ff.de iudi.

Ex dictis Henri.Boic.Alexan.in addit. ad Bart.vbi supra. & Rebuff.in alleg.l.quod iussit.num.160. in 2.nota.ff.de re iudi.conciliari possunt opin. contrariæ, quòd arbiter sententiam suam, seu laudum, vel arbitramentum declarare posit, dummodo incontinenti id faciat, secus si ex interuallo. Et hanc conciliationem sensit Apostil. ad Felin.supra citatum in dicto c. qualiter,& quando.post nume.28.in ver.Tertio nota.

Ampliatur præmissa conclusio, vt non solum iudex, qui sententiam protulit, illam declarare posit, sed etiam eius
15 in officio successor, † ex quo videtur idem magistratus, & idem officium.l.proponebatur.ff.de iudi.intelligẽdo de interpretatione fienda ex verisimilib.cõiecturis & ex actis,tũc .n.talis interpretatio,seu declaratio cuicũq; iudici cõmittit. l. volũtatis. & ibi not.C.de fide icom.l.in obscuris.ff.de reg. iur.& nota.in l.si seruus.§.fina.ff.de lega.1.voluit Imo.in alle.l.ab executote. in princip. ff.de appellat. & pro ijs latius videatur apud Felin. contrarias opin. referentem, illasque concordantem in alleg.cap.qualiter & quando 1. nume.17. & ante. de accusa.Præmissa ego aliàs adducebam Romæ ꝓ corroboratione Dec.Rotæ 88.Peregrini Fabij lib.1. sub ijs verbis In vna segobiẽ. n. parochialis coram D. Peregrino Fabio 10. Ianuarij 1547. fuerat eidem D. Fabio præsentatum regestum, in quo bo. me. Thomas de Tanis pronunciauerat, vt subscriberet sententiam, quod petitum fuit a Dominis à poss. & subscribi ex commissione generali, siue speciali, dixerunt quòd sic.

Limitatur principalis cõclusio, vt locum habeat solum in magistratibus maioribus, secus in alijs, quamuis ordinarijs, vt habetur in l.prædicta ab executore per glo. & Bart. colum.2.vers.Et hoc est verum.& Bald.in princip.versi.Veniam ad secundam partem.glo.in ver.executor, in l.si vt ꝓponis.versicu.Modo quæro. C.de exe.rei iudi. glo.in l.2.in ver.Corrigendi.& ibi Bald.colum.1.vers.Quæro nunquid. & Ange.colum.1.vers.in glo.magna.C.de senten.ex breui. reci. Idem Bald.in l.ea quæ.vers.Quærit glo. C.commi. vel episto.Idem Bald.in cap.1.colum.5.vers.An autem iudex. & ibi D.meus.colum.6.vers.Tertia est species.de postu.prelat.Ang.in l.1.versus fi.ff.si cer. petat.Henri.Boyc.in tex.nostro,colum.fina.si quæris.Abb.in cap.ex parte.3. in fine. de verbo.signi.Idem Abb.in alleg. cap. qualiter, & quando.1. colum.2.versic.Et si velit interpretari. & ibidem Felin.ante num.25. versi.Sed aduerte, quòd ista fallen. limitatur quibusdam modis, & primo,vt habeat locum in maioribus magistratibus. de accusat. Rebuff.in l.quod iussit.num.161. ff.de re iudi.

Limitatur etiam, vt iudex declarare posit suam sententiam durante eius officio, non autem eo finito, vt voluit Bald.in alleg. l.ea quæ. versicu.quærit glo. C.commi. episto.& in l.1.circa fin.ff.de consti.princip. Ioan. And.in c. ex parte.3.versi.Nec puto, quòd iudex. & Abb. colum.fi. versicu. In glo.in vers.interpretatione. de verbo.significat. Idem Abb.in cap.cum olim.colum.1. versicu.Et argumento huius text.de arbit.Vterque Imol.in l.ex facto. in 2.& 3. not.ff.de vulga. & pupilla. Felin.in cap.per tuas.1.in 2.not. de simon.Rebuff. in alleg.l.quod iussit.num.160.acnu. 172.

Vltimo limito, vt conlusio præmissa procedat quando verba sententiæ sunt dubia, non autem quando sunt clara, vt voluerunt Bald.in l.voluntatis. colum.3. vers.Quæro si statutum.C.de fideicom. Pau.Castren.consi.338. colum.2.vers.Pro declaratione.lib.1.& in l.hæredes palam.§. si quid.vers.Multæ rationes.ff.de testam. Gemini. consi.33. colum.fina.vers.Præterea ostenditur. D.meus in l.in ambiguis rationibus.num.4.ff.de regu.iur.consi.56.col.pen. uer. Non obstat ergo.lib.3.

Hinc

Hinc sumpta occasione Abb.& D.meus hic tractant, an
16 sententia sub conditione † ferri possit ? pro parte negatiua, & quòd sic lata non teneat, hac addita declaratione, quòd simus in cõditione extrinseca, puta si nauis ex Alia venerit, est tex.in l.2.§.biduum.& ibi sic declarat glo.in ver.sub conditione.ff.quan.appel.fit.& in c.biduum & ibi Gemini.cir. princ.& Præposi.2. q.6.& voluit glo.in l.cum iudex.& ibi etiam Cy.& Bar.in 2.q.ac Pau.Cast.C.de senten.& interlo. Cyn.in l.non dubium in 5.oppo.C.de legib.Ange.in l.non quemadmodum.ff.de iudi.Idem Ang.ac Pau.Cast.in 1.no. & Alex.col.6.& alter Imo.col.2.ac Fas.post num.17.versi. Si autem est conditio extrinseca in l.a diuo Pio.§.in venditione.ff.de re iudi.Bal.in l.admonendi.col.2.ff.de iureiuran. Abb.in c.præterea.2.col.4.de appel.& in c.quod ad consultationem.in 2.not.de re iudi.Rebuff.in alleg.l.quod iussit.in 2.not.nu.306.D.meus in l.actus legitimi.in vltimis verbis. ff.de reg.iur.Et licet nonnulli contrarium tenuerint, hæc tamen opin,est magis communis & tenenda. Et hanc opin.tenuit etiam Rota post Alex.in alleg.§.In venditione.nu.16. & seq.ac Fely.in c.quoad consultationem.de re iudi.prout Deci.R.Paleot.360.incipien.Valerius.

Nunc deueniamus ad conclusionem Abb.quæ est, quòd iudex non potest ferre sententiam sub conditione resolu-
17 tiua †. Addo, quòd alioqui sic lata nulla sit ipso iure. Vltra relatos per D.meum hic pro hac opi.nu.10.vbi ponit exemplum huius conditionis resolutiuæ, puta quòd si esset in plus,quàm deberet condemnatus, quòd sententiam ad debitam summam reducit reperi idem voluisse Iacob.de Belui.in sua disputatione incipien. Cauetur iure municipali. Bal.in l.quid ergo.§.pœna grauior colum.6.versi.Iuxta hoc quæro.ff.de his,qui notan.infra.& in l.non dubium.in 5.oppo.versi.sed iuxta hoc quæro.C.de legib.& in l.item labeo. ff.fami.erci. Ange.in l.non quemadmodum .versus fi.ff.de iudi.Saly.in l.& quidem.col.12.vers.Ex ijs collige.C.de accusa.& Alex.consi.90.col.3.lib.1.& consi.118.lib.3.

Contrariam opin.tenuerunt relati per eundem Dec.Pro secunda opin.inter quos Alex.in alleg.l.iudex postquam. affirmans hanc de iure veriorem esse, adducens etiam rationem,quæ est, quia sententia non habetur pro perfecta, & absoluta antequam totus tenor sententiæ proferatur. D. meus simpliciter transit,& sic videtur in hac vltima opin.remanere,quem etiam sequi videtur Fely.in c.cum contingat. post nu.12.hoc titu.de offi.deleg.

Prima opin.est magis communis, quæ tamen limitari debet procedere tantum quando conditio resolutiua ponitur post perfectam sententiam, puta post verbum condemnamus, vel absoluimus, secus si prius apponatur, tunc enim conditio huiusmodi operari posset.ita Bart.in alleg.l.iudex postquam.versi. Dic aut dicta verba ponuntur.ff.de re iudi. cum quo alij transeunt.

Secundo limitari, seu declarari potest dicta prima opin. quòd licet vitietur cõdictio ipsa resolutiua, tamen sententia remanet. Bal.in l.certi condictio.§.quoniam.colum.penul. versi.Octauus.ff.si cer.pet.& Abb.consi.73.videt primo.nu. 3.lib.1.vbi quòd licet iudex non possit ferre sententiam sub conditione resolutiua, non per hoc corruit lata sententia, sed illa pars resolutionis habetur pro non adiecta, & remanet sententia pura.

18 Videamus † an sententia lata sub conditione intrinseca, puta si probauerit, sit ipso iure nulla ? pro opin.affirmatiua adducitur illa ratio, quòd incontinenti probatio sequi non possit,vt per glo.in l.cum iudex, quam ita declarat Bar.nu.3. in 2.q.C.de senten.& interlo.Amplius ratio adduci potest, quia sententia refert se ad probationes futuras, quæ nõ sunt in esse,& sic adest incertitudo.contra tex.in l.3.C.de senten. quæ sine cer.quanti.& §.curare Instit.de actio.Et pro hac affirmatiua concludunt Specu.in titu.de senten.prola.§.videtur.versi.Sed ecce. Sequitur Ancha.consi.207.incipien.in q. prædicta.post num.7.versic.Sicut sententia, qua iudex condemnauit reum,si actor probauerit quod intendit.Bald.in l. admonendi.col.2.ff.de iureiur. Pau.Cast.in l.continuus.ff. de verb.obli.& in l.2.§.biduum.col.3.ff.quan.appel.fit.Imo. in l.quæ Romæ.§. Augerius, & ibidem Soci.& Ias.vterque col.fi.ff.de verbo.oblig.Ant.de But.consi.50.Alex.consi.73. ad fi.lib.3.Rui.consi.38.col.1.& seq.ac consi.133.num.11.& 13.vbi hanc veniorem,& magis communem opin.affirmat. Idem etiam voluit Ias.in l.ait prætor.§.si iudex.nu.29.versi. Vnde adde secus esse si sententia feratur sub conditione intrinseca,sed de futuro.ff.de re iudi.

19 Contrariam opin.quòd imò valeat sententia † condemno te in eo,quòd actor probabit: si enim valet sententia sub conditione extrinseca,puta si nauis ex Asiia venerit,licet sic ferri non debeat.l.2.§.biduum.ff.quan.appel.fit, & supra ꝓbatum est, sic valere debeat sub conditione intrinseca, licet sic ferri non deberet,vt etiam per Abb.in cap.in nostra.post nu.9.versi.Nec obstat, quòd sententia sit conditionalis,de sepul. Hanc opin.tenuerunt Specu.in alleg.titu.de senten. prola.§.Iuxta versi.Sed ecce.Bal.ibi contrarius in l.non dubium.in 5.oppo.C.de legib.& in l.peremptorias.in 4.col.C. senten.rescin.non pos.& alij relati per Ias.in alleg.§.si iudex. nu.30.versi.Contrariam opin.Idem etiam voluerunt Aret. in l.continuus.in fi.princ.ff.de verb.oblig.& Fely.in c.quod ad consultationem.post prin.versi.Tamen tenendum est valere dictã sententiam contemno si actor ꝓbauerit de re iudi.

Præcedens opin.est magis communis,& tenenda,quæ tamen declaranda est non procedere quando adest iusta, vel legitima causa sic pronunciandi: puta si actor habeat intentionem fundatam a iure, & reus excipiens dicat se habere
20 iura in partibus longinquis. tunc sustinebitur † sententia præmissa sub conditione intrinseca, vt supra, vt voluerunt Abb.in alleg.c.in nostra.post num.9.versi.Nec obstat,quòd hic recipiuntur probationes super principali post sententiam.de sepul.Soci.in alleg.l.qui Romæ.§. Augerius.ad fi.ff. de verbo.obliga.Fely.in alleg.cap.quo ad consultationem. colum.2.versi.Et adde, quòd quando actor habet intentionem fundatam.de re iudi.

Vt plerisq; ex Dominis meis scholaribus morem geram, qui per nonnullos dies scholas (vt soliti erant)non frequentarunt causam edicto præstantibus nonnullis immanissimis, ac vilissimis hominibus (si tamen homines vocari merentur, procacissimi, infimi, ac infœlices satellites) qui contra illam aureis literis scribendam authen.habita.C.ne fil.pro pat. atrocissimas iniurias sine aliqua causa inferre nõ erubuerunt quibusdam Doctoribus, ac scholaribus quos iam iam debitas pœnas luituros prospicio,ac inuictis magni Ducis Etruniæ triremibus eorum accessum, præsentiam ac lacertorum robore ministerio ingens incrementum allaturos cerno. Repetendæ venient, & altiori quidem stilo nonnullę Doct.conclusiones,quare aliquas cursim tractauimus, fauete igitur auribus,& animis.

Postquam Abb.firmauit conclusionem, non valere sententiam sub conditione resolutiua, sentiens adesse nonnulla iura contraria huic suæ decisioni, ad illa respondet, quòd loquantur, & intelligi debeant de conditione suspensiua, & sic non resolutiua.ad ea,quæ supra adduximus. Vel quòd illa iura loquantur de conditione relata ad tempus præsens, vel præteritum, quæ non habet suspendere, vel resoluere,
21 per ea,quæ adducit.ratio est quia † conditio propriè dicitur de futuro, non autem de præsenti, vel præterito.l.in conditionibus.§.1.& l.si nominatim.§.fi.ff.de condi.& demon.l.si ita stipulatus fuero hanc summam.ff.de verb.obliga.l.2.iun. glo.in ver.in esse.& glo.seq.in ver.puta.ff.de hære.insti.Pau. Cast.post glo.in l.1.ante nu.6.versi.

Quod autem glo.dicit de conditione, procedit si apponitur circa id, quod est de futuro & c.ff.de condi.& demon.& Ias.in l.cum ad præsens. per Abb.hic citata.in 2.not.num.4. probat ratione,conditionem solam illam esse,quæ est de futuro,arguens hoc modo,Conditio propriè illa dicitur, quæ potest esse,& non esse: quia aut est,aut nõ est.ergo & c.Hinc dicimus valere collationem beneficij factam sub conditione, si vacat, ex quo est de præsente, vt voluerunt glo.& Docto.in c.2.de electio.lib.6.Bal.in l.penul.ad fi.C.de senten.quæ sine cer.quanti.Roma.consi.501.Alex.in alleg.l.iudex postquam.ad fi.Fely.in c.cum contingat.nu.17.de offi. deleg.Rip.in l.stichum, qui meus erit.nu.3.ff.de lega.1.quia quid tencat D.meus in l.actus legitimi.num.13.versi.Sed tamen ijs,& similibus.ff.de reg.iur.

Instamus circa primum casum Abb.quando sententia, valuit, vt tunc iudex siue ordinarius, siue delegatus sententiam suam mutare non posit, & quod vterque dicatur functus officio suo. Nunc ad secundum deueniendum est,vide-
22 licet quid si sententia fuerit nulla, † an delegatus dicatur functus officio suo,& amplius se intromittere non posit,sed ad superiorem recurrendum, qui delegatum dedit ? Abb. pro hoc adducit Inno.quòd delegatus non posit se intromittere, quia siue benè, siue malè functus sit officio suo.per text.

cum

cum glo.in l.sicut proponis.1.C.quomo.& quando iud.& idem dicit tenere legistas.communiter,& Dyn.in c.quod semel placuit.de reg.iur.lib.6.Idem voluerunt Alex.in alleg.l. iudex.post num.12.ff.de re iudi. Boe.Deci.6.Tiraq.in l.Boues.§.hoc sermone.in 1.limi.nu.40.Bello.lib.3.Supputa. iuris.c.18.num.1.

Contra hanc communem conclusionem arguo.Nullum,
23 † seu inualidum non est in consideratione, & pro nihilo habetur ad text.in l.1.in fi.ff.quod quis.iur.l.2.§.1.ff.quemad. testa.aperi.l.2.cum duabus sequen.ff.de optio. lega.c.illud. de iu.patro.c.non præstat impedimentum.de reg.iur.lib.6.
24 clem.2.§.fi.de re iudi. Hinc dicimus † iuramentum nulliter præstitum, pro non iuramento haben.l.qui per salutem.ff. de iureiur.Ex quo Pau.Cast.Syngu.26.infert ad testes non
25 bene examinatos. Sic & † citatio nulla non afficit citatum, etiam vt teneatur venire ad allegandum priuilegium suum. glo.magna,in fi.in l.placuit.15.q.4.Archid.in c.non ita.post
26 prin.2.q.6.sic & † citatio nulla non inducit præuentionem. c.proposuisti.ibi legitimè citatus.vbi Ioan. And.& But.de fo.compet. Ludo. Roma.consi.412.prohibenda.nu.5.quem sequuntur Fely.in c.illud.num.5.de præscrip.& Bar.Cassen. consi.1.in 4.præsuppo.nu.1.& Hyppo.de Marsi.in l.penult. num.23.ff.de quæstio.& quòd non perpetuetur iurisdictio per citationem nulliter factam,vel executam voluit Rot.Bisigne.vlt.de offi.vica.& 9.de do.& contu.aliàs 438.in antiq. ac Bellam.699.Et quòd actus inualidus a principio non perpetuet iurisdictionem nota.in c.cum plures.de offi.dele.lib. 6.& per Anch.in consi.16.viso processu.nu.5.

27 Præscriptio † pariter non inducitur ex citatione,seu contestatione nulla, quam tamen sola notitia malæfidei interrumpit.Bal.in l.& post edictum.§.1.ver.Extra quero vtrum per istam citationem.ff.de iudi.glo.fina.in l.si pater.C.ne de sta.defun.glo.2.in fi.in c.vt debitus.de appel.Abb.in c.illud. col.4.nu.14.de præscrip.Ioan.Fran.Bald.in tracta.præscrip.
28 in 4.q.princ.6.& vlt.par.De † rescripto nullo quòd non sit necessariò facienda mentio,est glo.magna.in c.ex tenore.in fi.de rescrip.Et hanc communem testatur Cur. iun. consi.
29 126.præsupponitur in facto.ante nu.9.Laudum † item nullum,seu sententia inualida, non dicitur laudum, nec sententia. Corn.consi.140.volu.4.Dec.consi.475.col.fi.in princ.ac consi.399.col.4.Et quòd sententia nulla, nullum producat effectum, probat text.in l.4.§.condemnatum.ff.de re iudi. Hinc dicimus per sententiam nullam iudicem non facere litem suam.glo.in l.fi.ff.de var.& extra.cogni.Ange.in l.3.§. hæc verba.ff.quod quisq; iur. Et generaliter, quòd in omni
30 materia,quando fit mentio a lege de aliquo requisito,† quòd intelligendum sit de valido, & efficaci est text.in l.4.§.condemnatum.ff.de re iudi.in c.Cumana.de electio.Et etiam generaliter in quacunque materia dicimus non factum, & nulliter factum paria esse.l.quoties.& l.de die.§.1.& ibi Docto. ff.qui sati.cogan.& in proprijs:terminis contra dictam communem quòd imò iurisdictio, non extinguatur per actum nullum concludit Ancha.præalleg.consi.16.nu.5.ibi Ita ipsam non perimit,nec extinguit maximè ordinarij,dictio autem maximè ostendit quòd nec etiam delegati.ad tex.in l.1. §.pater.versi.Vel maximè.ff.de colla.bono.cum alijs.

31 Insuper quòd stante actu primo nullo † deueniatur ad secundum, saltem ex benignitate,limitando regulam l.boues. §.hoc sermone.ff.de verb.signifi.& l.dotis promissio.§.quod vulgatum.ff.de iu.dot.ac.l.si socius pro filia.ff.solu.matri.& c.non potest.§.1.de præben.lib.6.voluerunt Barto.in l.qui per salutem.& ibidem Bal.Roma.& Ias.ff.de iureiur.Bald.in c.olim ex literis.col.2.de rescrip.& consi.144.ver.Item quoties primus actus.volu.4.Ias.in l.diuortio.§.quod in anno.in fi.ff.solu.matri.Felyn.in c.2.col.3.in 1.limi.decre.& pac.D. meus consi.512.col.fi.Cur.iun.consi.78.colum.fi.Gramma. Deci.102.num.84.& sequen.Tiraq.de vt.retra.pag.8.glo.7. num.6.& sequen.

Retenta communi opin.videlicet, quòd delegatus etiam nulliter pronuncians dicatur functus officio suo, nec in causa illa se amplius intromittere possit, responsiones ad contraria elici possunt quo ad terminos nostros ex deductis per Docto.hic, & ex ijs,quæ infra dicentur. Et ego vltra omnes sic respondeo ad omnia contraria, quòd quando quis vtitur non iure proprio, sed alieno, exemplum in delegato.l.1.§. qui mandatam.ff.de offi.eius, & latius supra probaui, etiam si actum inualidè fecerit, non potest amplius in eo se intromittere,quippe qui facultatem sibi concessam consumpsisse dicatur,'vt probatur ex text.iun.glo.in l.si vt proponis.C. quomo.& quan.iud.& voluit glo.in l.iudex postquam.ff.de re iudi.Rot.in not.341. & plenè probat Mari. Soci.iun.post alios,quos citat consi.89.nu.24.& seq.lib.1.

Hinc aliàs dicebam legatum in reseruatis Papæ, vel sedi apostolicæ non agere nomine proprie, seu iure proprio, sed nomine sedis apostolicæ, quæ sibi specialem facultatem in ijs indulxit.ita Philip.Franc.in c.si abbatē.de elect.lib.6.ver. Quod tamen limita.c.quia contingat.iun.glo.in ver.apostolicæ Sedis.de reli.domi.Ioan. And.in c.quod translationem. de offi.lega.latè Gomes.in c.mulieres.colum.6.de iudi.lib.6. concludebam, quòd si de beneficijs reseruatis huiusmodi disponebat nulliter, quòd non posset amplius validè super illis se intromittere, vel de illis disponere.c.si compromissarius.versi.Si verò eligat.de electio.lib.6.Sic & qui potestatem eligendi habet ab alio, si semel eligit nulliter amplius eligere non potest. Barto.in l.2.§.1.versi.Vltimo Doct.ff.de optio.leg.l.serui electione cum alijs cumulatis ibi per Alex. col.fi.ff.de lega.1.

Ampliatur dicta cōclusio ad illos, qui habent ordinariam iurisdictionem in cognoscendo, & delegatam in diffiniendo, prout sunt Rotæ Romanæ Auditores Rot.341.in nou. Rip.in l.quod iussit.num.63.ff.de re iudi.Ita intelligi, & declarari debet Ias.in l.more maiorum.nu.52.dum dicit,quòd Auditores Papæ censentur ordinarij, & non delegati, dicite vos,quòd benè loquitur in cognoscendo,at malè in decidēdo, seu sententiando, tunc enim sunt delegati.ad proximè adducta. Si Ias.intellexisset de Auditore Cameræ, vel Auditore contradictarum, de quibus per gl.& Doct.in cle.Auditor.de rescrip.benè loquutus fuisset indistinctè dicendo, q̄ sint ordinarij, prout per præalleg.gl.& Doct.in d.cle.Auditor, & nos alibi latius ostendimus.

32 Fallit dicta communis opin.in delegato † Principis, hic enim reuocare potest sententiam nullam a se latam,vt volunt Ange.in alleg.l.iudex postquam.cir.fi.de re iudi.Et est ratio, quia hic æquiparatur iudici ordinario, qui suam sententiam nullam reuocat.l.a iudice.C.de iudi.c.sanè.& c.pastoralis.in prin. infra hoc ipso titu.Fely.hic. & D.meus.in 1. fallen.Bello.lib.3.supputa.iuris c.18.& hanc opi.esse æquam, ac maiori quadam benignitate fulciri affirmauit. Boe.Deci. 6.nu.6.attestans illam in Burdegalen.consilio seruatā fuisse.

Contrarium communiter concludunt, vt subdunt Fely. & Deci.hic Idem voluit Bal.in alleg.l.si vt proponis.ac dicta Deci.341.in no.& Rip.in præalleg.l.quod iussit.post nu.63. in 2.amplia.vbi hanc communem, & veram sententiam affirmat.ff.de re iudi.& hanc communem testatur Riminal. præalleg.rub.ff.de offi.eius.nu.5.quam etiam tenere videtur Fely.in c.qualiter & quando.1.nu.39.de accusa.

33 Secundò fallit in delegato † ad vniuersitatem causarum. vt per glo.1.in cap.qualiter.1.ibi Erant generales ad omnes causas. & ibi Anto.de But. qui dicit notandum q̄ c.hoc, in literis non habet locum in delegato ad vniuersitatem causarum & ibidem Abb.& Fely.nu.40.de accusa.Bal.in alleg.l.si vt proponis.colum.2.versi.Quid si est delegatus.vbi considerat, q̄ remanet sibi iurisdictio aliarum causarum.C.quomo.& quan.iud.& q̄ possit,voluit ibidem Matthe.Matthesi. nu.61.versi.Aut est delegatus ad vniuersitatem causarum. Idem voluit Ange.in l.2.colum.penul.ff.si quis in ius voca. Idem Ang.& Alexan.col.3.in 2.fallen.in alleg.l.iudex postquam.ac glo.penul. Imo.& Abb.in c.cum causam.de appel. Ias.in l.more.num.9.& D.meus in l.fol et.in fi.ff.de iuris omindi.Et ratio est, quia delegatus ad vniuersitatem causarum (vt dixi) non desinit esse iudex quo ad vniuersas causas,quę contingunt suboriri,& consequenter remanet iudex in causa nullitatis si postea proponatur,vt per Felyn.hic,& per
34 alios vbi supra. Et est alia ratio,quia † delegatus ad vniuersitatem causarum in pluribus æquiparatur ordinario, & de hoc iudicatur,vt de ordinario.glo.in l.fi.C.de iudi.glo.fi.in c.cum causam.& ibi Abb.& alij.de appel.glo.& Docto.in l. Pomponius.aliàs si vni.ff.de re iudi.versi. Idem in delegatis ad vniuersitatem causarum.quæ glo.communiter comprobatur,vt per Rui.consi.5.habita.colum.4.versus fi.& consi. 60.num.12.volu.5.Idem voluit Hosti.in c.quoniam abbas. hoc titu.nostro.Archid.in c.statutum.de hæret.lib.6.Notat Bald.in alleg.l.si vt proponis.colum.2.in dicto versi. Quæro quid si est delegatus.glo.in c.statutum.§.insuper.in ver.moderatus, quæ illum ordinarium appellat.de rescri.lib.6.Bar. in l.more maiorum.colum.2.versi.Venio ad fi.& ibidem Ias.

num.

num.19.versi. Contra istud nota.ff.de iurisd.omni.iudi.And. Barba.in c.cum ab ecclesiarum.de offi.ordi.Bero.consi.109. In causa.nu.3.hanc magis communem affirmans.lib.3.Idem Bero.in c.quoniam contra.ante nu.155.versi. Quid sunt.de proba. Et casus in quibus delegatus ad vniuersitatem causarum æquiparatur ordinario, Prosequitur Philip.Franc.in alleg.c.causam.de appel.

Hæc opin.tanquam verior,& magis communis tenendo est licet D.meus post Imo.& nonnullos alios tam hic, quàm in alleg.c.cum causam ad fi.retorqueat argumentum æquiparationis huius cum ordinario, dicens in pluribus eundem delegatum ad vniuersitatem causarum non æquiparari ordinario, sed potius delegato simplici.Rursus dicunt præalle. Docto.eundem non remanere amplius iudicem in illa causa,in qua nulliter pronunciauit. Pro præmissa nostra limitatione concludit etiam Rip.alios ad idem citans, ac nonnullos casus adducit,in quibus æquiperatio præfata procedit in alleg.l.quod iussit.nu.64.in 1.fallen.ff.de re iudi.

Tertio fallit in delegato, qui iudicauit contra formam mandati,vt cognoscere possit de nulliaate sententiæ, & ite-
35 rum † pronunciare, cum data iurisdictio consumpta non fuerit.hoc probat Abb.hic per tex.in l.quid tamen.in princ. ff.de arbi.vbi arbiter iterum pronunciat si non seruauit forma compromissi.Pro hac opin.concludunt Cy.Iac.But.Bal. Matthe.de Mathesi.post num.8.versi.Fallit quando sententia esset nulla propter non seruatam formam expressam in delegatione & alij communiter in l.si vt proponis.1.C.quomo.& quan.iud.Ang.& vterque Imo.ac Rip.num.66.hanc communem affirmans.ff.de re iudi.vbi ipse Rip.a num.50. versi.Expedita prima parte, simul tractat materiam dictæ l. quod iussit,ac l.iudex postquam eiusdem tit.de re iudi.Idem concludunt Alex.in alleg.l.iudex postquam.nu.14.Cappel. Tholosa. Deci.38.Riminal.super rub.ff.de offi.eius nu.5.ac Tiraq.in alle.l.boues.§.hoc sermone.limi.1.nu.51.ff.de ver. oblig.Rui.consi.142.nu.1.vol.4.

Contrariam opin.tenuerunt Ioan.And.ac Ant.de But.in c.qualiter & quando 1.de accusa. Ancha.in cle.1.de re iudi. Imo.& D.meus hic per tex.in alleg.l.si vt proponis.Et ponderat Imo.quòd hic tex.simpliciter loquitur,nec dicit,quòd non fuerit seruata forma mandati & ad text.in alleg.l.quid tamen, respondetur, quòd loquatur in arbitro prout etiam per Ioan.Cald.in c.qualiter.1.de accusa.at nos sumus in delegato,& ratio differentiæ secundum D.meum est,quia sententia arbitri videtur actus extraiudicialis, quæ tamen ratio non videt bona, ex quo arbitria redacta sunt ad instar iudiciorum, Et illis similia sunt, nisi cōtrarium a iure cautum sit. l.1.ff.de arbit.& per Specu.eo.tit.§.differt. Aliam rationem adducit idem Deci.quia arbiter videatur iure proprio iudicare,& magis æquiparetur ordinario,quàm delegato, quam rationem impugnat Rip.in præalleg.l.quod iussit,affirmans arbitrum magis accedere delegato,quàm ordinario,ex quo arbitri potestas pendet ex forma compromissi.l.non distinguemus.§.de officio.ff.de arbit.sicut potestas delegati pendet ex forma mandati.c.cum dilecta.de rescri. Defendi posset D.meus, quia licet arbitri à compromisso, & a partibus iurisdictionem, ac facultatem, & modum procedendi recipiant, non tamen negari potest,quin arbitri huiusmodi maiorem conformitatem habent cū iudicibus ordinarijs,quàm cum delegatis.prealleg.l.1.ff.de arbit.& per nota.ibi per glo. Alberi.de Rosa.& alios.Et inter alias differentias inter arbitrum, & delegatum est hæc, quæ maxima est, quia ille iure proprio cognoscit, & decidit, vt supra dictum fuit,hic verò iure alieno.l.1.§.qui mandatam.ff.de offi.eius.cum alijs.Tertia ratio Deci.est, quia si delegatus sit functus officio suo ex sententia nulla, remanet delegans, qui cognoscere poterit, vel causam cognoscendam delegare: At si potestas arbitri expiret,non ita de facili redintegrabitur.Hæc ratio non multum vrget,extincta enim potestate arbitri,iudex ordinarius cognoscere poterit,vt respondet Rip.vbi supra. Quarta ratio colligitur ex dictis Fely.hic.videlicet.quòd si delegatus, qui non iudicauit iuxta formam commissionis posset iterum iudicare nunquam videretur functus officio ex sententia iniusta,quia forma rescripti sit, quòd delegatus iustitiam faciat, vt colligitur ex stilo signandi rescripta iustitię sub hac forma De mandato D.N.Papæ audiat magister N.citet, inhibeat,procedat,vt petitur,& iustitiam faciat: Ergo senten-
36 tia iniusta esset contra formam mandati, & consequenter † nulla.cap.dilecta.de rescrip.Bald.in l.fin.§.& hæc.quidem. C.de iu.delibe.D.meus consi.10.viso puncto.num.2.

Amplio vt nullitas proueniat non seruata forma etiam in minima parte. Archid.in cap.si non sanctificatur.de consc.distinct.4.Ant.de But.in cap.fina.num.7.de restit.spolia. D.meus in cap.prudentiam.in 4.not.hoc titu.de offi.deleg.

Amplio,vt non solum vitietur actus quando agitur contra formam, immo etiam quando citra,vel præter formam. Ioan.And.in alle.c.prudentiam.in ver.citra.& Abb.in 4.no. infra eod.Idem Abb.in c.fi.col.3.vers.Nota gesta.de restit. spol.Alberi.de Rosa.in l.constitutionibus.ff.ad municip. Et maior est defectus formæ,quàm materiæ,vt per glo.& Pau. Castren.in l.si vnus.§.si acceptilatio.ff.de pact.& ad text.in l.certa forma.& ibi Io.de Plat.C.de iu.fisci.lib.10.

37 Ad signaturam rescripti. videlicet. Et † iustitiam faciat, respondent Imo.& Abb.in c.fin.de præb.& ipse Feli.& Rip. vbi supra post num.66.vers.Sed ad istud respondet Felin.q̄ clausulam iustitiam faciat &c.quòd non sit verum illa verba formam inducere, sed monitionem quandam. Et quia hæc verba: iustitiam faciat, non apposita subintelligerentur,taciteque inessent,vt præalleg. supponunt: Nec ad aliud re-
38 scripta iustitiæ emanant, † quàm ad effectum,vt iustitia ministretur.l.falso.& ibi Docto.C.de diuer.rescr.gl.super rub. de rescr.& ibi per omnes.lib.6.Bar.in repet.l.Cęsar.ante nu. 24.ff.de publica.Gemi.& Phil.Fran.in c.1.de constitu.lib.6. Barba.in c.causam quæ.num.8.de rescri.D.meus consi.209. in casu ante num.5.Feli.in c.postulasti.de rescrip.Sarnen.in compen.Signa.post num.24.vers.Et commissiones nil aliud
39 continent quam ius.Vnde sequitur, quòd expressio † eius, quod tacitè inest, videlicet, vt iustitia fiat, nihil operabitur.l.non rectè.C.de fideicom.l.3.ff.de lega.1. Abb.post gl. in cap.significasti. num.6.de electio.vbi dicit hanc esse iuris
40 regulam. Et generaliter dicimus † taciti, & expressi parem esse virtutem, idemque esse iudicium.l.sicuti.ff.de seruitu.l. cum quid.ff.si cer.pet.l.res.ff. de iu.dot.

Quinta ratio adducitur per Rip.vbi supra,quæ non videtur a iure aliena,dicit enim ipse contra communem,Delegatus iudicans contra formam mandati abutitur potestate,ergo sua potestas debet magis finiri per abusum, quàm per simplicem vsum, pro quo citat c.vt priuilegia. de priuil.vbi
41 † quòd priuilegium meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate. Et facit illud,quòd fatuus non debet esse melioris conditionis, quàm prudens.

Quarto fallit præalleg.communis opin. quæ fuit, quòd existente nulla eius sententia ipse delegatus dicatur functus officio suo,nec possit denuo pronunciare,quando dominus condemnatus fuit,qui nunquam fuit in iudicio, & sic tunc non procedat dicta communis opin.ad nota.per Bald.in alle.l.si vt proponis.in fi.C.quomo. & quan. iud. Vel quando sententia lata fuit sine scriptis,quibus casibus. Alexā.in l.iudex. postquam num.16.in 5.fallen.ff.de iudi.& Feli.hic sup ponit hanc sententiam non habere essentiam, seu figuram sententiæ. Et in eisdem casibus delegatum iterum iudicare posse,affirmat Bald.in addi.ad Specu.de senten.colum.1.Et hanc fallen.ponunt Alex.vbi supra, & Feli.hic in 6.limit. ac D.meus num.27.& seq.Verum hic ponuntur duo membra satis diuersa: Circa primum de condemnatione Domini, qui non fuit in iudicio præfatos Docto.fortè non percipiēt, qui non gustabunt supposita,quæ nunc subijciam.

Pro dilucidatione igitur primi membri, supponendum
42 est, quòd † prima citatio regulariter a principali incipere debet: principalisque, non autem procurator in principio causæ citandus est, si inueniri potest.l.meminerint. vt ibi, Cyn.& Bar.post num.4.vers.Quæro dicitur hic dominos locorum.C.vnde vi.c.1.ibi,Sed literis tuis quæsitus. qui matri.accus.poss.c.causam quę.& ibi glo.magna.& c.fin.ibi,Te peremptoriè citari procurent,& si non poteris inuenire, & c.1.de do.& contu.& Albe.in l.4.§.ptor ait.col.1. vers.Vidi dubitari, dixit citationem ad domum debere præcedere eam, quæ fit procuratori, subdens se ita obtinuisse. ff.de dam.infe.Idem voluit Bar.in l.1.nu.3.C.de iu.Reipub.li.11.

Secundò supponendum est,quòd citato principali in primo actu si citatus procuratorem constituat, & cum procuratore causa agitetur, seu tractetur, si sententia ferenda veniat, de iure communi citari ad sententiam debebit ipse ꝓcurator, non autem principalis, sententiaque † contra pro-
43 curatorem ferri, & dirigi debebit. alioqui inualida erit.l.1. C.de sentē.& interlo. Et ita seruamus Romæ in Curia Capitolina:& ita seruat ī Rota Florētina,& plerisq; alijs ī locis.

Verum.

Verum in Cu. Romana extra tribunal capitolinum, & vbicunque proceditur summariè, de plano, & sine figura iudicij non refert an ad audiendam sententiam citetur principalis, an procurator. Et in Ro. Cu. (non dico. Capitolina,) ex stilo antiquissimo dirigitur in principalem, qui modus procedendi, quando causa (vt præmisi) summariè, & sine figura iudicij cognoscitur vt in Curia Romana, comprobatur etiam per Bar. in alleg. l. 1. C. de senten. & per eundem in extra. Ad reprimen. in ver. & figura.

De iure igitur loquendo, tractato iudicio cum procuratore, procuratore non citato ad sententiam, sententia nulla erit, sententiæque formam (vt præmisi) non habebit, quæritur an delegatus sententia asserta huiusmodi reiecta, possit iterum in eadem causa pronunciare? Et videtur ꝙ sic, quia non dicatur functus officio suo, vt per Bald. vbi supra. Et in hac opin. videntur etiam residere Alex. & Fely. vbi supra. at Mathe. Matthesi. in alleg. l. si vt proponis. c. ante. nu. 12. vers. Vel quia est lata contra dominum, cum tamen lis fuerit agitata per procuratorem.

Idem etiam dicunt, & probant quo ad secundum membrum quando sententia diffinitiua lata fuit non in scriptis, & sic nulliter. toto titu. de senten. ex breui. reci. & c. fi. de re iudi. lib. 6.

Quintò fallit quando delegatus tulit sententiam nullam
44 per errorem † facti expressum, tunc enim non dicitur functus officio suo, & poterit iterum iudicare, ne error facti eũ priuet iurisdictione. arg. l. 1. & l. error facti nec maribus quidem in damnis, vel compendijs obest. ff. de iu. & fa. igno. Idẽ videtur voluisse Inn. in c. 1. de re iudi. vbi dicit, quòd datus erat delegatus ad conferendum beneficium vni quando vacabit, pone, quòd ille, qui expectabat falso putans aliquem obijsse, ex cuius persona beneficium vacare credebat, de quo a delegato tanquam per obitum vacante, prouisus fuerit, vtrum delegatus possit iterum cõferre? Inno. concludit, quòd sic, quia fuit error facti. Sequitur Pau. Cast. in l. cum quærebatur. ff. de re iudi. idem etiam voluit Cardi. consi. 52. incipien. in decisione, & elucidatione. Quod etiam voluit Bart. in alleg. l. iudex postquam. num. 3. versi. Quòd intelligit Innoc. ac Alex. num. 15. in 4. fallen. ff. de re iudi. & Ancha. in cle. 1. eo. titu. Et pro hac opin. dicunt facere tex. in alleg. l. error. ff. de iur. & fac. igno.

Contrarium tenuit Ioan. de Imo. in allega. l. iudex postquam, qui dicebat ita tenere Innoc. in c. 1. de re iudi. Idem tenet Bal. in alleg. l. si vt proponis, dicens ibi de hoc esse text. vbi iudex putauit per errorem illum esse contumacem, cum non esset, ideo contra eum tulit sententiam, quæ nulla fuit, & tamen functus fuit officio suo, vt ibi. Idem tenuit hic Ant. de But. & idem dicit Alex. vbi supra tenuisse Hosti. Io. And. Abb. & communiter Doct. in alleg. c. 1. de re iudi.

Ad decisionem Inno. respondet Imo. in alleg. l. quod iussit, quòd Inno. loquatur in executore dato ad prouidendum alicui de beneficio, & sic in actu extraiudiciali, & consequẽter non in iudice delegato: Vel si in delegato, non tamen pro cognitione, vel decisione alicuius causæ, sed ad prouidendũ de beneficio. Hinc defenditur Inno. in casu, & exemplo suo posito in d. c. 1. de re iudi. Alia ratio suadet, quòd possit iterum conferre si nulliter contulit, quia agitur de beneficio principis, in quo latior fit interpretatio. l. 1. ff. de consti. prin. c. cum dilecti. de dona.

Ad dictam l. error. ff. de iur. & fa. igno. respondet Saly. in alleg. l. si vt proponis. in fi. quòd procedat quando agitur de damno, vel lucro errantis: Et quòd delegatus dicatur functus officio, non est ipsi delegato damnum, vel lucrum.

Ad præallega. l. si vt proponis respondet D. meus. primo. quòd tex. ille loquatur quando cum errore facti etiam error
45 iuris concurrit, qui fuit, quòd ille iudicauit in die feriato, † in quo actus iudiciarij exerceri prohibentur. l. 1. ff. de fer. l. fi. C. eo. & c. fi. vbi omnes. extra eo. At sicut sententia continens manifestum iuris errorem est ipso iure nulla. iuxta tex. in l. 2. & ibi glo. in ver. Palam, & Bart. versi. Hæc sententia lata fuit. Bal. in 1. not. Ang. in Sum. & Saly. in 1. & 2. oppo. hanc communem affirmans. C. quando prouo. non est necess. ad tex. in l. 1. §. 1. ff. quæ senten. sine appel. rescin. c. cum inter. versus fi. & ibi glo. in versi. ius constitutionis Ant. de But. col. 1. versi. Nota sententiam. Imo. col. 1. versi. No. quòd sententia lata. & Abb. nu. 9. de re iudi. c. ei qui appellat. §. diffinitiua vers. Si contra ius. & ibi Archid. col. 1. Gemini. versi. duo sunt. & super glo. 1. ac Præposi. versi. Item si sententia. 2. q. 6. sic & sententia continens expressum errorẽ facti, cui etiam admixtus sit iuris error ipso iure nulla erit, vt voluerunt Barto. in l. fi is ad quem. col. 1. versi. secundo casu. & ibidem Imo. colum. 1. Roma. col. 2. versi. secundo casu. ac Ias. num. 18. & sequen. ff. de acqui. hæred. & Ant. de But. in c. in præsentia. de renunc. versi. Oppono quòd si appareat. Insuper error facti non erat probabilis respectu assertæ contumaciæ, ad officium enim iudicis spectabat perscrutari veritatem. Subijcit Deci. quòd ex quo text. dictæ l. si vt proponis. est contra regulas iuris communis, intelligi debet in casibus, in quibus loquitur, non autem ad alios extendi. Suppositum Deci. ꝙ sit contra iuris regulas negari potest.

Tandem Fely. hic post alios post num. 2. versi. Sed dicatis, concludit pro secunda opin. quòd sit functus officio suo, & quòd non possit iterum pronunciare, & hanc dicit esse veriorem opi. Et sic habemus, quòd hæc secunda opi. sit communis, & verior, vnde in iudicando hæc seruanda esset. Videatur Tiraq. in l. boues. §. hoc sermone. num. 41. ac 47. & sequen. ff. de verb. signifi.

Sexto limitatur communis conclusio præmissa, ac text.
46 noster, vt procedat in iurisdictione alicui delegata † secus in alia potestate alicui data. Vnde Fely. hic in 8. limi. dixit hanc decre. habere locum in sententijs delegati, secus in factis, & in actis extraiudicialibus, ita legendum est, licet litera in libro meo sit mendosa, cum dicat in actis iudicialibus. Rip. verò in alleg. l. quod iussit. dicit, quòd conclusio præmissa procedit in delegato ad actus iurisdictionales, & iudiciarios, secus in delegato ad actus extraiudiciales, in quibus non dicitur functus officio suo in actu nullo. Adducunt omnes Inn. hic, quem communiter Docto. sequuntur. In alia verò potestate extraiuditiali alicui data, dicunt illam non expirare, nisi res effectum sortiatur, vt supra diximus, & probauimus, & voluerunt Oldra. consi. 285. orta materia. ac Bald. sequentes Inno. in l. fi. col. penul. in 4. q. C. de ęden. & in l. quod quis. cir. fi. C. de proc. Nunc deueniendum erit ad nonnullas quęstiones ex dicta communi opi. Inno. procedentes.

Quærit Bal. in l. quod quis. versus fi. C. de procura. Procurator, qui habet potestatem substituendi ex forma mandati, iuxta text. in c. 1. ibi vel a domino substituendi alium. cap. is qui. in princ. ac c. fi. ibi. Nisi hoc idem. de procu. lib. 6. substituit aliquem inhabilem, qui non potest esse procurator, facta ista substitutione substituens dicit Erraui, volo alium
47 substituere † an id possit, & non dicatur functus officio suo? respondet Bal. vbi supra, quòd id potest, quia ille est actus sine iurisdictione, & sic procurator, qui nulliter substituit, potest substitutum reuocare, quia actus non est iurisdictionalis. pro quo citat Inno. hic, De quo etiam per Fely. hic in 8. limi. versi. secundo videtur habere potestatem substituendi. Super hoc dubio non est hodie multum insistendum, cum non solum existente nulla substitutione, immo etiam existente valida, ex forma constitutionum, ac substitutionum procuratorum, quæ hodie fiunt, præsertim iuxta stilum Ro. Cu. indistinctè, & semper substitutus reuocari poterit, formula enim constitutionis procuratoris hanc clausulam passim continere consueuit. videlicet. † Vnum quoque, vel plures procuratorem, seu procuratores loco ipsius, & cuiuslibet
48 ipsorum cum simili, aut limitata potestate substituendum, eumque vel eos reuocandum, & onus procurationis huiusmodi in se reassumendum toties, quoties opus fuerit, & ipsis, vel eorum alicui videbitur expedire, præsente procuratorio nihilominus in suo robore duraturo. In substitutione
49 † verò procuratoris sic dicitur. Meuius habens potestatem vigore sui mandati vnum, vel plures procuratorem, seu procuratores loco sui substituendi, eumque, vel eos reuocandi, & onus procurationis huiusmodi in se reassumendi toties, quoties sibi placuerit, vel visum fuerit expedire, idcirco Titium substituit & c. Nec clausulæ huiusmodi, ac stilus præmissus repugnant a iure communi, iuxta quod procurator potest sibi reseruare potestatem reuocandi substitutum. c. is qui. versi. Nisi reuocandi potestas concessa fuisset eidem: Et notat glo. ibi in versicu. reuocandi, quòd tunc non expirat mandatum, ex quo pœnes eum potestas remanet reuocandi. de procura. lib. 6.

Secundo quæro delegatus ignobilem, vel aliàs inhabilem
50 † subdelegauit, subdelegatusque procedere incœpit, an delegatus posit subdelegatum reuocare, & alium subdelegare? Bald. in præalleg. l. quod quis. versus fi. C. de proca. citans Innoc. hic, concludit pro affirmatiua, quia is non sit functus officio

officio suo, & quòd subdelegatio nulliter facta reuocari possit etiam re non integra. Eundem Bald. refert hic Felin. in alleg. 8. limit. versic. Et Bald. idem ponit vnum aliud dictum.

Idem Felin. postea opponit contra dictum Innoc. per tex. in cap. si compromissarius. §. 1. de electio. lib. 6. vbi si compromissarius etiam ignoranter eligat, electio reuertitur ad
51 eligentes, quia per electionem † nullam compromissarius functus est officio suo. Cui text. Imol. Felin. & D. meus hic pluribus modis respondent, residentes in prima opin. quæ communis videtur, quam etiam sequitur Rip. in alle. l. quod iussit. ante num. 68. adducens etiam rationem, quòd dispositio distic. si compromissarius, sit in pœnam eligentis indignum, etiam ignoranter quando iure alieno, non autem quando iure proprio: primo enim casu offendit legem, & eum, a quo habuit potestatem eligendi, ipse tamen non permanet in illa ratione, ex quo tex. ille se fundat in alia ratione, videlicet, quòd eligens indignum etiam ignoranter sit functus officio suo. Inter alias rationes, & solutiones ad illum text. in cap. si compromissarius glo. ibi in ver. consentire. ad fi. refert, & sequitur distinctionem illam, Aut datur potestas prouidendi, aut eligendi: in primo casu iterum possit prouidere, quia non est prouisum: In secundo non, quam opin. satis æquam dicit, & illam glo. sequuntur ibidem Ioan. And. Gemini. ac Felin. hic. Adducunt rationem, quia in secundo casu non est data potestas exercendi totum negociũ, ex quo vltra electionem requiritur confirmatio pro perfectione actus, licet D. meus dicat prima facie responderi posse, quod debet fieri interpretatio de electione cum effectu, & sic confirmata, Ego ad hoc respondeo, non solum istud in iure non probari, immo contrarium: sunt enim diuersi termini electio, & confirmatio, & diuersos pariunt effectus:
52 Nec electio † tribuit ius in re, sed ad rem, iuxta veriorem, & communem opin. vt per Cardi. Alexand. in cap. quanto. 63. dist. & concludit tandem Felin. in c. cum Bertoldus. colũ. 2. vers. & caue quia attento. de re iudi. Et electus ante confirmationem non dicitur adeptus beneficium, sed agit de obtinẽdo. Innoc. in cap. 2. nu. 4. de in integ. restit. Rebuff. super concor. rub. de Annat. in ver. possessionem. versi. Quinto ꝙ electio. Immo ante confirmationem bona ecclesiæ administrans intrusus dicitur, & ipso iure priuatus existit. cap. qualiter. de electio. glo. & Docto. in cap. cum in cunctis. in cap. nosti. & in cap. nihil est. eod. cap. cum iamdudum. iun. glos. in ver. aliud. de præb.

Absolutio iam primo casu Abb. videlicet, quòd functus dicat officio suo iudex tàm ordinarius, quàm delegatus validè sententiam proferendo, ventum fuit ad secundum casum principalem, cuius primam partem prosecuti fuimus, videlicet, an delegatus dicatur functus officio suo per sententiam nullam: Superest modo secunda pars huius secun
53 di casus principalis, videlicet, an † ordinarius, qui nulliter iudicauit dicatur functus officio suo, vel posit aliam sententiam proferre? Quòd nõ dicatur functus officio suo, & ꝙ iterum pronunciare posit est text. in l. 1. & ibi Matthe. Matthesi. num. 2. notat, ꝙ vbi sententia est nulla potest ex eisdẽ
54 actis iudicari, † per ordinarium, non autem per delegatum, qui tulit sententiam nullam. C. de senten. ex breui. reci. est etiam tex. in l. si vt proponis. 1. iun. declara. eiusdem Mathesi. num. 3. vbi notat, quod iudex si protulit sententiam nullam posit ex eisdem actis, eademque instantia aliam ferre. & in l. præses. vbi idem supponit Matthesi. num. 12. in vlt. q. ibi, Idem iudex iterum potest pronunciare ex eisdem actis. C. quomo. & quan. iud. Et voluerunt glo. fi. in fi. in alle. l. iudex postquam. Bart. & Bal. in d. l. si vt proponis. 1. Cardin. in clem. 1. q. 10. de re iudi. Idem voluerunt hic Abb. Feli. & D. meus, qui alios ad idem citat.

Quærunt etiam an in casibus, in quibus iudex ordinarius
55 potest cognoscere de † nullitate suæ sententiæ iudex maior adiri posit? Distinguunt, aut loquimur quando nullitas incidenter deducitur: aut quando principaliter. In primo casu iudex inferior tantum adiri posit. per regulam text. in l. acceptum. ff. de iudi. Et hoc fuit de mente Iaco. But. in alle. l. si vt proponis. ac Bartho. Saly. & Matth. Matthesi. nume. 9. in l. si præses. C. quomo. & quan. iud. In secundo verò casu, quando principaliter deducitur nullitas, puta quia peto sententiam pronunciari nullam, & reformari, & tunc potest adiri ordinarius, qui pronunciauit, vel illius superior, est enim in optione mea quem iudicem velim adire, vel illũ, qui tulit sententiam, vt in l. 1. ff. quæ sentẽ. sine appel. rescin.

Vel superiorem, vt in l. absentem. C. de accus. Qui superior poterit non solum pronunciare sententiam nullam, sed etiã eam reformare, & sic cognoscere de causa principali, prout contingit in remedio appellationis, iuxta tex. in c. Rainuti⁹, vers. Cum autem coram G. diacono Cardinali. vbi iudex appellationis in pluribus reformat sententiam per primum iudicem latam. Idem etiam vidimus in c. Rainaldus. vers. A cuius sententia cum ambæ partes. de testa. Et ibi colligitur, ꝙ appellatio deuoluit causam ad superiorem, vt posit illam
56 † reformare, quod etiam docent Abb. & alij super rubr. de appel. Præfata omnia comprobantur per Bart. in l. si expressim. col. pen. ff. de appel. per eundem Bar. in alleg. l. si vt proponis. 1. C. quomo. & quan. iud. vbi citat Inno. in c. cum contingat. hoc ipso tit. per Matth. de Matthesi. in alle. l. si prses. nu. 6. dicto titu. C. quomo. & quan. iud. per Abb. & aliòs hic. per Rom. consi. 281. in præsenti. ac per Rip. in alleg. l. quod iussit. post nu. 69. vbi etiam testatur de communi. De nullitate principaliter deducta, vel incidenter, seu per viam exceptionis latè, & pulchrè tractat R. D. Dida. Couarru. in practi. quæstio. cap. 24. post. nu. 6. versi. Tandẽ in hac quæstione.

Limitatur conclusio præmissa, quòd superior sententiam
57 nullam reformare possit, nisi † libellus fuisset ineptus, & sic processus ex toto nullus extitisset, ex quo non reperiretur fundamentum, super quo sententia posset reformari. ita cõcludunt Bald. in l. 1. C. vt quæ desunt aduo. & in l. 2. in 14. q. C. de rescrin. vendi. Ancha. & Abb. in c. 3. post num. 4. versi. Sed dic istum text. procedere. de emptio. & vendi. Alexan. consi. 79. colum. 2. lib. 2. & voluerunt moderni omnes hic prope fi. Et generaliter dicimus libellum ineptum nullius esse momenti, illumque iudicem spernere, & lacerare debere, iuxta communem omnium sententiam, vt per Cur. iun. consi. 163. num. 2. & Ioan. de Ami. de Venas. consi. 120. nu. 5. vbi etiam, quòd stante libello inepto reus ab obseruatione iudicij absolui debet.

Postremò Abb. hic ex præmissis affert limitationem ad text. in cap. pastoralis. in princ. ibi, si ab ipsis litigantibus ad eos fuerit prouocatum. de senten. excommu. lib. 6. vbi pro-
58 batur, quòd † archiepiscopus non potest se impediri de causis subditorum sui suffraganei Lap. Alleg. 102. non potest. num. 2. per text. in cap. si clericus. 11. q. 1. nisi per viam appellationis, vt suppleri debeat, vel per aliud remediũ æquipollens, puta per viam nullitatis: Hoc dictum Abb. impugnant Philip. Franc. in cap. dilecto. q. 27. de appel. & Fely. hic ante fi. ex quo si non simus in terminis appellationis, archiepiscopus adiri non posset. dictis. cap. pastoralis. & cap. venerabilibus. ac cap. 1. respon. 1. ibi. Cum minimè appellatum extiterit. de fo. compet. lib. 6. & voluit ipse Abb. in cap. ab excommunicato. num. 13. de rescrip. vbi quòd archiepiscopus non habet iurisdictionem in subditos suffraganei, nisi per appellationem. ergo nec per viam nullitatis: paria enim sunt adire per viam nullitatis, vel querelæ, vt per glo. in cap. concertationi. in versi. debitam. de appella. lib. 6. & respondent ad dictum Barto. in præalleg. l. si expressim. ff. de appel. quòd procedat in superiore non habente limitatam potestatem, seu iurisdictionem ad iura supra adducta. D. meus cum præfatis residet. Verum aduertatis, licet communis opin. videatur contra Abb. in terminis, in quibus loquimur, aliàs ta-
59 men in pluribus casibus † existente negligente episcopo archiepiscopus adiri potest. Archiepiscopusque negligentiam episcopi supplet. cap. cum simus debitores. vbi Metropolitanus constituit æconomos episcopo negligente illos deputare. 9. q. 3. & iuribus supra allega. Quod etiam voluit Abb. in cap. cum Bertoldus. post num. 10. versi. Sed si episcopus differt constituere de iu. patro. & in cap. ex parte Astensis. nu. 17. versi. Sed nihilominus teneo, quòd archiepiscopus potest. de concess. præben. Pau. de Citadi. in tracta. Iuris patro. par. 6. q. 7. Lamber. in eo. tracta. par. 2. lib. 1. q. 8. artic. 17. Et quando archiepiscopus supplere posit, vel nõ, tractat idem
60 Lamber. ea. par. 2. & lib. 1. q. 1. articu. 20. Et quòd † archiepiscopus posit procedere ex officio, & sit iudex ordinarius episcopi, vt dixit Lap. præalleg. Alleg. 102. post nume. 2. ibi quia tunc aditur Metropolitanus, qui est iudex suffraganei. & voluit idem Abb. supponens etiam, quòd posit adire per viam querelæ in alleg. cap. ab excommunicato. post num. 13. versi. Secus vbi processit ex officio. de rescrip. pro præmissis videre poteritis Ioan. Franc. Paui. in tracta. Visitationis par. 1. q. 10. num. 51. & par. 2. q. 5. num. 14. & sequen. & per præfatum D. meum Philip. Deci. in c. solicitudinem. in 5. nota.

num. 9.

num.9.& seq.de app.Pro intellectu.c.1.de offi.ordi.lib.6.& ꝙ archiepiscopus non possit in diocesibus suffraganeorum suorum vicarios constituere pro cognoscendis causis appellationum interponendarum ad eum,nisi de hoc sit consuetudo præscripta per quadraginta annos habemus in specie Dec.Rotæ Romanæ Ludo.Gomes.27.sub tit.de offic. vica. lib.1.incipien.Cap.1.de offi.ordi.Sciatis etiam,ꝙ negligētia archiepiscopis suppletur per episcopum glo.in alle.c.cum summus.9.q.3.in ver.episcopis,vbi inquit,ꝙ sicut superiores inferiore, sic inferiores superiorum suppleāt defectum. per tex.in c.volum⁹.89.dist.& in c.nulla.de con.præb.pro quo, & pro præmissis videre etiam poteritis consi.133. Bernar. de Plot.incipiens Hercules Gonzaga num.26. cum alijs sequen.inter crimi.lib.1.

REPETITIO
IN CAP. CVM IN IVRE. DE OFFIC. DELEG.

Celeberrimi I. V. D. Quintiliani Mandosij.

SVMMARIVM.

1 *Delegatum se asserentis mandato quis parere non teneatur.& nu.17.*
2 *Bonus quilibet præsumitur.Limitatur nu.4.*
3 *Mendacium non cadit in viro probo.*
4 *Bonum non præsumi quando agitur de præiudicio alterius.*
Cardinali asserenti se dispensare ex concessione Papæ an credatur?
5 *Accidentaliter quæ proueniunt, & non insunt a natura homini, non presumuntur.*
6 *Qualitates extrinsecæ in homine non presumuntur.*
7 *Dubia de re debet esse consultatio.*
8 *Facta non presumuntur.*
9 *Delegatus precipiendo vtitur clausula authoritate qua fungor.*
10 *Sedes Apostolica,& Papa an inter se differant.*
11 *Singulari numero vtitur iudex de se loquendo.*
12 *Delegatus Papæ ordinario precipere potest,vt exequatur factum suum.*
13 *Excommunicatio ex defectu iurisdictionis non tenet.*
14 *Executor procedere an possit non viso mandato asserti delegati?*
Episcopo soli credendum non est.
Literis ordinariorum non statur, vbi subest causa suspicionis contra Apostolicum.
15 *Delegatus, siue executor non recipit iurisdictionem nisi receptis literis.*
16 *Subdelegatus debet esse certus de delegatione & subdelegatione.*
17 *Delegati sententię non creditur, nisi ostensa commissione.*
18 *Delegati apostoloci mandatum quomodo probandum?*
19 *Delegationis probatio per originale.*
Delegatio probari potest per exemplum sumptum ab originali.
20 *Exemplatio ab originali per notarium rogatum non requirit solemnitates.*
21 *Originale si in actis exemplatum fuerit,probat.*
Citatio ad hoc fit,vt quis compareat,& presens sit actui gerendo.
22 *Iurisdictio delegata,vel ordinaria qualiter presumatur?*
23 *Mandatum non presumi per mille annos.*
24 *Mandatum presumitur interueniente scientia, & patientia principalis.*
25 *Argumentum a mandato procuratorio,ad mandatum iurisdictionale.*
26 *Antiqua in sententia delegatorum mandatum presumitur.*
27 *Sententia antiqua habet pro se presumptionem, licet non iustificetur legitimo processu.*
28 *Ordinariam iurisdictionem presumi. fallit in spectantibus iure speciali, & num.32.*
29 *Legatus Papę habet ordinariam iurisdictionem.*
30 *Legatus omnia exercere potest,quæ quilibet ordinarius.*
31 *Legatus habet maiorem potestatem quibuscunque ordinarijs?*
33 *Legati,vel alij ordinarij facientes aliquid ex speciali priuilegio improprij ordinarij dicuntur.*
34 *Legatum se asserenti credendum.*
35 *Personę in iudicio legitimatio an presumatur?*
36 *Tutor in iudicio comparens debet probare se inuentarium fecisse.*
37 *Procuratorem se esse quis post litem contestatam probare an teneatur?*
38 *Excommunicatum semel, semper presumi excommunicatum.*

1 SVmmatur Iste text.sic, Non tenetur quis parere † mandato asserentis se iudicem delegatum, nisi delegatio probetur.

Diuiditur hic tex.in duas par. in prima ponit quæsitum:In 2.quæ est ibi,Super quo ponitur respōsio, seu decisio ipsius Papæ.

Facti species sic estingui pōt, Aliquis se delegatum asserens,mandat Męuio sub hac forma,authoritate, qua fungor iniungo tibi,vt Titium excommunicatum denuncies, Mæuius dubitat de iurisdictione asserti delegati,cū ei de delegatione fides non fiat,q̄rit an Mæuius teneat execqui mādatū p̄dictum?Pro rōne dubitandi videbat dicendū,ꝙ sic,quia vt hic nonulli ponderant,quilibet præsumit† bonus,nisi malus ꝓbet.l.omni modo.ff.de inof.testa.c.fi.de præsump. vbi is, ꝓ quo beneficiando scribit cum clausula, si idoneus fuerit, non tenet ꝓbare se idoneum,cū talis p̄sumat.c.vni.de scruti. in ordi.facien.vbi est tex.mirabilis,ibi,Cum illum,quem indignum esse non nouit,dignum debet existimare.Subdit ibi Papa,ꝙ episcopus interrogatus super idoneitate ordinandi, hmōi rīsione(videlicet,ꝙ ordinandus sit idoneus) vti pōt; nisi fortè de indignitate sibi constiterit consecrandi.Ad idē gl.in l.cum q.dam.2.in ver.qui reum offenderit.in fi.ff.de lega.2.Spec.in tit.de ꝓba.ver.Restat Inno.in c.2.col.3. versi. Item nota ꝙ licet.& ibidem Io.And.col.4.ver.Et quamuis. de in integ.resti.Cum igit iste bonus præsumat, p̄sumendū ēt est,ꝙ bonus,& rectus veritatem ꝓfiteat,& a mendacijs se abstineat,in homine.n.qui bonum,& rectum se ꝓfitetur, nō
3 pōt cadere † mendacium: ꝓut ꝯ in improbo,& falso non inuenit veritas,sed fallacia.prout Deuto.c.7. Quia seducet filium tuum, ne sequat me.2.ad Ephe.c.2. Filij diaboli pleni dolo. Et ipse demon vocat pr̄ mendacij. Hinc factum legimus, vt spiritus mendax, qui erat in ore multorum pseudo prophetarum Achab Regis,illum ad pugnam(in qua obijt.) impulerit,illiq; mendaces detecti fuerint.3.Reg. cap.22.Sic & detestabile mendacium illorum duorum presbyterorum, vel iudicium contra innocentem Susannam illos improbos, ac falsos ostendit,illisq; mortem parauit.prout Daniel.c.13. Et legitur apud comicum Seruile est mentiri.

Amplio,ꝙ ad hoc,vt quis bonus præsumat verba aliquo modo impropriari possint.gl.1.versus fi. ver.Rndeo, tacere pōt.22.q.2.sequitur Hyppo.de Marsi.consi.2.nu.9.

Alteram rōnem validiorē dubitādi,ac ferè in indiuiduo, & ad rem facientē adduco, q̄ est, Credit asserenti sibi aliqd cōmissum fuisse a Papa viuę vocis oraculo,hic asserebat sibi a Papa aliqd demandatū,vel aliquam cām cōmissam fuisse; ergo huic credendū erat.Maiorē ꝓbo per alle.Lapi.32.incipiētē,an frater minor.nu.4.ver.An credat de eo,quod dicit factū viuę vocis oraculo Papæ,vt credat factum a Papa, dr, ꝙ sic &c.Et Lap.sequunt Anan.in c.excōicam⁹.§.quia verò. nu.5.de elect.Rom.cons.59.ad discutiendum.post num.6.& in l.sciendum.nu.58.ff.de verb.obli.& alij cōiter,quos cito in addit.meis ad Lap.in ver.Viuæ vocis oraculo.

Contrarium.& meritò decisum fuit in tex.nostro, ꝙ imò non facta fide de mandato apostolico,quis nō teneat parere mandato asserti delegati.Rō decisionis fuit, quia non sit credendū assertioni alicuius,q̄ p̄iudicium afferre posset: Rursus ei,q aliquid dicit:seu super aliquo se fundat incūbit onus ꝓbandi.l.ei,q,q̄ est 2.ff.de ꝓba.l.cū te.C.co.Archi.in c.si eo tpe.col.2.ver.Sed cui incūbit ꝓbatio.de rescr.lib.6.Et dixit Sapiens,Qui cito credit,leuis est corde.Et quod non credat delegato nisi mandatū ostendat voluit ēt Inn.in c.venerabilis.de censib.Non ob.ꝯria,& quo ad primum de regula,ꝙ qs p̄sumat bonus,rndeo,ꝙ illa limitat ꝓcedere tm̄ qn̄ non agit
4 de alterius præiudicio†Feli.hic cir.prin.adducens illud diui Thomæ 2.2.vbi,ꝙ si imminet periculum alterius, non est de quolibet p̄sumendū bonum.Idē Feli.in c.fi.col.3.de p̄sump. D.me⁹ in c.sup literis.nu.8.de rescr.& in c.prudētiā. nu.93. ver.Et qa illa p̄sumptio.hoc tit.nr̄o. Goza.ꝯsil.66. col.2. de quo ēt in tracta.p̄sump.q ascribit Alcia. regu.3. præsump.2.

Ad alle.Lapi.rndeo,ꝙ imò sumus in diuersis terminis,ibi enim disputat an credat Cardinali,ꝓut nu.4.iun.prin.ipsius alleg.& sic arguendo a speciali.ad tex.in l.ius singulare.ff.de legib.cum alijs,aliud in alijs dicendū est,& prætor id, quod nec ēt Cardinali asserenti se dispensare ex concessione summi Pontificis eidem facta viuæ vocis oraculo credendū putet Rebuff.super concor.tit.de mandato Aposto. §.primus. in ver.literis.ver.ad ꝓbandum tm̄,ꝙ ꝓcedit qn̄ adesse potest præiudicium alterius, dicens ita consuluisse Ias. consil.104. incip.circa.col.1.li.1.& ꝙ Cardinali asserēti se delegatū non credat voluerūt Arch.& Card.Alex.ī alle.c.nobilissim⁹.98. dis.Fel.hic.Bero.ēt ꝯs.65.ī.cip.plurib.nu.143.cū alijs seq.li.1.

Contraria etiam omnia tollunt ex responsione Abb.quę
5 est,ꝙ ea,quæ†accidentaliter ꝓueniunt,& non insunt homini a natura,nō præsumunt,nisi ꝓbent.c.si fortè.iū.gl.in ver.

scientię.

scientiæ.de electiō.quæ distinguit inter qualitates intrinsecas,cum quibus homo nascitur,puta,quòd quis sit castus,pacificus, sobrius: & hæ præsumuntur, nisi aliud probetur.

6 Aliæ sunt † extrinsecæ, & quæ cum persona non nascuntur, quæ quidem non præsumuntur, nisi contrarium probetur: puta,ꝙ quis sit doctus,sit musicus.prout etiā distinguit Abb. in alle.c.fi.de præsumptio.num.6.in vlt.nota.

Hinc etiam dicunt clericatum non præsumi, ea ratione, quia nemo nascitur clericus.prout per Inn.in c.super his. in fi.de accusa.& per Abb.in c.bonæ.1.col.pen. de elect. ac per Rip.in c.decernimus.nu.4.de iudi.De probatione autem clericatus videri poterunt Io.And.in regula non licet.lib.6. ac Lap.alle.138.nu.18.Bal.ac Feli.versus fi.in c.licet vniuer.de testib.Rot.Bellam.113.& seq.ac Rebuf.de Noīa.q.14.nu.32.

Altero modo responderi potest ex Abb.supponendo, ꝙ delegare sit quòd facti,facta autem non præsumuntur,vt infra probabitur,ergo delegatio præsumi non debet.

7 Notat Abb.ex prin.text.iun.illius decisione, quòd† consultatio debet esse de re dubia, alioqui reprehendi meretur quærens, seu consilium petens super re non dubia in iure,præsertim si is creditur iurisperitus: subdit Abb.vnde Papa reprehedit istum episcopum, qui dubitabat de iure non dubitabili,potuit enim moueri ad dubitādum quia quilibet præsumitur bonus.& c.legerem, Potuit tn̄ ꝓ hoc ꝙ consultatio debeat esse de re dubia,adduco tex.in l.Domitius,iuxta opin.illorum,qui dicunt,ꝙ ibi respondebatur iurisconsulto,quem verecūdū erat latere qōnem indubitabilem, vt per Bar.ibi ver.Alij dicūt ff.de testa.vnde tanto magis reprehensibilis est hic episcopus doctor,in quo eminēs peritia,& prudētia requirit,& circa oīa irreprehensibilem se præstare debet.ad Timoth.c.3.c.cum in cunctis.vbi oēs.de elect.& episcopi dicuntur columnę fidei.cle.1.§.Nec super hæc.de pen. Huic episcopo fortè applaudent verba diui Hieronimi ꝯtra episcopos insultos,& insipidos exclamātis in hæc verba Infatuatum sal ad nihilum prodest,nisi vt proijciatur.c.nō omnis,qui dixit.cum seq.2.q.7.

Secundo notat Abb.ex præmissa sua responsione, & ex
8 hoc tex.ꝙ† facta non præsumuntur.l.quæcunq;.§.quia pupillo.& ibi Bal.in sum.ff.de publici.in rem actio.l.in bello.§. factæ.ff.de capti.& post litem.l.si emancipati.C.de collatio. gl.ordi.& Doct.cōiter in l.sciendum.ff.de ver.obli.limitatur prædicta regula,nisi sint facta consueta fieri.Bal.in rub.C.de fideiuf.col.3.per tex.nota.in l.fi.C.eo.Idem Bald.in l.incendium.C.si cer.peta.Ial.in l.sciendum.circa princ.ff.de verb. obli.Secundo limitatur,nisi in instr̄o sit oppositum tale verbum,quod de necessitate inducat illud factum.per tex.in alle.l.sciendum.ff.de verb.obli.& in §.fi.Instit.de inut.stipu.ac in l.1.C.de contra.& commit.stipu.& Ias.vbi s̄. In tex.autē nostro hoc ꝓbat ibi,Quòd nisi de mandato apostolico certus extiteris,ergo cum hoc sit quid facti,an Sedes apostolica concesserit mandatū hmōi,vel ne,nisi de hoc facto quis certior reddatur,non tenebitur credere illud emanasse. & ꝙ ea quæ sunt facti probanda sint cōem affirmat. Ioā.de Ami.de Venat.consi.42.nu.24. Amplio ad Papam,eiusq; signaturā, ac quemlibet ēt principem secularem, vt ea, quæ sunt facti verisimiliter ignorent.c.vni.ver.Porro cum donatio fuisset occulta.vt eccle.bene.c.1.de ꝯsti.li.6.gl.2.in fi.in c.cū adeo. de rescr.Gl.pragma.de elect.c.licet.in ver.impediri. versi.& præsumit Papam oblitum fuisse.& ibi ꝓb.in addi.num.5.

Tertio notat Abb.practicam præcipiendi cum quis alte-
9 rius potestate vtit,dicat,† authoritate,qua fungor:quo fit vt delegat⁹ Papæ p̄cipiat authoritate apostolica,nō aūt ꝓpria: Rō est,qa delegatus habet vsum iurisdictionis,& nihil habet ꝓpriū.l.1.§.q mandatā.& l.& si ptor.ff.de offi.eius.l.solet.& l.more.ff.de iurisd.omn.iud.Hinc est, ꝙ stilus tpe Abb.& qui hodie viget est,vt delegatus in suis literis,preceptis,mandatis,citationib.dicat,Nostris, imò verius apostolicis firmiter obedire mādatis.De hac clausula tractauimus s̄.in c.1.nu.1.

Verum ex verbis Abb.quòd delegatus Papæ præcipiat authoritate Sedis apostolicæ, cum ij termini authoritate Papæ,& authoritate sedis apostolicæ inter se valde differāt, non modica videtur enim difficultas. Videmus enim in cle. 1.de probatio.dum Papa ibi sic loquatur,Collationi nostrę, vel Sedi Apostolicæ reseruasse. ibi constitui dr̄iā inter reser
10 uationem Papæ,† & sedis apostolicæ,tū ex dictione vel,q̄ & sites dictiones ponunt inter diuersa, & diuersitatē designāt. l.filiæ.& ibi Bald.in 1.oppo.C.de collatio.Bar.in l.is qui ducenta.§.vtrum. in 6.oppo.ff.de reb.dub.& in terminis nostris est text.in cle.1.de iudi.ibi In apostolicarum audientia publica literarum,vel in papali palatio.& ibi Cardi.in 9.no. nu.7.Tum etiam ex ijs,quæ voluerunt glo.2.& Imo.in 1.no. in d.cle.1.de proba.concludentes esse differentiam,an Papa dicat,Reseruamus dispositioni nostræ, an sedi apostolicæ.& ibidem per Card.in prin.Alia plura argumenta pro hac opi. ꝙ inter se differant, congessi in 11.q.1.Regu. Cancel.iuxta 2. edition. vbi tandem concordo contrarias opin.& quo ad terminos nostros,ex ibi dictis apparebit,quòd Papa,& sedes apostolica pro eodem accipi debent.

Quarto noto secundum Abb.ibi iniungo,quòd iudex de
11 se loquitur in singulari, † licet hodie, vt idem subijcit secundum Io.And.ex fastigio,Dicite vos,ex fastu loquatur in plurali.Factus enim teste Plymio lib.9.c.33.ac lib.11.c.35.propriè est indigna sui ipsius per superbiam existimatio,cū aliorum contempto. At fastigium dicitur altitudo, & summitas operis,quæ a latitudine surgure incipiens, paulatim tollitur in acumen.Ponitur etiam ꝓ forma cuiuscunq; rei, vti apud Virgil.1. Aeneid.& fastigia suscipit vrbis. Infert igitur, seu sentit Abb.ex mente Io.And.quòd ex quadam superbia, & elatione iudices plurali numero vtuntur, vt cum quis solus iudicat dicere soleat per hanc nostram diffinitiuam sententiam,quam de iuris peritorum cōsilio ferimus in ijs scriptis, pronunciamus, decernimus, & declaramus &c. Idem Abb. ad hæc citat nota in c.cum arbitro.de re iudi.lib.6.In tex.illo deciditur,ꝙ sententia a pluribus lata, ab vno ex illis recitata,numero plurali concipiatur.videlicet. Nos Meuius, & Titius,iudices,vel arbitri & c.pronunciamus, laudamus, arbitramur &c.Si autem vnus tantum sit arbiter, vel iudex sequitur,quòd numero singulari & concepi,& recitari debeat sententia,seu laudum.Vos autem teneatis, ꝙ non referat, an arbiter,vel iudex de se loquens vtatur numero singulari, an plurali,& sic an dicat Ego,ad Nos.vt voluerunt Spe.de senten.§.Iuxta.post nu.13.versi.Ego,vel Nos talis iudex.Bal.in Marga.in ver.sententia quibus verbis formari debeat. Et sic non videtur congrua obiectio Io.And.ac Abb.ꝙ iudex,vel arbiter si solus pronunciet ex facto,ac superbia numero plurali vtatur,cum enim faciat lege,ac vsu permittente, non est qd ei possit imputari.arg.text.in l.Graccus.C.de adult.Quo aūt numero vtat Papa, Imperator, Rex, Iurisconsultus de se loquēs,vel aliū alloquēs latè tracto in Gl.Facul.ī ver.Nos ꝙ.

12 Vltimo notat Abb.ꝙ Papæ delegatus † potest ordinario præcipere, vt exequatur factum suum: Rationes duæ adducuntur per Abb.quare hoc facere possit, prima est, quia delegatus in illa causa vices gerit alterius,videlicet Papæ:Papa potest præcipere,ergo & eius vices gerens in causa,seu re sibi commissa: Maiorem probo per tex.in l.1.§.qui mandatā, & l.si prætor.ff.de offi.eius.l.solet.ff.de iuris om.iudi.Minor patet, quia Papa omnes iudicat:omnibus præest: omnibus præcipit: & vices Dei in terris gerit.c.vt nostrum.vt eccle. bene.c.ad Apostolicę.de re iudi.lib.6.c.cuncta per mundum. 9.q.3.c.solitæ.versi.Ecce constitui te super gentes,& regna. & versi.Quodcunque ligaueris.de maio.& obe.c.per venerabilem.qui fil.sint legi.cum alijs. Et in terminis quòd delegatus in causa sibi commissa a Papa possit mandare ordinario,& is sibi,sicut Papæ parere teneatur,est tex.in c.sanè.2.& in c.cum contingat.& ibi Abb.in 1.not.hoc ipso titu.

Altera ratio Abb.est, quia delegatus Papæ in causa sibi commissa maior, & dignior est quolibet ordinario.adducit ipse ad hoc probandum tex.in c.studuisti.de offi.deleg.vbi ꝙ legatus nō potest se intromittere in causa alicui per Papam delegata.Ad idem est tex.in alleg.c.sanè.2.cir.prin.versi.Vnde in causa illa superior est,& maior illis, quorū causam suscepit terminādam hoc tit.de offi.deleg.c.pastoralis.de offi. ordi.ibi Ad quod dicimus, ꝙ cum delegatus quantum ad illud sit maior ordinario.& per gl.& Doct.super rub.ff.de offi. eius.Hęc secunda ratio Abb.licet eam nemo impugnet,quē viderim,non videtur cōcludens, non valet enim consequētiæ Meuius est me maior in aliquibus,vel potētior,ergo potest mihi iubere,vel imperare, ergo teneor,vel debeo illi parere:Obedientia enim præstanda est superiori, suo principi, suo prælato.ad Timoth.c.3.Admone illos principibus,& potestatibus subditos esse.ad Hebr.13.obedite præpositis vestris & subiacete eis.l.Imperator.versi.scienter quoniam.ff. de appel.cap.2.& cap.solitæ.de maio.& obedien.cap.1.93. distinct.cap.regum.§.ipsis.& cap.sequen.23.quæst.5. Prima igitur ratio Abb.tanquam melius concludens tenenda est.

Quærit Abb.qd si delegatus nolit fidem facere ordinario

de

de sua delegatione, seu mandato, sed eum parere nolentem excommunicet, an excommunicatio eum liget? Dicit Abb. Docto. negatiuè respondere, & benè, rationem adducit, quæ est, quòd delegatus non habet iurisdictionem super ordinarium, nisi quando esset sibi rebellis, vel inobediens. c. præterea. hoc tit. & per Fede. de Sen. consi. 163. quod incipit super inuocatione: Sed petendo sibi fidem fieri de mandato prudenter facit, facit enim id, quod sibi a iure permittitur, & quod sibi expedit, ergo nulla rebellio.

13 At excommunicatio † ex defectu iurisdictionis nõ tenet. c. per tuas. & ibi Doct. de senten. excom. Abb. post Inno. in c. cum contingat. nu. 8. versi. Sed circa hoc. de rescrip. & dixit Idem Innoc. in c. venerabili. de censib. gesta per delegatum, qui non docuit de mandato petito, esse ipso iure nulla, & si excommunicet, excommunicationem non tenere. sequitur Fely. hic post num. 3. versi. Et ad hanc materiam. Et idem dicendum est de executore apostolico, non offendente suam potestatem. Rot. 15. de do. & contu. in no.

14 Secundo quærit Abb. quid si ordinarius non curat † certificari de mandato, an possit exequi? dicit Doc. tenere, ꝙ sic, ex quo præsumit de mandato, adducit rationem, quia non dicit text. quòd non possit exequi, sed ꝙ non cogatur, quasi inferre velit Abb. ꝙ in arbitrio ipsius ordinarij relinquatur, an velit vel non. prout in simi. habemus in text. in c. duobus, de rescrip. lib. 6. iun. gl. in ver. teneantur. vbi si tenentur executores alterum ex concurrentibus super beneficio eligere, necessè id facere debent: at cum non cogantur magis vnum, quam alterum admittere, in eorum arbitrio remanet quem eligant. Sic & in c. per hoc. iun. glo. in ver. teneantur. Si ordinarius, ac inquisitor in causa heresis diuisim procedant, coguntur processum communicare, non enim ibi dicit possint, quia tunc remitteret eorum arbitrio communicandi, vel nõ communicandi, & sic aut quis a iure cogitur, aut non; primo casu nõ adest arbitrium, sed necessitas. Secundo vero casu est in arbitrio. de hære. lib. 6. Sic in casu nostro cum quis nõ cogatur, & non adsit necessitas, crit in arbitrio executoris non exequi, vel exequi. Ratio hæc videtur bona, si verba tantum attendimus, at si mentem cõditoris canonis perscrutari volumus, quam verbis præferre debemus, & illam magis, quam verba attendere. iuxta illud Sapientis prouerbio. c. 9. vbi inquit, Qui tantũ verba sectatur, nihil habebit, qui autem possessor est mẽtis diligit animam suam. & ad tex. in l. si filiusfa. §. sed si filio. ff. quod cum eo. Et dicit tex. in c. Marchion. 1. q. 1. ꝙ non cortex literæ, sed medulla, & sensus perspici, debẽt, Modo si consideramus vnde motus sit summus Pontifex ad ista statuendum, concludemus, ꝙ ea ratione, quia insulsum, & fatuum sit credere alicui asserenti se esse delegatum apostolicum, nisi ostendat, vt supra diximus in rationibus decidẽdi: Amplio vt nec etiam episcopo soli credi debeat. iuxta tex. in c. si totũ episcopo. & c. seq. 2. q. 6. & c. si episcopus fortè. iun. glo. in ver. citò. & in ver. & asperè. 11. q. 3. Abb. in cap. post cessionẽ. col. 9. ver. Moueor nõ minus, imò principaliter ꝑ hãc rõnẽ voci ẽpi nõ credit in ꝑiudicium alterius. de ꝓba.

Præter id, quod absurdum maximum sequi posset, si admitteremus executionẽ fieri posse absq; alia certificatione, seu veritatis indagatione, quod ne sequi possit cauendũ sem per est, l. nam absurdum. ff. de bon. liber. l. fi. post princ. C. de vsur. rei iudi. Alex. consi. 83. num. 5. lib. 2. D. meus consi. 19. col. 3. in fi. Et inductione ad absurdum vtitur Apostolus 1. ad Corin. c. 15. Absurdum autem sequeretur, quia posset inferri præiudicium tertio, per præmissam executionem: Posset auferri possessio beneficij: Possent beneficiũ fructus extorqueri, vel res profana occupari ab aliquo non vocato, nõ audito, & dari, vel concedi alteri tumultuariè, irrationabiliter, iniustè: Vel fieret executio antequam quis conueniatur: Multaq; alia inordinatè, imò tirannicè fieri possent, etiam in elusionem Papæ, & sedis Apostolicæ. contra tex. in c. 1. supra hoc tit. Et hæc patent ad sensum. Et quòd iura omnia, ac iudiciorum regulæ, & obseruationes, nec non tribunalium ritus vbique locorum, & in quibuscunque rebus, & negocijs tam profanis, quàm beneficiarijs, ac spiritualibus possessio per iudicem, per executorem, per principem, vel alium, non sit ab aliquo auferenda, neq; illa quis priuari debeat possessore non vocato, & causa cognita, ac ordine iudiciario præmisso, & seruatis seruãdis, probat tex. in l. extat. ff. quod met. cau. in l. meminerint. & in l. si quis in tantam. C. vn. vi. in l. fi. C. si per vim, vel al. mod. in c. 1. & fi. vt lit. penden. in c. volumus. 16. q. 4. pro premissis est bonus tex. in c. licet episcopus. in 2. respon. & ibi Gemi. nu. 5. Fran. nu. 3. & omnes. de præb. lib. 6. voluit Rot. Bellame. Deci. 85. fi executor. in fi. & Oldr. consi. 227. incipien. de toto. col. 1. & rursus num. 11. vbi pulchrè ampliat etiam ad executorem merum, vt is licet conferre possit nemine citato, admissionem tamen in possessionem deuenire non possit, nisi possessore vocato, & re discussa. Idem etiam voluit Gemini. post Innoc. & Hosti. in c. 1. nu. 9. de concess. præb. & Cardi. consi. 132. nu. 8. & seq.

Et si quis dicat, non est præsumendum, quòd episcopus stultè moueatur ad credendum delegato, vel quòd ipse, vel delegatus præsertim summi Pontificis mendacio, vel fallacia vtatur. respondeo negando, quòd ille pro delegato haberi debeat, nisi de hoc constet: Rursus quo ad vtrunq; præter id, quod dixi episcopo soli, vel ei simili credi non debere, pondero, quòd regulariter concurreret præiudicium tertij: Et dum aliquid machinari posse contingit, maximè contra prouisum apostolicum, non adhibetur fides ordinarijs, pariter nec delegatis, prout habemus per Rot. 22. ac 341. incipi. Item voluerunt. vbi, quòd non statur etiam literis ordinariorum, eorum sigillo munitis absque testibus, vbi subesse posset suspitio fraudis: Ampliando ad omnes habentes potestatem conferendi, vel a Papa, vel a quocunque, vt sunt executores, vel similes, quorum literis sigillatis tantum, non stabitur. Sequuntur Abb. in c. post cessionem. colum. 9. vers. Pro hoc ponunt Domini de Rota: & Fely. post num. 8. versi. Et dicunt Domini. de Rota. de proba. sequitur ex præmissis, quòd decisio Abb. vel non sit vera, vel non videatur carere dubio: Dubium autem præcedenti non minus, & æquè difficilè subijciam.

15 Habemus in iure, quòd delegatus † siue executor non receptis, & visis literis suæ facultatis non recipit iurisdictionẽ. c. super eo. 2. de appel. Archi. in c. si is cui in prin. ibi Sumpto argumento a contrario. de offi. delega. lib. 6. & in c. is qui. in princ. de procu. eo. lib. glo. in cle. 1. in ver. receptis. eo. titu. de procu. Bar. in l. multum. nu. 2. ff. de condi. & demon. Bal. in l. falsus. nu. 17. versi. Sed post quòd causa. C. de furt. in l. mandatum. post nu. 19. C. manda. & in l. is. qui in prouincia. col. 3. versi. Sed dubitatur. ff. si cer. peta. Rot. in no. 44. ver. Delegatus enim. ac 487. Maria. Soci. in tracta. Citatio. art. 20. in 6. q. prin. versi. Et si delegatus. Cassa. Deci. 8. nu. 12. de resti. spoli. Philip. Franc. in allega. c. super eo. 2. col. 2. versi. Vltimo tenementi. & ibi D. meus num. 12. de appel. quem text. ad hoc citat Lap. Alle. 81. incipien. non voluit. nu. 4. & ibidem in Addi. mea alios ad idem cito in ver. super eo, ostendens hanc esse communem opin. quam etiam communem affirmat Are. in l. sed et si de sua. colum. 1. versi. Ex ijs inserunt. ff. de acqui. hæredi.

Verum aduertendum est ad distinctionem, quam facit Aegid. Bellam. videlicet, aut loquimur de delegato, & procedant supra adducta, vt iudex delegatus nõ visa sua facultate nulliter procedat: Aut loquimur in executore, & aliud dicendum sit, vt Deci. sua 359. & ratio est, quia in executione sufficiat constare de veritate rei, licet illam ipse ignoret. Rursus aduertendum est ad Dec. Bisigne. 4. sub tit. de conc. præb. vbi ꝙ valet processus ante præsentationem literarum. Ad distinctionem præfatam respondeo, ꝙ illa non subsistat, sed indistinctè concludendum sit tam iudicem delegatum, quàm executorem iurisdictionẽ exercere non posse si ignoret fundamentum suæ iurisdictionis, vt per Rot. in no. 459. in anti. 704. Roma. consi. 359. pariter non subsistit. Dec. 4. Bisigne. vt aduertit Cassa. deci. 8. de resti. spol. nu. 11.

Si igitur executor, vel delegatus non est certus de literis iurisdictionem, seu facultatem sibi concedentibus nullam iurisdictionem, vel facultatem habere dici potest, & consequenter procedere non debet: quia delegatus nõ visis literis delegatorijs nullam habet iurisdictionem, vel facultatem, & procedere prohibetur, vt probat & est tex. in c. vt debitus, ibi Prius quã delegato fuerint assignatæ. de appel. pari, & eadẽ rõne subdelegatus nõ videns literas delegatorias, ac subdelegatorias, nullã facultatẽ, vel iurisdictionẽ habere dr̃. Et ꝙ
16 subexecutor, & sic † subdelegatus de literis facultatis delegati, & de sua subdelegatione certus esse debeat ad validitatem actus a se gerendi supponitur per Rot. Roma. Crescen. 87. aliàs 2. sub hoc titu. de offi. dele. vbi ad id citatur hic tex. noster, & concludit, ꝙ subexecutor viso processu fulminato, & sic sua subdelegatione, in quo processu fulminato erant insertæ literæ apostolicæ, & sic visa et delegatione validè, & recte processit ad executionem mandati sibi facti.

Glo.

Glo. in ver. iniungo, in primis adducit contex. in cap. cum contingat. de rescrip. ibi, Vt partem aduersam denuncies excommunicationis sententiæ subiacere: & sic idem mandatum continetur in dicto cap. cum contingat, quod hic: circa autem quæsitum, ac decisionem diuersi sunt termini illius text. a nostro.

17 Subijcit glo. quòd delegati sententiæ non creditur, † nisi commissio ostendatur: & ad hoc quod non credatur asserenti se esse delegatum citat in argumen. text. in cap. cum a nobis. infra de testibus, vbi quòd iudicis verbo quantæcunque auctoritatis credi non debet. Ampliat glo. ad arbitrum, vt nec illi credatur asserenti iuramentum a partibus interpositum, pro quo adducit text. in l. 4. versic. Sinautem. C. de arbit. & ibi Barto. distinguit numero 6. versic. Tu dic clarius, & voluit Alexand. consilio 70. libro tertio. quòd iudex non possit deponere super validitate, & iustitia suæ sententiæ. Et dixit Bald. in c. conquerente. versus fin. de resti. spolia. quòd iudex non potest testificari de fundamento suæ iurisdictionis. Adducit etiam dicta glo. tex. in l. vni. C. de manda. princip. vbi quod non creditur asserenti se mandatum principis habere. Pro quo est etiam text. in l. ita demum. C. de procur. & voluit Bart. in l. licet. C. eo.

Ex dicta glo. præsertim in fin. Abb. affirmans illam valde nota. elicit nonnullas conclusiones, ac constituit tria mem-
18 bra, quorum primum est, qualiter probetur † delegationis mandatum? Respondet Abb. illud probari per originale. toto tit. infra de fide instrumen. Hoc est indubitabile, ideo super eo non insisto: solum declarabo, quòd si loquamur de legato sedis Apostolicæ extra Romanam curiam existente super aliqua causa cognoscenda, & decidẽda, probatio † per
19 originale, erit per literas iustitiæ plumbatas, & sæpe per officium contradictarum expeditas, de quibus tract. in Glo. facul. in §. volentes. in ver. literarum nostrarum, vel probatio fiet per breue extensum: seu per breue supplicatione inclusa prius signata, de qua loquitur Staphil. super signa. folio 161. versicu. Quando petitur commissio ad partes. & postea versic. Item committitur appellatio in partibus per breue. Si vero causa in curia Romana Rotæ Auditori, vel prælato in eadem Romana curia, seu alij committitur, delegationis originale erit ipsa commissio signata, & sic ipsum rescriptum impetratum.

Alter modus probandi delegationem (vt Abb. subdit) erit per exemplum solemniter sumptum ex originali, seruata forma. cap. penult. & vlti. de fide instrumen. vbi disponitur, quòd rectè extracta instrumẽta a suis originalibus eandem vim habebunt, quam ipsa originalia. Idem etiam cauetur in cap. significasti, & in cap. Albericus. de testibus. Sumptum autem, vel transumptum, vt fidem faciat quæ requirantur ponunt. idem Abb. & Felyn. in cap. cũ P. tabellio. & in cap. fi. de fide instrumen. Quando autem ipse idem notarius,
20 qui rogatus fuerat sumi exemplum † ab originali, non requiruntur solemnitates, nec iudicis præsentia, quia illud, qd̃ sumitur ab eodem notario ex originali, dicitur publicum, & authenticum, etiam si mille instrumenta ab eodem sumerẽtur. ad text. in l. vnum testamentum. & ibi glo. & Bald. ff. de testamen. cap. dudum. 1. de conuer. coniug. Specu. de instru. editio. §. postquam. & Bal. in l. in fraudem. §. neque. ff. de iur. fisci. Bald. in l. 2. in 9. quæstio. C. de testamen. & voluerunt Barto. Bald. Saly. & communiter alij in authen. si quis in aliquo. C. de eden.

21 Probatio etiam fit secundum Abb. si originale † delegationis fuit exemplatum, seu registratum in actis, vt voluit hic Innocen. & Hostien. Bal. & Ange. in dicta authen. si quis in aliquo. C. de eden. Idem Bald. in l. chirographis. in princi. ff. de admin. tuto. Rot. 1. de fi. instrumen. in antiq. & pulchrè Ancha. consi. 41. incipien. prima facie, post prin. versic. Cum ergo duæ productiones in actis sint incorruptæ. Roma. in l. sciendum. ff. de verbo. oblig. & consi. 336. Et idem concludit Cardin. in cap. fin. de fide instrum. inquiens Delegatus facit scribi delegationem, & mandat adhiberi Papæ tuam fidem citans ad hoc glo. & Docto. hic & sequitur ibi Fel. ante nu. 3. Dum autem Abb. hic requirit præsentiam partium, vel consensum in hac exemplatione originalis apud acta, supplete vos, vel quòd pars sit citata, vt probat Felyn. hic, citationem etiam sufficere. & in alleg. cap. fin. de fi. instrum. Et ratio est, quia citatio ad hoc fit vt quis compareat, & actui gerendo præsens sit cap. cum dilecti. versi. volentes tamen. & toto tit. de dolo, & contuma. ac toto titu. ff. de in ius vocan. ff. si quis in ius voca. non ier. & ff. in ius voca. vt eant.

22 Secundum membrum Abb. est qualiter præsumatur † iurisdictio delegata, vel ordinaria? distinguit post Imol. hic quo ad delegatum, aut sententia fuit lata præsente parte, & nõ appellante, & præsumatur iurisdictio, secus igitur si parte absente, vel appellante. Hoc dictum Inno. sequitur Lap. alle. 43. incip. Approbat opinionem Innoc. de offic. deleg. cum in iure. Innoc. etiam sequitur Abb. in c. quoniam contra. nu. 19. faciens similem distin. isti, per eum hic positæ. Et ꝙ sentẽtia delegati præsente parte lata, faciat præsumi pro mãdato delegationis voluit Bald. in l. gesta. C. de re iudi. sequitur Rom. post Ange. in l. sciendum. col. 6. ff. de verb. obli. & voluerunt praxis Papien. in ver. scientia. Visaque litis contestatione. ac Felyn. in c. sicut ante. num. 33. de re iudi.

23 Sic etiam dicimus, ꝙ licet † mandatum non præsumatur, etiam per mille annos, vt voluerunt Barto. in l. Pomponius. §. rati. in fin. ff. de procura. Bald. in l. 2. C. si ex fal. instrumen. & in l. 1. in 1. oppo. & ibi Saly. C. de rebus alien. non alienan. Cẽpol. consi. 26. colum. 5. Alexan. in l. qui aliena. colum. 4. ff. de acquiren. hære. dominus meus consi. 42. colum. 6. & consil. 215. colum. fin. Felyn. in cap. sicut. colum. 19. versic. Sexto aduerte. de re iudi. Dec. Neapo. Afflict. 368. num. 9. Gozza. consi. 99. colum. penult. Maria. Soci. iun. consi. 56. nu. 5. lib. 1. Loffre. consi. 20. num. 8. & hæc est magis communis opin. licet dictum Bald. Fran. Curt. impugnet. consi. 77. super motiuis. colum. 2. versi. sed præmissis. Et Ias. in l. 1. num. 12. C. qui admit. postquam allegauerat Bald. pro corroboranda dicta limit. ab eo recedat.

Fallit tamen quando interuenit scientia, & patiẽtia ipsius
24 principalis, tunc enim † mandatum præsumitur. Inno. hic & in cap. ex parte decani, quem ibi communiter sequuntur. & in capit. nonnulli. de rescript. Bald. in l. licet. C. de procurat. Rot. 454. in nou. Guid. Papæ. decis. 40. Ruin. consi. 101. colum. 15. libro 1. Cassa. decis. 3. numero 5. de procura. Balb. in tracta. præscript. in 3. par. princip. colum. 11. versicu. Tertio generaliter limita.

Hæc aptari possunt distin. nostræ, de qua supra arguendo
25 † a mandato procuratorio ad mandatum iurisdictionale, & contra. per tex. in l. more. ibi, Sicut in reliquis causis. ff. de iurisdi. omn. iud. per quem tex. sic arguit Innoc. in c. cum olim. Abb. in prin. hoc titu. de offi. deleg. Idem Inno. in c. in nostra. de procu. sequuntur Ange. Pau. Castren. Alex. ac Ias. nu. 20. in dicta l. more. Pro quo etiam argumento videre poteritis. Ioan. de Arno. in sua Topica. cap. 28.

Ampliat Abb. vt idem dicendum sit, ꝙ delegatio præsumatur non solum quando præsente parte sententia lata est, sed etiam quando pars aliquando comparuit ante litis contestationem, postquam non potuit allegare defectum iurisdictionis. ad hoc faciunt s̃. adducta, & Fel. hic nume. 10. citat Bal. in alleg. l. gesta. C. de re iudi. vbi inquit, ꝙ si is, qui est litẽ contestatus opponit defectum iurisdictionis, illam probare debet, & sic præsumptio est pro iurisdictione, secus si absens non comparuit. per ea, quæ voluit Inno. in c. innotuit. de eo qui furti. ordi. fusce. Adducit etiam Fely. Bal. alijs in locis, de quibus hic per eum. Et dixit Innocẽ. in alleg. c. innotuit, ꝙ si comparui coram iudice, tanquam coram delegato, & post litem contestatam oppono, ꝙ ipse non est delegatus, quòd propter litem contestatam translatum est in me onus probandi. de quo etiam Felyn. in c. quoniam contra. post nu. 53. versi. Benefacit. de proba.

26 Addo ꝙ mandatum † delegatorium in sententia antiqua præsumitur, de quo aliter non appareat. Inno. hic, & probat̃ in praxi Papien. vbi s̃. ac per Fel. in d. c. sicut. de re iud. nu. 32. vers. Si autem quæritur vtrum sententia.

Et generaliter, ꝙ pro sententia præsumatur ob eius anti-
27 quitatem † dato ꝙ non iustificetur legitimo processu voluerunt Cyn. Bal. & Sal. in l. emancipatione. C. de fi. instru. Bar. in l. admonendi. col. 10. vers. Quid si reperiantur dicta testiũ. ff. de iureiuran. Bal. in c. 1. col. 3. si de mili. vasal. vers. Quæro Anto. de But. col. 15. ver. si est lata. & Imo. colum. 6. vers. sed alij, hoc secundo casu. & Abb. col. 14. vers. an sententia lata. in c. quoniam contra. de proba. Roma. in l. sciendum. col. 15. versi. Tertia fuit opin. ff. de verb. oblig. Cẽpol. consi. ciui. 26. colum. 3. Alex. in l. de vnoquoque. col. 1. in fi. ff. de re iudic. & consi. 30. col. 2. vbi hanc opin. communem affirmat. ac consi. 105. volu. 5. dom. meus consi. 375. Cur. sen. consi. 77. col. 2. & seq. ac Curt. iun. hanc communem asserens in alleg. l. admonendi. nu. 250. ff. de iureiur.

28 Quantum attinet ad iurisdictionem ordinariam, † pro illa semper præsumi affirmat glos. magna hic, versicu. sententiæ verò ordinarii semper statur, & pro ea præsumitur, quia constat de iurisdictione, & quòd non sit opus probari iurisdictionem ordinariam, quia pro illa præsumatur, voluit Bald. sequens hanc glo. in l. prima, in fi. C. qui, & aduer. quos. & in l. secunda, columna penultima. C. de senten.

Hinc inferunt Abb. & alii hic, quòd si fuerit lata sententia a legato, sufficit probare, quòd ille habebatur pro lega-
29 to, † legatus enim Papæ habet ordinariam iurisdictionem in prouincia sibi commissa. cap. secundo. de offic. lega. libro sexto. cap. fin. de coniu. seruo. vbi legatus in prouincia sibi decreta audit causas matrimoniales. & ibi notat Abb. quòd concurrit cum episcopo. Idem voluit Specul. in titu. de lega. §. superest. post numerum 2. vbi quòd legatus passim in omnibus causis ecclesiasticis, etiam super separatione matrimonii cognoscere potest. & dixit Specu. in eod. tit. §. nunc
30 ostendendum. post num. 54. quòd legatus † omnia exercere potest, quæ siue de iure, siue de consuetudine quilibet ordinarius posset, siue sit episcopus, siue abbas, siue archiepiscopus, primas, vel Patriarca, seu alius quicunque. subdens, quòd ipse ordinarius est in illa prouincia. & sic tradit regulam, quòd omnia, quæ prælatus facere potest in dioecesi sua, potest legatus in sua legatione, cuius dicta reassumit Abb. in cap. sicut vnire. post numerum 5. de excessio. prælat. sequitur Ioann. de Sel. de benefic. in tertia quæstio. secundæ part. num. 2. versicu. sed sic est, quod legatus. & in nona questio. quartæ part. ante numerum 2. versicu. sed delegatus, & episcopus in eorum prouincia pari passu ambulant. Immo
31 legatus † habet maiorem iurisdictionem, potestatem, & authoritatem quibusuis ordinariis. cap. primo, de offic. lega. & ibi Abb. & alii. cap. quod translationem. eodem titu. cap. si abbatem. in primo & secundo respon. de electio. libro sexto. Spec. de legato. §. superest. post numerum 2. & §. nunc ostendendum. post numerum 53. Bertran. consilio nono, ex themate. num. 2. vers. quo verò ad collationem. in nouis.

Limitatur præmissa conclusio, quòd præsumatur iurisdictio ordinaria, vt non prodat in spectantibus ad legatum, vel
32 alium ordinarium † non iure communi, sed speciali puta legitimando, restituendo famæ, & priori statui, vt volunt hic Anton. de Butr. Imol. Abb. ac Felyn. & alii per eundem Felyn. relati. num. 12. Subdit secundum Ioann. Andr. in addit. ad Specul. in titu. de legat. §. superest. versicu. quòd si legati, quòd communiter legati quando vtuntur iure speciali, in-
33 serunt totum tenorem rescripti. Addo, quòd tam † legati Papæ, quàm alii ordinarii facientes aliquid ex speciali indulto, vel priuilegio sedis Apostolicæ, quo ad id impropriè ordinarii dicuntur, immo quasi extraordinarii, & si ordinariam iurisdictionem, seu potestatem habeant, habent enim extraordinariam, seu extraordinariè superinductam. gloss. penult. in clement. fin. de offic. ordin. Paul. Castrens. consilio tertio, in tertio dubio. Ioann. de Sel. de benefic. par. 4. quæst. nona. nume. 3. Rebuff. de nomina. quæstio. octaua, versicu. præterea sequitur, quòd legatis sedis Apostolicæ, vel aliis ordinariis in istis iure speciali concessis non debeat credi, sed iurisdictio, facultas, seu potestas probanda sit.

34 Legatum verò se asserenti, † quòd credendum sit, & presumatur legationis commissio eo ipso, quòd Cardinalis accedit ad aliquam prouinciam voluerunt glo. & Doctor. per illum text. in cap. nobilissimus. 97. distinctio. Docto. hic, Hostiens. in sum. de recusat. iudic. deleg. §. fin. versic. item legato. Calderin. consil. 1. an valeat, de offic. lega. Imol. & Abb. in cap. quod super iis. de fide instrum. Anton. de But. in cap. ex literis. colum. 14. de in integr. restitut. Anchar. in clem. 1. colum. 2. de probatio. Rot. 175. not. quòd legatus. in antiq. Lapp. allegat. 15. incipien. idem est dicere. nume. 2. versicu. non est necesse probare quem esse legatum. Et Lap. sequuntur Roman. consi. 59. ad discutiendum. post numerum 6. versic. primo quia. Felyn. hic num. 12. & in allegat. cap. quod super his. num. 8. in secunda conclus. de fide instrum. & ad hoc adducit etiam aliam Lappi allegat. 32. incipien. an frater minor. nume. 4. versic. an credatur. Et Lappum ibi sequuntur Anan. in cap. excommunicamus. §. quia verò. nume. 5. de electio. Roman. in l. sciendum. nume. 50. ff. de verb. oblig. & alii, quos cito in mea addit. ad dictam alle. 32. in ver. viuæ vocis.

35 Quærunt hic Doctor. an legitimatio personæ † in iudicio comparentis præsumatur, vel probanda sit, & per quem? Imo. dixit, quòd si negetur quem fuisse procuratorem, vel tutorem, cum quo iudicium agitatum fuit, & contra quem sententia lata sit, quòd sententia inualida erit, nisi pars, quæ illam obtinuit probet illum, qui se pro procuratore gerebat habuisse mandatum: pariter idem dicendum est, quòd probetur is, qui se pro tutore gerebat, quod talis esset. hoc prosequitur Abb. in 3. membro. nume. 9. Pro intelligentia supponendum est, quòd in iudicio, etiam summario ante omnia persona comparentis legitimari debet. glos. in l. 2. C. de edi. diui Adria. tollen. vbi Bartol. colum. fin. ac Salyce. Fulgos. Alexand. & Ias. nume. 4. Bald. in l. 3. §. ibidem. ff. ad exhiben. Alexand. consi. 72. colum. 4. vbi ampliat etiam si a principio non sit oppositum contra personam comparentis. Ias. super rubr. C. qui admit. Comparens igitur alieno nomine, si tanquam procurator, debet probare se esse talem, & habere ad causam sufficiens mandatum, alioqui dicetur falsus procurator. ad text. in l. si procuratori falso. ff. de condi. ob caus. l. licet. C. de procur. & ad text. & ibi Felyn. post alios in cap. ex parte decani. de rescript.

Si verò quis compareat tanquam tutor, si contra eum opponitur, non solum debet probare se tutorem, sed etiam, q
36 inuentarium fecerit, † quamuis Bartol. in l. in illa. colum. fin. ff. de verbo. obligatio. hunc articulum indecisum reliquerit, immo potius inclinet, quòd obiiciens probet negatiuam: Contra Bartol. tamen est communis & verior opinio, quòd is, qui se pro tutore gerit, probet: alioqui non audiatur. l. fi. C. arbit. tute. Bald. in l. 2. colum. 10. C. de iu. emphyt. Imol. in l. in illa. colum. 2. Roman. num. 14. Alexand. colum. penul. & Ias. in 4. limit. colum. penult. ff. de verb. oblig.

Redeo ad Abb. quando negatur aliquem esse procuratorem quis probabit, an dicens se procuratorem, an obiiciens? Distinguendum est, aut sumus ante litis contestationem, & omnes concludunt procuratorem se asserentem probare debere. Aut sumus post litis contestationem, & sunt diuersæ opiniones. Prima fuit, quòd talem se dicenti probandi onus incumbat. per rationem l. actor. C. de probat. & l. asseueratio. C. de non numer. pecun. cum sit mera negatiua, & sit improbabilis. Hanc opinionem tenuit Inno. in cap. innotuit. de eo, qui furti. ordi. susce. ac Bartol. in l. licet. C. de procur. & in hanc primam opinionem videtur potius inclinare Ab. in cap. quoniam contra. colum. penult. versic. si verò de hoc nunquam cognitum. de probatio.

Secundam opinionem quando post litem contestatam, q
37 obiicienti, tu non es procurator † probandi onus incumbat, tenuerunt hic Innoc. & Imol. Idem Innoc. in cap. 1. in ver. absentia. de electio. libro sexto. ac glo. & Angel. in l. Pomponius. §. rati. ff. de procurat. Felyn. hic versus fin. & alii per eum citati, vbi hanc secundam opinionem veriorem affirmat. Ratio adducitur, quia admissus vsque ad litis contestationem inclusiuè videtur positus in quasi possessione officii, seu ministerii.

Et si quis dicat, quare magis hęc post litem contestatam, quàm ante, responsio est in promptu, quia post litem contestatam, & non ante, dicitur vera lis, & verè, ac propriè litem pendere. l. nemo. C. de iurisdict. omn. iudic. l. placuit. C. de peda. iudi. cum aliis, quæ adduco in cap. quoniam contra. num. 185. & sequen. de probatio. vbi etiam pone alios effectus litis contestationis.

Vnum notatu dignum non omittam, quòd procurator, qui nunquam produxerat mandatum, & tamen obtinuerat tres sentẽtias, potest in executione si opponitur de mandato, illud pro validitate sententiarum producere: quandocunque enim opponi potest de defectu mandati, semper potest produci mandatum, vt voluit Bar. consi. 122. Rom. consi. 178. Aymo. consi. 108. & conclusit Rota Romana coram Nouato in vna nullius præpositurę contra Cardinalem Triuultium, prout dec. Achil. de Grassis 250. incipien. Procurator, qui nunquam produxerat. Sublimitanda erit limitatio præmissa, ac Rotæ decis. quòd non procedat quando ante sententiam fuisset contra procuratorem oppositum de defectu mandati, & de illegitimitate personæ comparentis, vt per supra citatos, & per Alexand. consil. 72. nume. 10. volum. 5. & in specie est decis. Ioann. Baptis. Guidob. 127. incipiens, Proponente R.D. Ant. Aug.

Postremo Abb. ex fin. glo. magnæ notat excommunicatum semel, semper præsumi excommunicatum, nisi docea-
38 tur de absolutione † glos. ad hoc citat cap. venerabilem. supra de electio. Dicite vos vers. Fuit quoque a prædecessore, nostro excommunicationis vinculo innodatus, &c. & parum post

post dicitur, Vnde patet, quòd ipse fuit excommunicatus electus. Canonis illius author fuit Innocentius III. qui vt ex illo tex. colligitur, & etiam ex historijs reiecit Philippum Imperatorem a nonnullis electoribus nominatum, etiam tãquam excommunicatum a Papa prædecessore, supponendo, quòd etiam tempore electionis regnante ipso Inno. III. factæ, & sic diu post excommunicationem emanatam a prædecessore ille excõmunicatus reperiretur, quod eo ipso præsumi supponitur, ex quo de absolutione non docetur. Omitto aliam præsumptionem, quæ concurrebat ex petitione absolutionis ab oratoribus Philippi facta, quia etiam absque hac petitione absolutionis sufficiebat illa præsumptio, quòd semel excommunicatus &c.

Adducit etiam tex. glo. nostra in cap. proposuit. versi. Per testes verò magistri. de cleri. excommun. minist. vbi collatio beneficij facta fuit iam excommunicato, necessaria fuit probatio, quòd tempore collationis prouisus reperiebatur absolutus: & sic infertur, quòd si non constitisset, quòd post excommunicationem in eum inflictam absolutio ab illa superuenisset, collatio non subsisteret, ex quo semper præsumi debuisset excommunicatus, prout etiam concludit ibi gl. in ver. de absolutione. vbi etiam Abb. Idem voluit Rot. 239. in anti. Ancha. consi. 63. incipien. motiua. numero 5. versicu. In ijs enim. Abb. in cap. sicut nobis. in 1. notab. de senten. excommun. Fely. in cap. scribam. colum. 2. versi. Et dicit, quòd semel excommunicatus. de præsump. dom. meus. in cap. post cessionem. nume. 18. & in cap. in præsentia. colum. 3. de probatio. ac in l. non hoc. num. 8. C. vnde legi.

REPETITIO
IN RVBRICAM. DE IN INTEG. RESTIT.

Celeberrimi I. V. C. D. Quintiliani Mandosij.

SVMMARIVM.

1 *Restitutionis in integ. tituli vtilitas euidens est.*
2 *Generis cognitio ad cognitionem specierum præcedere debet.*
3 *Continuationes titulorum non admittuntur regulariter in libro sexto, & Clemen.*
4 *Restitutio in integrum quid sit?*
5 *Restitutio an idem significet, quod in integrum restitutio?*
6 *Superfluum in iure nihil esse debet.*
7 *Restitutio in integrum magnam cum appellatione conformitatem habet.*

1 VTILITAS huius tituli non † æget commendatione, ipse enim se ostendit, per hunc enim hominibus, vel lapsis, vel circunscriptis subuenitur, ita exorditur Vulpia. in l. 1. ff. eodem. Ex sententia igitur iurecon. constat hunc titulum, eiusque constitutiones maximam habere conformitatem cum iure ciuili, quin & naturali, vt etiam ex verbis M. Tullij Tusculanarum quæstio. lib. 1. elicitur, dum inquit quę amplior in genere hominum natura, quàm eorum, qui se natos ad homines iuuandos, tutandos, conseruandos arbitramur? Huc spectat eiusdem M. Tullij sententia Officio. libro primo. Qui non defendũt homines ab iniurijs cum possint, qui tam in culpa erunt, quàm is, qui patriam, vel parentes deserit. Addo ego, quòd titulus hic iuri etiam diuino cõformis est, vt patet ad sensum, & probatur ex verbis Ecclesiastici. capit. 29. Recupera proximum secundum virtutem tuam, & attende tibi ne incidas &c. quasi dicat, Caue tibi ne incidas, & illum, qui cecidit recupera. scribitur etiam Ecclesiast. cap. 4. Libera eum, qui iniuriam patitur de manu superbi. Illum, qui iniurijs, vel damno affecto compatitur, hominemque defendere, subleuare, instaurare quærit, Sammaritano comparabimus, de quo Lucæ cap. 10. Sammaritanus autem iter faciens, & videns eum, misericordia motus &c. Hæc materia in omnibus mundi partibus, sed Romæ maximè, & in causis prophanis, ac beneficiarijs, & spiritualibus præcipua est, & in dies practicabilis, etiam quãdo causæ terminatæ sunt per tres sentẽtias cõformes, vt adagio illi locus sit, res ad triarios redacta est. Rursus & carmini Sulmonen. Poetæ Quosque putas nunquam posse cadere, cadunt, nullus tandem titulus in toto corpore iuris mirabilis, miraculisque plenus, vt iste reperitur, est enim contra axioma illud philosophicũ, a priuatione ad habitum non dari regressum. de quo etiam Sapien. capit. 16. Et deducis vsque ad portas mortis, & reducis. Communis continuatio est, supra visum est de quadam in integrum restitutione speciali, quæ datur occasione metus, at quia est etiam restitutio generalis, per quam subuenitur ecclesijs, & minoribus iure speciali: maioribus verò ex clausula generali, iusta, videlicet causa suggerente, meritò post titulum præcedentem, de ijs, quæ vi, metusve causa fiunt, subijcitur iste, in quo tractatur generaliter de restitutione in integrum.

Contra hanc continuationem oppono primo, quòd genus præmitti debebat, non autem species: ad cognitionem
2 namque specierum cognitio † generis præcedere debet. l. 1. in princip. & ibi Bald. ff. de iusti. & iur. l. 1. & ibi notat idem Bald. ff. si cert. peta. dominus meus in l. 1. nume. 4. & sequen. ff. de regu. iur. Hac ratione moti Iurecon. prius collocarunt titulum. ff. de seruitutibus, & sic in genere: postea verò in specie titu. ff. de serui. vrba. prædio. & titu. ff. de serui. rusti. prædi. Idem videmus in titu. ff. de bono. possess. post quem subnectuntur tituli speciales. ff. de bono. possess. infan. furio. &c. ff. de bono. possess. contratab. & sic regulariter in alijs titulis præmittitur titulus generalis, & subsequuntur speciales. Et in iure canonico pariter videmus summa rõne prius positam rubri. de probatio. & successiuè titulos speciales de testibus. de fide instrumen. de prçsumptio. sic etiam positam videmus rub. de reb. eccle. non alienan. postea verò de præcar. super qua rub. de præcar. glo. iuxta secundam continuationem inquit, quia præcariæ sunt quædam species alienationum, ideo post titu. præcedentem, subijcit hunc titulum. Iuxta autem præmissam continuationem, quam communiter sequuntur contrarium seruatum videmus, species enim prius posita asseritur, dum dicitur, visum est de quadam in integrum restitutione speciali, &c. postea verò genus postponitur videlicet hic titulus noster de in integ. restit.

Secundo oppono, quòd vel rubrica hæc, vel illa in clem. eo. titu. peccet, seu malè situata sit, supponendo, quòd inter se diuersæ sint: & ad diuersos fines tendant, quod ostendo. Continuatio rub. de in integ. resti. in clemen. de qua per glo. ibi est, visum est supra de procura. verum quia ecclesia aliquando litigat per procuratorem, per cuius negligentiam nonnunquã læditur, & tunc restitui debet: occasione a procuratoribus sumpta, Papa ponit titulum generalem de in integrum restitu. Videtis igitur, quam inter se differant hę duę continuationes, quarum prima, vt præmisi, deducitur a titu. de ijs, quæ vi metusve caus. Altera a titu. de procura. a quo titu. de procura. potius videbatur etiam hęc continuatio facienda: cum principaliter in hoc tit. nostro, & in specie tractetur de restitutione in integrum ecclesiæ læsæ propter negligentiam procuratoris, vt hoc titu. &c.

Ad primum obiectum responderi potest, quòd licet plerunque genus, ac consequenter tituli generales præcedere debeant species, specialesque titulos, non tamen Doct. negant quin etiam subsequi possint, vt per glo. Ancha. & alios super rubr. de regu. iur. libro sexto, quod tamen magis admitti debet, quando occasio sese offert, vel ratio aliqua suadet, vt id fiat, vt per dom. meum, & Cagno. super rub. ff. de reg. iur.

Ad secundum responderi potest, quòd hæc continuatio tituli nostri attendi debeat, non autem illa in clemen. cum in
3 illo libro clemen. ac etiam in libro sexto, regulariter † continuationes titulorum non admittatur: dicunt enim Docto. super procem. libri sexti. librum illum esse suppletiuum, & declaratiuum voluminis decretalium: & in eo non attendit ordinem titulorum. sic etiam dicere possumus de libro Clemen. vnde sufficit, quòd cõtinuatio facta fuerit in libro Decretalium, vbi seruatur ordo, non autem in libro 6. & clem. vbi inordinatè positi fuerunt tituli causa addendi, & declarandi, vt dixi: ac etiam minuendi, & limitandi: vnde continuatio fieri non potest. Rursus sustineri posset, quòd vtraq; continuatio sit bona, cum vtraque possit dici actus successiuus ad perfectionem eiusdem materiæ tendens, prout esse debet continuatio. ad l. continuus. iuncta glo. 2. ff. de verbo. obligation. per Rip. super rubric. infra de iudic. nume. sexto. versicu. Nam continuatio nihil aliud est. Nec mirum, quòd idem titulus non cõtinuetur prout noster, quia in illo libro clemen. non ponitur titulus de ijs, quæ vi, metusve cau.

4 Quæro † quòd sit restitutio in integrum? respondeo ex mente Abb. quòd est repositio in pristinum statum. Adducit tex. in l. 1. C. de senten. pass. & restitu. vbi dicitur, Restituo te in integrum prouinciæ tuæ: vt autem scias, quid sit in integrum restituere, honoribus, & ordini tuo, & omnibus cæteris restituo. Idem etiam habemus in c. vlti. ad fi. 2. quæst. 3. vbi recitantur eadem verba Imperatoris: Ex quibus verbis comprobatur, quod præfatus sum, restitutionem in integrũ miraculi similitudinem habere, ac cum restitutione in integrum conformitatem: sicut enim Deus contra omnes philicas rationes, amissam restituit lucem. Tobiæ 18. ac Ioan. 9. Et restitutus est, ita vt clarè videret omnia. Restituitque vitam. Ioan. 11. Et statim prodijt, qui fuerat mortuus. & infinitis alijs in locis. Ita princeps, lex, vel magistratus ad nomẽ deperditum: ad honores amissos, ad causas, & lites extinctas ferè: ad actiones sopitas, & ad alia infinita quasi miraculosè restituit. Hostien. in sum. hoc titu. in princi. quærens, quid sit in integrum restitutio, inquit, est prioris status, vel iuris reintegratio. Ad idem est text. iuncta glo. vlt. in cap. auditis. hoc titu. nostro. Et quia hæc descriptio magis conuenit restitutioni in integrum generaliter sumptæ, seu in genere, illi descriptioni (vt inseruiat titu. nostro quo ad restitutionem in specie acceptam) addere poteritis secundum Bero. hic verba hæc, videlicet ob enormem læsionem per iudicis officium nobile. Et hec addidit, vt hanc in integrum restitutionis speciem, de qua in hoc titu. nostro tractatur differre videatur ab alijs in integrum restitutionis in genere sumptę speciebus.

Verum siue hãc definitionem, siue potius descriptionem nuncupare vellemus, videtur tam per iura, quàm per Doct. superfluò additum esse verbum, in integrum: cum satisfuisset dicere † restitutio est in pristinum statum repositio, quod probo, ex verbis Iustini, dum inquit, Hunc regno a patre priuatum filius restituerat, idest reintegrauerat, vel in pristinum statum reposuerat, sic & apud Teren. in prologo Hecyræ, Ita Poetam restitui in locum prope iam remotum inuidia aduersarium pro aduersariorum ab studio, atque ab labore, &c. Sic & in iure diuino legimus Tobiam seniorem restitutum ad pristinam lucem. Tobiæ præalleg. cap. 18. Sic & alios restitutos legimus, & sic simpliciter, vt Marci cap. 8. Et restitutus est, ita vt clarè videret omnia. ac Ioan. cap. 19. Et sic sola restitutio, absque illo adiuncto, in integrum, idem designat, restitutionem, videlicet in pristinum statum. In iure nostro habemus ad idem tex. in l. 1. versic. si & pater, & filius deportati sint, & ambo restituti. ff. de bon. posses. contra tabu. in l. 2. §. restituas. prætor inquit, restituere videtur, qui in pristinum statũ reducit, quod fit, siue quis tollat id, quod factum est, aut reponat id, quod sublatum est. ff. ne quid in loc. publi. Et in terminis nostris, quòd idem sit dicere, restituo simpliciter, quod in integrum restituo, probatur ex tex. in l. 1. vers. De qua autem restitutione prætor loquatur &c. Et prius dixerat Iurecon. qui ex omnibus his, qui suprascripti sunt, in integrum restitutus non erit. ff. de postula. Adduco etiam text. in specie in l. respub. minorum iure vti solet, ideoque auxilium restitutionis implorare potest. C. qui. ex cau. maio. perinde est enim ac si Imperator dixisset auxilium
6 restitutionis in integrum implorare potest. superfluum † autem in iure nihil esse debet, etiam quoad syllabam. §. quibus. in princip. in prima constitu. C. glo. 1. in l. 1. ff. quod metus cau. cap. si sententia. ibi, ne sententia effectu careat. de sententia excommunicationis. libro sexto. Bald. super rubri. C. de contrahen. empt. quæstio. 9. dominus meus consi. 69. visis duobus. num. 4.

Responderi posset, quòd non frustra illud verbum, in integrum additum fuerit ex quo plura, & diuersa quidem inter se sunt genera restitutionum. Et propriè restituere, sine adiuncto, de quo supra, infert quod accepimus reddere secundum Alcia. in l. restituere. ff. de verbo. sign. Ad maiorem cautelam, & pro maiori declaratione additum fuit in integrum. Et ius canonicum in hoc secutum est ius ciuile, quod in hac materia, hoc termino in integrum restitutio vtitur, vt in toto titu. ff. de mino. vbi quando, & qualiter minores in integrum restituendi veniant, sic & in toto sequen. titu. ff. ex quib. cau. maio. 25. ann. in integ. restitu. & C. de in integ. restitu. mino. ac C. in quib. cau. in integ. restitu. non est necess. & C. qui, & aduer. quos in integ. restitu. postu. & alibi. sic & primarij linguæ latinæ obseruatores vsi sunt hoc termino, in integrum restitutione, & inter alios. Cæsar lib. 2. Belli ciui. inquiens, quæ iudicia singulis diebus erant perfecta, in integrum restituit.

Ad illud, quod terminus hic restitutio, idem significet qd̃ restitutioni in integrum, id negari potest absolutè loquẽdo. Nec obstant adducta in contrarium, quia id euenit propter subiectam materiam, iuxta quam non poterat aliter fieri interpretatio de isto termino restitutio, nisi de in integrum. Rursus respondetur, quòd leges sine illo adiuncto in integrum, positæ sub titu. tractante de in integrum restitutione non poterant aliter intelligi, vt titulo, seu rubro conuenirent, vt colligitur ex alleg. l. respub. C. quib. ex caus. maio. in integ. restit. & in alijs iuribus supra adductis. Præter id, quod si fateremur ex abundanti cautela additum esse in integrũ, in præalleg. descriptione, vel quauis dispositione abundans cautela damnanda non veniet. l. si pupilli. §. 1. vers. Quid tamen. ff. de nego. gest. l. testamentum non ideo. in fin. C. de testa. l. non solet. ff. de regu. iur.

Quot modis, & quibus ex causis in integrũ restitutio petatur, ac concedatur, & quando via actionis, quando officio iudicis nobilis, quando ex gratia principis, vel alio modo videatis Hostien. in sum. hoc tit. præsertim. in §. ex quibus danda. & latissimè ponit hic Bero. nume. 2. ver. restituitur enim. Horum nonnulla tractanda venient in cap. 1. hoc titu. Interim sciendum est restitutionem in integrum magnam † cum
7 appellatione conformitatem habere, & quo ad hoc, vt omnia remaneant in veteri statu æquiparantur, vt post Bald. in authen. quæ supplicatio. C. de preci. impe. offe. voluit Vital. in tracta. de clausul. in clausula nil noua. resti. in inte. penden. num. 7. Et sicut appellatio, ita restitutio in integrum executionem impedit. Soci. consi. 109. præstantissimè. nu. 2. volu. 4. Et restitutionem in integrum habere etiam effectum suspẽsiuum dixit Bal. in tit. quan. mil. inuesti. pete. debe. cap. sancimus. num. 2. vers. Et nota quòd tria.

REPETITIO
IN CAP. PRIMO. DE IN INTEG. RESTIT.

Præclarissimi I. V. C. D. Quintiliani Mandosij.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesię enormiter læsę datur in integrum restitutio. & nu. 3.*
2 *Alienationem rei ecclesiasticę in prejudicium ecclesię nulla est.*
Melius est occurrere in tempore, quàm post causam vulneratam remedium querere.
3 *Ecclesia restituitur aduersus omnem contractum.*
4 *Indefinita legis equipollet vniuersali.*
5 *Ecclesia minori equiparatur.*
Semper, idest omni casu.
6 *Prælatus ecclesiæ æquiparatur tutori, vel curatori minoris.*
Ecclesia vt restituatur quę requirantur.
7 *Occasio in hoc cap. 1. quomodo accipienda?*
8 *Documentum quid significet?*
9 *Damni probatio an per iuramentum fieri possit?*
10 *Partis assertioni standum non est.*
11 *Enormis læsio requiritur, vt minor, vel ecclesia restituatur.*
12 *Modico pro damno non datur restitutio.*
13 *Modicum non esse considerabile.*
14 *Negligentia punitur quando est notabilis.*
15 *Quadriennium datur ad petendum restitutionem in integrum.*
16 *Quadriennium restitutionis minori, quando currere incipiat?*
17 *Quadriennium quo ad ecclesiam, rempub. & minorem quando currere incipiat?*
Quadriennio durante aduersus gesta an detur restitutio?
Speciale quid esse respondere, & non assignare rationem specialitatis refugium esse miserorum.
18 *Minori, an eius aduersario incumbat onus probandi esse, vel non esse infra tempora.*
19 *Lesio enormissima operatur, vt restitutioni post quadriennium locus sit.*
20 *Enormissima læsio non venit sub generali dispositione etiam facta mentione enormis læsionis.*
21 *Decreti iudicis pro iustitia, & causa præsumitur. fallit num. 22.*
23 *Compromisso, enormissimę læsioni renunciari non potest.*
Restitutio in integrum in beneficialibus post quadriennium an detur?
Argumentum de matrimonio carnali ad spirituale.
24 *Enormis lesio quæ dicatur?*

Sexta in parte læsus, an dicatur enormiter lesus?
25 *Enormiter læsio quę.*
26 *Enormissima læsio quando dicatur?*
27 *Quadriennium non currit ecclesię viuente prelato, cuius facto lesa fuit.*
Quadriennium non currit ei, qui est in probabili ignorantia lesionis.
28 *Restitutio per ecclesiam petita, & alteri parti prodesse debet.*
29 *Restitutus in integrum, nec damnum, nec lucrum seruire debet.*
30 *Melioramenta an soluenda sint ei, contra quem fit restitutio?*
31 *Melioramenta, seu laborem compensari debere cum fructibus.*
32 *Retentione rei quando condemnatus ad restitutionem vti possit.*
Melioramentorum retentionis exceptio competit etiam in executiuis.
33 *Intellectus quatuor ad hunc tex.*
34 *Emphyteutici contractus natura est, vt soluatur quid modicum annuatim.*
35 *Restitutio in integrum non conceditur ei, qui vtitur iure communi.*
36 *Iniuria facta prelato, vel rectori, ecclesię facta dicitur.*
Iniuria facta filio, vel vxori, facta censetur patri, vel viro.
Fructuum beneficij ratione an ecclesię competat in integrum restitutio?
37 *Locatione ad modicum tempus non transferri dominium, & possessionem.*
Alienatio rei ecclesiasticę vltra triennium hodie prohibitę.
Extra. ambitiosæ Pauli II. fuit vsu recepta, & pro decretali habetur.
38 *Bona alienata ad ius, & proprietatem ecclesię reducens clausula procedit etiam possessione alienata.*
39 *Alienata vt reducantur ad ius ecclesię dici possunt sola possessione translata.*
40 *Census in quibus differat ab emphyteusi?*
41 *Census, non emphyteusis in dubio præsumitur.*
42 *Emphyteuta præsumitur rem tanquam emphyteuta longo tempore tenẽs.*
43 *Prælatus in acquisitis non potest facere conditionem ecclesiæ deteriorem.*
44 *Prescribi contra ecclesiam per negligentiam prælati.*
45 *Ecclesia contra prælatum, ac prælati hæredes ad interesse, seu emendam damni passi agit.*
46 *Negligentia prælati punitur.*
47 *Prælatus potest facere conditionem ecclesię deteriorem in non acquirẽdo.*
48 *Vsucapio an currat contra ecclesiam?*
49 *Respub. Romana lesa in integrum restitui debet.*
Fiscus propriè dicitur respub. Romana.
50 *Restitutio in integrum an competat castris, & villis lesis?*
51 *Pia loca an restitutionem in integrum petere possint?*
52 *Serenitas Imperatori, ac magno Duci Aethrurię conuenit.*
53 *Capitula ecclesiarum in integrum restituuntur.*
54 *Hospitalia in integrum restituuntur.*
55 *Scolarium collegium an in integrum restituendum sit?*
56 *Scolarium collegium an dicatur locus pius?*
57 *Confraternitates disciplinatorum non dicuntur loca pia.*
58 *Prælati iuramentum an obstet ne ecclesia restitutionem in integrum petere possit?*
59 *Iurat prelatus bona ecclesiæ non alienaturum.*
Publicè interest iura ecclesiæ defendere.
60 *Authen. sacramenta puberum, non procedit si arguatur dolus.*
61 *Restitutio in integrum aduersus præscriptionem quibus competat?*
62 *Prescriptio non currit contra minorem 14. annis.*
63 *Prescriptio contra adultum hodie non currit.*
64 *Restitutio conceditur aduersus prescriptionem 30. annorum ex capite ignorantię.*
65 *Alienationis rei ecclesiasticę ad validitatem quę requirantur?*
66 *Alienatio rei ecclesiasticę ecclesię vtilis sine solemnitatibus an valeat?*
67 *Solemnitatibus sine valet actus in fauorem eius, cuius contemplationem requiruntur.*
68 *Statuta, solemnitates, requirentia in contractibus minorum intelliguntur nisi illorum fauor accedat.*
69 *Restitutionem in integrum coram quo iudice ecclesia petere possit.*
70 *Actor forum rei sequi debet.*
71 *Ecclesiastico coram iudice ecclesiam petere posse restit. in integrum.*

1 REQVISIVISTI. summari sic potest. Aduersus contractum, in quo ecclesia enormiter læditur datur † in integrum restitutio, nõ defraudato tamen eo, qui cum ecclesia cõtraxit, quo ad precium, & sumptus. Quatuor intellectus dantur huic nostro tex. Primus est, quod loquatur de cõtractu venditionis. Secundus, q̃ de cõtractu locationis ad longum tempus. Tertius, quod etiam de contractu ad modicũ tempus. Quartus, q̃ de consensu censuali, de quibus infra tractabimus, illosq; reassumemus. Diuiditur hic tex. in 2. parte. In prima ponitur quæsitum. In secũda quæ est ibi noueritis, ponitur responsio ipsius Papæ, seu decisio.

Facti species ita effingi potest, Ecclesia alienauit quædam prædia pro modica pecunia nonnullis laicis, quæsitum fuit ab Alexan. II I. quid agendum sit, Papa respondet, si manifestè constare possit de damno ecclesiæ, quæ fungitur vice minoris, illa illæsa semper seruetur: alienataq; ad ius, & proprietatem ecclesiæ redeant, etiam si accessisset episcopi consensus, vel authoritas, quippe qui ecclesiæ conditionem deteriorem facere non possit: prouiso ne cum ecclesia contrahentes sumptibus, & expensis factis defraudent.

Pro ratione dubitandi videbatur dicendum, quòd aliena-
2 tione † rerum ecclesiæ in eius præiudicium facta, non deberet esse locus in integrum restitutioni, sed ipso iure ecclesia præseruaretur, & alienatio nulla esset per text. in l. iubemus nulli, cum sim. authen. hoc ius porrectum. C. de sacrosan. eccle. c. non liceat Papæ. c. sine exceptione. & c. terrulas. a contrario sensu. 12. quæst. 2. pro quibus vltra omnes pondero tex. singu. in l. vlti. versi. sinautem, vel minor. iun. glo. in ver. constitutus. C. de repu. hæred. in illo tex. deciditur, quod filius, qui hæreditatem paternam factus maior infra quadriẽnium repudiauerat potest postea infra triennium repudiationem reuocare, & hæreditatem adire, dicit glo. ibi, iure ipso subuenitur, non per restitutionem: sic videbatur dicendum iuxta terminos nostros, quòd quia iure ipso subuenitur, non fit locus in integrum restitutioni. Melius est etiam intacta cuiusuis iura seruari, quàm post causam vulneratam remedium quærere, vt dixit Imperator in l. vlt. C. qui. in integ. restit. non est necess. & ibi notat Barto. post num. 8. & argumen. tex. in l. 1. C. quan. lice. vnicu. si. iudi. se vindi. versic. Melius est enim occurrere in tempore, quàm post exitum vindicare. Ancha. consi. 88. præmissa facti. num. 4. iuxta illud Terentij, Malo nos ante prospicere, quàm vlcisci accepta iniuria. Idem consi. 277. ex prædicta. nu. 12.

Insuper restitutio in integrum est remedium subsidiariũ, & non datur quãdo competit ordinarium iuris communis, vt in l. in causæ. 2. in 1. respon. ff. de mino. Et generaliter dicimus remedium, seu auxilium ordinarium cessare facit extraordinarium. l. quædam. in princ. ff. de eden. l. cum sine. in prin. ff. de carbo. edic. Rot. 446. si lata. colum. 1. vers. Ex quo enim habet hoc remedium, non est sibi concedendum extraordinarium. in nou. & domi. meus super rub. de probatio. post num. 127.

Ratio decidendi fuit ne ecclesia lædatur, & propterea, qd̃ suum est, & inalienabile esse debet, alienatũ recuperare posse per in integrum restitutionem, instar minoris læsi, qui restituitur. Ad iura ciuilia in contrarium adducta respõdetur, q̃ potius loquantur de solemnitatibus seruandis, quæ aliter a iure canonico considerantur, & pauciores sunt. prout per Gemin. consi. 48. & per Socin. consi. 29. viso quodam. num. 3. & 5. ac num. 16. & sequen. lib. 1. Et aliter disponit c. nõ liceat Papæ, quam hic caueatur, videlicet infamiam irrogando, ac excommunicando, sic &c. sine exceptione loquitur tantum in nonnullis casibus, videlicet donationis, commutationis, venditionis. Insuper non procedit irritando, sicut ne etiam tex. in c. terrulas. Expediens fuit per hunc text. nostrum expressè concedi restitutionem in integrum ecclesijs circa oẽs contractus quarumcunque alienationum, cum hactenus nõ esset clarè decisum super contentis in text. nostro. Amplius expedit habere plura remedia circa idem. l. cum filius. §. varijs. ff. de lega. 2. Et quia remedium restitutionis in integrum est valde fauorabile, & potest magis expedire, ideo cũ quocunque alio concurrere potest. l. 2. cum glo. C. de dolo. l. in prouinciali. & ibi Bart. ff. de no. ope. nun. ad tex. in l. vlti. vers. sinautem maior. iun. glo. C. de repu. hæred. respondeo, quòd loquitur in casu singularissimo, & habente rationem diuersam, quia filius ad bona propria venire videbat̃, vt infra post nu. 17. plenius ostendemus. Et q̃ ecclesia læsa in aliquo contractu solemniter celebrato debeat petere directò in integrũ restitutionem contra illum contractum est tex. in c. vlt. & ibi hoc affirmat ẽt glo. in ver. proponitur. post prin. de offi. iudi.

Noto primo ex hoc text. secundum glo. 1. & Abb. hic, q̃
3 † ecclesia restituitur in integrum aduersus omnem contractum (supplete vos) omneque gestum, per quos ecclesia lesa fuit. Hoc notabile quoad omnia præmissa non potest elici ex hoc tex. tantum, sed quòd ecclesia restituatur aduersus omnem contractum probabimus ex tex. nostro iun. text. in c. 1. eo. titu. lib. 6. qui indefinitè loquitur de contractu, & sic
4 cum sit indefinita legis, † æquipollere debet vniuersali. Ancha. super rub. de regu. iur. lib. 6. vers. Nam prolata a lege sine dubio æquipollet. dom. meus, & Cur. iun. nume. 7. in l. 1. ff. sicer. peta. Idem Dec. in l. 1. num. 12. & Cagnol. nume. 9. communem affirmans. ff. de regu. iur. Quo verò omne gestum, elicere etiam poterimus dictum nota. ex hoc tex. ex quo hic
5 probatur, quòd ecclesia † æquiparatur minori, quæ æquiparatio fit etiam infra hoc eo. titu. in cap. auditis. versi. Nos attendentes, q̃ vtraque ecclesia fungatur vice minoris. Adeo

vt dispositum in fauorem minoris,censeri debeat ẽt dispositum in fauorem ecclesiæ, si aliter cautum non reperiatur,vt voluit glo.magna.in d.c.auditis.& etiam in c. tũ literis.j.eo. Hinc Saly.in l.properandum. §.fi. C.de iudi.voluit dispositionem illius tex.habere locum in ecclesia, sicut in minore. Et sicut minor aduersus lapsum instantiæ restituitur in subsidium, hoc est curatoribus suis ad lites non existẽtibus soluendo,vel hæredibus eorum,idem erit in ecclesia.Hostiẽ.in sum.de in integ.resti.Balb.in tracta.præscript. in 4.par. prin. col.12.in 6.quest.vbi ꝓ præscriptiones iudiciales indistinctè currunt cõtra ecclesiam & minorem, sic etiam dicimus sicut minor ita ecclesia faciens contractum nullum, & sic sine solemnitate electionem habet an ei stare, vel eum rescindere velit.glo.in c.1.ne sede vacan.in ver.sede,post mediũ.quam sequuntur Matthę.Mathesi.singu.156.& Ias.in l.cum hi.§.eã transactionem.ff.de transact.& in l.non eo minus. C.de procura.Minorem,& ecclesiam equiparat tex.in c.cũ venissent. de institutio. ibi, Ecclesiæ vel minori beneficiũ restitutionis impartiri.Roma sing.456.Minor autem restituitur aduersus omne gestum.l.1.ff.de mino.iun.tex. in l.ait prætor.in prin. ibi,gestum sic accipimus,qualitercunq; contrahitur,siue cõtractus sit,siue quid aliud contingat,& tota illa l.eod.titu.de mino. ergo ecclesia aduersus omne gestum non secus ac minor in integrum restitui debebit,etiam ex vi,ac dispositione huius tex.æquiparãtis ecclesiam minori, arguendo ab equiparatis.ad glo.& Bart.in l.si quis seruo alieno suaserit. in fin. C.de furt.gl.in l.quod verò contra.ff.de legib.Bar.in l.Marcellus.in princ. ff.ad Trebel.glo.in c.quamuis.§.vlti.quæ etiã loquitur in pœnalibus.& ibi Gemin.de elect.lib.6.

Rursus si ex hoc etiam tex.elicere velimus, ꝓ ecclesiæ ex omni contractu,ex omni gesto,& in quocunq; casu vbi lęditur danda sit in integrum restitutio ponderanda erit illa dictio,semper, & exponenda, ac accipienda non pro quolibet tempore,vel perpetuò,sed sine tẽporis præfinitione (vt nõnulli hic supponunt,) videlicet Alanus,& G.Naso, vt refert hic glo.in ver. siue minoris. versi. alij dixerunt. sed in omni casu.iuxta tex.in l.semper.ff.quod vi aut clam, in l.1.ff.solu. matri.in c.decretum.in fi.10.quæst.1. & per Rom. cõsi.407. cum pręsupponatur.nu.4.& hanc dicit esse communem opi. glo.hic.in præalleg.ver.iure minoris. & in fin.exponit.idest in omni contractu,siue quandocunq; læditur.

Vltra Docto.hic circa æquiparationem ecclesiæ, & minoris, videre poteritis apud Nic.Euerar.in locis Topicis iuris, vbi adducit sex similitudines inter minorem,& ecclesiam. Circa primam similitudinem ex illatione Saly. in l.properandum. §.vlti.C.de iudi.ꝓ sicut minor aduersus lapsum instantiæ restituitur in subsidium,hoc est curatoribus suis ad lites,soluẽdo non existentibus, vel hæredibus eorum,idem sit in ecclesia.præter Alex.in d.§.vlti.idem tenentem,videatis Balb.de præscrip.4.par.princ.col.12.in 6.q.vbi concludit,ꝓ termini, siue præscriptiones iudiciales indistinctè currunt contra ecclesiam,& minorem. Secunda similitudo de fideiussore minoris,& ecclesiæ per eundem Euerar.non videtur subsistere, consideratio enim, ꝓ minor sit læsus sui facilitate non cadit in ecclesia.loco igitur illius similitudinis libebit aliam adducere,quam ponit Matthę.Mathesi.singu.156.ꝓ si ecclesia facit contractum nullum,& sic sine solemnitate,habet electionem,an velit stare ei,vel illum rescindere,sicut minor. Et ꝓ ecclesia adducitur gl.in c.1.post medium.ne sed.vac. & illam glo.dicit singu.Ias.in l.cum hi.§.eam transactionem.vers. limita.ff.de transa.& in l.non eo minus. C.de procu. Tertiam similitudinem dat Soc.regu.197.in ver.possidens.fallen.1.& 2.vbi ꝓ tam ecclesia,quàm pupillus si ille per quem possidet de possessione expellatur,ciuilem non perdit.Quarta similitudo dari potest, ꝓ prælatus ecclesiæ æquiparatur tutori,vel curatori minorum,iuxta tex.in §.vlt.in Auth. de ecclesiasti. tit.quem ad hoc citat glo.in præalleg.c.auditis.hoc tit. Idem tenet Ange.consi.245.quia omne datum.col.2. & est tex.& ibi glo in c.quin ea. 3.q.2. quæ arguit a remotione suspecti tutoris,vel curatoris,ad remotionem prelati.glo.ad idem in c.similiter.16.q.1.& in c.in literis.de pign.quas sequitur Mathesi.singu.44.ac Abb.in c.contingit. de transac.ac in c.præsentium.de pigno.Quinta similitudo sit,ꝓ minor,& ecclesia pariter patiantur secundum decretum.prout firmat Bald.in auth. ei qui iurat. col.pen.C.de bon.autho.iudi.possi. Quatuor alias similitudines videre poteritis per Euerard. vbi s.

Secundo notat Abb. duo requisita in hoc text. ad hoc vt
colum. 6. C. de impube. & alijs substit. & in l. data opera. col.
10. C. qui accu. non pos. & in l. scire leges. ff. de legib. At quis
negabit instrumentum esse verbum æquiuocum, seu diuer
sa significans? aliter enim accipitur in dicta l. 1. & per totum
titu. ff. & C. de fi. instrum. Aliter in l. instrumenta fundi ea es-
se, quæ fructus quærendi, colligendi, conseruandi gratia
parata sunt. & toto titu. ff. de fun. instructo, & instru. lega. in
quo titu. tractatur de instrumento fundi, domus, horti, ta-
bernæ, cauponæ, balnei, villæ, pastoris, piscatoris, lanio-
nis, medici. Et arma instrumenta belli appellauit Cice. in
Academi. inquiens, Totius belli instrumentis, & apparatu.
Instrumentum pro supellectili habemus apud eundem Cic-
e. in Verrem. Hæc omnia in instrumento, ac supellectili C.
Verris nuncupabantur. & apud Suetonium in Augusto,
Alexandria capta nihil sibi, præter calicem ex instrumento
regio retinuit. Instrumentum pro monumento scripturа-
rum ad res gestas pertinentium, quod repertorium, seu in-
uentarium vocant, vt per Sueto. in Vespasiano. Instrumen
tum Imperij pulcherrimum confecit. Item instrumentum
vocari potest omne id, quo quis instituitur, instruitur, do-
cetur: vnde instrumentum vetus, & nouum rectè vocabi-
mus legem Diuinam veterem, & nouam, quibus circa diui-
na, & in diuinis instruimur, & docemur.

Quærit subsequenter Abb. vnde dicatur probatio, tripli-
cem adducit deriuationem, videlicet, quòd a probè aduer-
bio secundùm Ioan. And. post Placentin. quòd probè faciat,
qui probat. Et hoc idem dixit glo. rub. C. eod. iu fi. quæ cõ-
probat opin. Placent. Vel secundùm eundem Ioan. And. di-
catur probatio, quasi propolatio, idest manifestatio eius,
quod est dubium. Vel tertio secundùm ipsum Abb. quasi ꝓ-
ba actio: sumendo actionem, non prout iuris est iuxta tex.
in l. nihil aliud est actio, quàm ius. ff. de actio. & obli. & Insti.
eo. in princip. Sed prout sonat in factum, prout capitur (vt
Abb. subdit) in illa oratione, Actiones nostras quæsumus
Domine adiuuando prosequere &c. vt sit sensus, ꝙ proba-
tio sit qdã ꝓbus actꝰ. Moder. Bonon. referũt dicta Abb. hic,
& simpliciter transeunt. Hę tres deriuationes, seu allusiones
facilè subuerti possent, & non solum non probantur in iure:
verum nec etiam a bonarum literarum professoribus ad-
mitterentur.

12 Quæro cum D. meo Phi. Dec. hic an † confessio ꝓpriè
sit probatio, ita quòd propriè loquendo inter probationis
species connumerari possit? Pro negatiua citantur Io. And.
Anto. de But. Imol. & Abb. ac Fel. hic. Cyn. & Bal. in l. actor.
col. 3. C. eo. Idem Ioan. And. in c. facerdos. col. 1. de offi. ordi.
Bal. in cap. 1. §. vasallus. col. 2. si de feu. fue. contro. inter do.
& agna. & in l. 2. §. quod obseruari. C. de iura. calum. Inno. in
cap. in præsentia. colum. 2. de renun. pro qua opin. quàm cõ-
munem affirmant adducitur text. in l. eum qui. in princip. ff.
de iureiuran. & in cap. 1. de confess. lib. 6. vbi illud, quod
non est probabile, scilicet negatiua non coharctata loco,
& tempore, probatur per confessionem: sequitur, quòd
confessio non est propriè probatio: & sic concludunt, quòd
non sit species probationis, sed releuatio ab onere pro-
bandi.

Et quòd confessio non sit propria probatio probatur, nã
13 contra † præsumptionem iuris, & de iure non admittitur
probatio in contrarium. l. vlt. C. arbi. tute. l. antiquæ. iun. glo.
in ver. esse credendum. C. ad Velleia. l. vlt. ff. quod met. cau.
c. is qui fidem. c. tua. & c. veniens. de sponsa. glo. in l. si duo. ff.
de acqui. hære. Et tamen admittitur confessio partis. glo. est
singu. in §. illud. in Authẽ. de æquali. dot. & in auth. sed iã ne-
cesse. C. de dona. ante nup. est & alia gl. in l. in ꝯctib. in §. nul-
lo mõ. C. de non nume. pecu. vbi ẽt Bal. & Azo in sum. C. de
dona. ante nup. Cur. iun. cõs. 17. licet per nu. 12.

14 Idem etiam demonstratur, nam quando † conclusum est
in causa, seu renunciatum probationibus, nihil dici, produci,
vel opponi potest. l. nec causas, vbi Bald. & alij. C. de appel. l.
2. C. de relatio. Bal. in l. error. col. 5. de iuris & fac. igno. Idem
Bal. in l. iudices, & in auth. iubemꝰ. ac Ang. & Sali. C. de iudi.
c. auditis. & ibi Doct. de procur. c. auditis. de in integ. resti. c.
pastoralis. vbi Inn. & alij. de cau. pos. & propri. c. dilectus. vbi
15 etiam Inno. nu. 2. & alij de fi. instru. Imò † conclusio in causa,
& sententia æquiperantur, seu a pari procedunt. Inno. in al-
le. c. pastoralis. & in c. auditis. de procura. Cyn. in l. alia. C. de
his, qui. vt indig. Ias. in l. licet. num. 3. C. de procur. & in l. ad-
monendi. nu. 49. ac in repet. nu. 50. & 55. ff. de iureiur. Et cõ-
clusio in causa nõ dicitur amplius iudiciũ. Abb. in c. 1. nu. 13.
de mutu. petitio. Tamen non intelligitur conclusum aduer
sus confessiones, illisque renunciatum: imò confessiones ad
mittuntur. l. vlt. §. in refutatorijs. cum glo. C. de appell. l. vbi-
cunque. ff. de interro. actio. c. iudicantem. 30. q. vlti. cap. cum
Ioannes. §. adhoc. de fi. instrum.

Postremò omissis alijs fundamentis, quę Doct. hic faciũt,
pro hac opi. illud satis vrgens vr̃, probatio, & confessio, vt
diuersæ ponuntur in c. nos quemquã. 2. q. 1. in c. at si clerici.
in princ. de iudi. in cap. cum causa. de rapto. & in cle. sæpè. §.
& quia positiones, vt etiam per Feli. hic post nu. 6.

Pro contraria opin. & sic contra communem arguitur sic
16 † sententia fertur ex probationibus. glo. in c. ecclesiæ. de cõ-
stitu. l. prolatam. & ibi Doct. C. de senten. & tamen fertur in
confessum. præalle. c. nos in quemquam. 2. q. 1. l. qui senten-
tiam. C. de pœnis. Et pro hac opin. concludunt Hostien. in
sum. de probat. §. vlt. Specu. eo. tit. §. videndum. ver. per con
fessionem partium. Saly. & Aret. super rub. C. eod. versus fi.
Pro qua etiam opin. ponderari potest text. qui pro alia parte
adduci solet, & in contrarium retorqueri in cap. 1. de confes.
lib. 6. vbi quòd positiones negatiuę de sui natura improbabi
les, per confessionem probantur, ergo confessio est proba-
tio, seu probationis species. Quod etiam probari videtur ex
tex. in l. 1. §. interrogatorijs. ibi, sed tantummodo ad proba-
tiones litigatoribus sufficiunt ea, quæ ab aduersa parte ex-
pressa fuerint apud iudices. ff. de interro. actio.

Rursus quòd confessio dicatur probatio adducitur text.
in l. publia. versus fi. ibi, Respondi ex epistola de qua querit,
obligationem quidem nullam natam videri, sed probationẽ
depositarum rerum impleri posse. ff. depo. per quem tex. Bar
to. in l. triticum. quæ est 94. ff. de verb. obli. firmat confessio-
nem non esse nouam dispositionem, sed probationem. pro
quo etiam est tex. iun. gl. in ver. alia probatio. in auth. si quis
in aliquo. C. de eden. Et facit regula illa, quam supra num. 1.
firmaui, nullam esse meliorem, & validiorem probationem,
quàm per confessionem partis. Et confessio non solum dici
tur probatio, sed legitima, & efficax probatio. glo. in ver.
deprehensi. in cap. ad abolendam. de hęreti. c. vestra. & c. vlti.
de cohab. cler. & mulier.

Pro hac opin. ꝯ cõem Dec. hic adducit decem fundamen-
ta, quæ reassumunt, & discutiunt Moder. Bononien. hic.

Tandem ipse Dec.primam opin.communem affirmat: hanc verò secundam sibi veriorem videri asserit. In eadē ferè sententia residet Bero.dicens hanc secundam opin.contra primam communem,semper sibi magis placuisse, quia fortioribus nititur fundamentis.Demum distinguit, prout etiam in c.at si clerici.nu.19.& seq.de iudi. Aut loquimur de confessione spōtanea,facta ante aliquam negationem, & procedat communis opin.vt non sit propriè probatio.Aut de confessione timore probationum,vel metu tormentorum,& dicatur propriè probatio.per ea, quæ ibi adducit. præsertim per text.in l.qui sententiam. & in l.cum maritus. C.de pœn.vbi de confessis,& conuictis probationibus.

Via disputatiua, & in circulis pro defensione communis opin. sic ad omnia argumenta, & iura in contrarium adducta respondeo, quòd in quantum videntur inferre confessionem probationem inducere, id sit quo ad effectus, non autē quo ad substātiam,& essentiam. prout etiam sentit D. meus hic. Cum autem non propriè, & indifferenter confessio sit probatio,non poterit dici contenta,& comprehēsa sub probatione tanquam genere, cum genus omnes species sub se indifferenter contineat.l.semper in generalibus.ff.de reg.iu. l.si quid earum.§.interemptum. & l.item legato. de legat.3. cap.deliberatione. §. prohibemus. cum glo.in ver.specie.& ibi Gemin.in 1.not.de offic.deleg.lib.6.

Secundo ad omnia contraria respondeo,quòd loquendo iuxta terminos iuris confessio pro sententia,seu iudicato accipitur.l.1.ff.de confess.l.vni.C.eo. sententia non est species probationis, imò extranea, & diuersissima ab illa, ergo non poterit dici illius species, cum ex propria natura probatio. tanquam genus illam comprehendere non possit. ad Bald. in l.2. C. de iu. aure. anu. sequitur Dominus meus in l.toto ac pars.ff.de regulis iuris.

Tertio ad omnia contraria respondeo, q̄ oīa iura,quæ de confessione loquuntur,volunt,& idem inferunt operari,vel plus confessionem, quod sententia. dictis l.1. & vni.ff.& C. de confess.& aliis in locis: non dicunt autem, quòd confessio sit probatio, vel probationis species, ergo non faciunt contra communem. Et licet de confessione loquerentur, vt de probatione,concordando iura iuribus.iuxta tex.in 1.constit.C.necessario concludendum esset, quòd impropriè confessio diceretur probatio: vnde species probationis dici nō posset.præalleg.l.si quid earum.§.interemptum. & l.item legato.ff.de legatis tertio.

Quarto ad omnia contraria respondeo, quòd iura, quæ contra communem citantur supponunt confessionem indu cere actum per æquipollens: dum autem sumus in substantia,vel in forma alicuius rei non sufficit,nec consideratur æquipollens.Bald.in l.minoribus. num.4.C. de his,qui.vt indig.Angel.in l.1.ff.de liber.& posthum.

Quinto ad omnia contraria respondeo,quòd cui non cōpetit definitio,nec definitum.Aristot.6.Topic.Hic non verificatur de quo nomen,& oratio. ad Bart.in l. si quis seruo.in 2.not. C.de furt.Felyn.in cap.querelam.ante num.8.de iureiur. Confessio non est rei dubiæ per argumenta ostensio, ergo non erit probationis species.

Retenta communi opin. quòd propriè confessio non sit
17 probatio. Abb.& Dec.hic inferunt † ad statutum in materia odiosa de probatione loquens, quòd locum sibi non vendicet in confessione. Sequuntur hanc opinionem Imo.& Felyn.hic,& Roman.in l.admonendi.fol.antepenult. vers.quo ad secundum.ff.de iureiur. Fely.post alios super hac rub.extra eod.sequitur Aegid.Boss.in tit.de conuict.num.8. Ratio est,quia in statutis verba propriè accipi debent.l.3.§.hęc verba.ff.neg. gestis.l.1. §.hoc interdictum. & ibi Bart.ff.de fonte.subdit hic Dec.hāc opinionem verissimam affirmare Bartholom. Socin. super rubr. ff. de confess. vbi ille considerat duos casus. Aut statutum admittit probationem, & ex maioritate rationis locum habebit in confessione: Aut prohibet,& excludit probationem, & non habebit locum in confessione. Adducit Socin.aliam rationem,nam esto, q̄ confessio verè esset probatio, habet tamen aliam qualitatem vltra probationem simplicem ratione maioris certitudinis: vnde sub simplici probationis prohibitione non includitur confessio, sicut sub simplici nomine dignitatis non continetur
18 episcopatus. † c.inquisitores. de hæreti.lib.6.c.quia periculosum.de sentent.excommun.eod.lib. & dicto lib.c.2.§.cum verò.iun.c.dilectus.de conc.præb.glo.in c.fœlicis.§.quod si quis.in ver.pontificalem.de pēn.eod.lib.6. Rom.cons.340. circa primum.num.4.qui loquitur in casu non merè pœnali. Ampliat glo.pen.in præalle.c.inquisitores, etiam si adessent verba generalia,puta contra quoscunque, cuiuscunq; dignitatis,&c.Et tamen episcopatus est dignitas propriè,& quidē culmen dignitatis.c.venerabilis.de præb.Hinc Summus Pōtifex episcopos,fratres appellat. c.cum olim frater episcope. de præscrip.c.ex parte.1.in prin.& postea ibi. Aliàs ad te frater Eboracen.de offic.del. c.quam graui. vers.cum scire debeas.de crim.fal.sic etiam (vt subdit idem Soc.)parricidium est homicidium qualificatum,non comprehensum regulariter appellatione homicidii. Ad rem nostram,si tollitur facultas probandi simpliciter, non videtur remota probatio certissima, quæ per confessionem habetur, vt supra probatum fuit.subdit idem D.meus, q̄ statutum exclusiuum probatio-
19 num vī odiosum. Et q̄ † probationum facultas non auferenda, immo nec coarctanda sit, probo ex tex. in l.quoniam.in fi.C.de hæretic. in l.nec omissa professio. vbi ad veri examinationem omnis iure prodita probatio admitti debet.C.de liber.cau.c.quamquam.14.quęst.2.& per Specul.de probat. §.videndum restat.num.4.ac Rot.294. si suspenso.circa medium,in nou. Et in plerisque celeritas, ac festinantia obesse, & sinistros effectus parere solet.l.si ventri.§.vlt.& ibi Barto. ff.de priuileg.credit.cap.1.28.distinct.cad.ponderet.50.dist. cap.communis.30.distin.c.cum apud. & c.illa.11.q.3.

Conclusionem prædictam, q̄ prohibita probatione confessio admittatur,limitat D. meus hic, vt procedat qñ quis sponte,& propria voluntate confitetur:at inuitus interrogari non possit,vt rñdere cogatur. per not. per Specu.in tit.de dilatio.§.vlt.col.4. vers.quid si elapsus sit terminus datus ad probandum, sicut termino lapso excluditur a facultate probandi, ita etiam excludatur ab interrogatione partis: & sic etiam confessio remoueatur, inferens ipse Dec. vt interrogatio sit necessarium antecedens ad confessionem, quæ postea non sponte emanat:vnde sicut posito antecedente, sine quo consequens stare non potest,consequens positum censetur: & illo destructo sublatum censeri debet. prout communiter volunt legistæ in l.2.ff. de iurisd.omn.iud. & canonistæ in c.pręterea.de off.del.ac Bal.in l.conuenticulā.col.4. cir.medium.C.de episc.& cler. Adducit ēt D.meus hic Bald. in addi.ad Spec.vbi supra.qui Bal.citat tex.in l.in contractibus.§.illo.C.de non numer. pecun. vbi dicitur. Post terminum lapsum non esse manifestæ turpitudinis nolle iurare, vel iuramentum referre. Verum melius loqui videtur idem Dec.in cap.1.de iudic.in 2.lectu.num.23.& sequen.vbi vult
20 iudicem † interrogare posse vbi æquitas suadet. per tex.in l. vbicunque.ff.de interrog. act. & q̄ etiam post conclusum in causa ante sententiæ probationem interrogationes huiusmodi fieri possint,probat text. in c.cum Iohannes. §.penult. ibi, Non obstante, quòd ipsa interrogatio facta fuerit postquam a partibus extitit in causa conclusum: cum iudex vsq; ad probationem sententiæ debet vniuersa rimari, possit interrogare,&c.de fide instru. Et hæc multomagis procedunt, & vera redduntur in Romana Curia in causis, quæ sunt coram Summo Pontifice,vel eius Rota Romana,vbi potius ęquitati, & veritati, quàm superstitiosis subtilitatibus locus esse consueuit: Et non solum confessiones, sed & probationes post conclusum in causa recipiuntur, vt annotarunt etiā Hostien.in c.ad petitionem.de accusa.& ibidem Io.And.super ver.& infra.ac Felyn.olim Rotæ Auditor in c.causis.ante num.2.de re iudic.Hęc quę proximè dixi,& plura alia adducebam iis diebus in fauorem D.Io.Baptistæ Bonchristiani,optimi causarum patroni Pisani ad ostendendum nullam penitus fuisse: & executionem non mereri quandam assertam sententiam contra eum latam,non visis,& non discussis iuribus,ante prætensam sententiam productis.

Secundo conclusionem præmissam, quòd prohibita probatione confessio admittatur limitat,& declarat D.meus,vt procedat quando confessio immediatè probatur,vt quia de illa in actis constet: secus si confessio allegetur, quæ testibus probanda veniat:talis.n. confessio non admittitur,ad quam mediante probatione peruenitur:nam huiusmodi probatio obstante statuto fieri non posset.per nota. in specie per Pet. de Anch.cons.36.dicite vos.cons.350.col.vlt. vbi concludit
21 q̄ quando statutum † prohibet debitum probari per testes, non possit fieri probatio per confessionem a testibus probandam, quia in effectu per indirectum, debitum testibus probaretur: Et quòd vna via prohibetur, altera permitteretur. contra textum in l. Athletas. §. sed & qui tunc. ff. de his, qui

his, qui notan.in fam.l.2.C.de reb.alien.non alien.& ꝯ regulam,cum quid vna via.lib.6.præmissum consi.Ancha.cōprobat Fel.in c.sicut.ꝯ.eo.post num.12.ver.sed tu considera.vbi illud sub alio numero citat,quod asserit esse Sali.subscriptio tñ consilij.aliud ōstendit.D.meus vbi s̄.nu.96.& seq.hæc reassumit, cum Anchar.concludens nonnulla ēt ꝯria adducens,quib.cōgrue rñdet. Ex quib. limitatio præmissa valida remanet.Alias limitationes subijcit idem Dec.quas per vos videre poteritis.Hyppo.etiam de Marsi.super rubr.C.de ꝓba.nu.77.cum plurib.seq.enumerat,ac discutit requisita ad confessionem ad hoc vt probet,ac operetur, quæ singula si non concurrunt,possunt tolli ferè omnia ꝯria,quæ obijciuntur opinioni ꝯ cōem,reñdendo,q̄ talis nō sit vera ꝯfessio,ex quo nō hēt sua req̄sita:vñ nō mirū si non sit vera probatio.

22 Aggredior aliud dubium an † iurm dicatur propriè probatio? Pro parte negatiua,quàm communem affirmant omnes hic,& verissimam,& communem dicit Grat. respon.52. nu.50.lib.2.adducunt tex.in l.cum qui.in prin.ff.de iureiur. vbi quod per iurm non inducitur probatio, sed potius a probatione releuatio,vti illum text.sic inducit hic D. meus nu. 105.Ad illum tamen tex.respōderi potest,q̄ præter id,qd̄ diuersos intellectus habent,vt per glo.Bar.& alios ibi:quo casu dispositio legis diuersos intellectus habētis euitari potest, c.capellanus.de ferijs.l.admonendi.ff.de iureiur. & vtrobiq; Docto.probare non videtur,cum non valeat consequentia, per iurm quis releuatur ab ordine probandi: ergo iuramentum non est probatio:per pręsumptionem enim,quam quis
23 habet pro se, & etiam releuatur ab onere probandi † transfert enim onus probandi in aduersarium. l.generaliter.§.si petitum.ff.de fideicō.liber.l.non est verisimile.ff.quod met. cau.l.siue possidetis.C.de probat.Abb.in c.is qui. de sponsa. Paris.cons.160.num.27.vers.nec damna. vol.4.& cons.80. num.14.& seq.vbi alios citat.lib.1.Et tñ præsumptio, probatio est.l.licet Imperator. ff.de lega.1.& per præsumptiones, vel alias similes probationes dicitur quis liquido probare. vt notat Bald.per illum tex.cum glo.vlt.in fi.in l.si tutor petitus.C.de peri.tuto.Barba.in repet.l.cum acutissimi. in 7.& 8.col.C.de fideicom.& ita in similib.terminis rñdet Fel.in c. prudentia.§.sexta.col.pen. ver.nō obstat verbum legitimè. de offi.dele.ac D.meus cons.18.viso puncto.col.1.sequitur Catel.Cot.Memoria.in ver.Iurm ꝓbat difficultatē pstationis.ver.item quia per præsumptiones.& per Dec.hic nu.38.

Secundo pro cōi opin.adducuntur nonnulla iura,ex quibus inferunt iuramentum fictam,vel impropriam probationem dici per tex.in l.sed & si possessori.§.vlt.ibi,perinde habere quod iuratum est,atque si probatum esset.ff.de iureiur.
24 quæ dictio † perinde improprietatem,& fictionem arguit.l. sed & si lege.§.perinde.& ibi Ange.ff.de peti.hæredi.l.1. iū. glo.1.ff.de receptato.Felin.in c.vltra tertiam.in fi. de testib. Ias.in l.si is qui pro emptore.num.218.ff.de vsuca.Rui.cons. 54.num.3.vol.5.Nec per omnia operatur.l.sed & si restituatur.ibi,Perinde autem habendum, ac si ipse adijisset hæreditatem.iun.glo.in ver.perinde,quæ supplet, Quod ad hoc,vt non possit conueniri,sicut si ipse adiuisset.ff.de iudi.Bart.in extra.Ad reprimendum.in ver.perinde,qui subdit, Non tñ per omnia.pro quo etiam adduco text.in l.sacrilegij. vers.Is autem.iun.glo.in ver.condemnatus.ver.Ad quod dic,quòd perinde habetur. ff.ad leg. Iul.pecu. de quo etiā Ias.in l.filio quem pater.nu.18.ff.de lib.& posthu.Huc etiam spectat glo. in c.si quis.in ver.absoluendus.si de inuesti.inter domi.& vasal.lis oria.quæ vult per iuramentum dici quasi probationē, quam sequitur ibi Bal.& idem Bal.in c.1.§.sacram.de cōsuetudi.feu.quod ēt probat tex.in l.non erit. §.dato.ibi, Quasi satis probatum sit iureiurando.ff.de iureiur. prout ēt illum tex.ad id ponderat hic D.meus.& Alex.in l.licet Imperator, col.1.ff.de lega.1. Capit.Dec. Neapo.91. in causa. in fi. Ad hæc rñderi posset,q̄ sit locus distinctioni huic,videlicet.Aut loqmur in ijs, q̄ sunt iuris, & tunc dictio,perinde, & similes veritatem denotent:Aliàs regulariter fictionem designent. vt per Alexan.in l.si quis ui.in prin.ff.de acqui. pos. Aret.& Rip.in l.rem que nobis.ff.eo.Hyero.Cagno.in l.omnia ferè, quæ est 154.ff.de reg.iur.

Tertio pro eadem communi opin.D.meus adducit text. in l.si quando.C.vnde vi.vbi, quòd si accusator non potest probare vim illatam, stabitur iuramento, ergo iuramentum non est probatio, vel non est probationis species, cum non veniat sub nomine probationis, & sic sub illo genere, quod tamen genus omnes suas species continere debet.l.si quid earum.§.interemptum.& l.item legato.ff.de legat.3.l. semper in generalibus.ff.de regul.iur. cap.deliberatione. §. prohibemus. cum glo.in versicu. specie. de offic. delegat. lib.6.

Quarto adducitur text.in cap.1.§.si quis..de manso.in fi. ibi,Non oportebit eum inuestituram probare, sed iurare.in titu.si de inuestitu.fue.contro. Ex quibus verbis sequitur, quòd iurare, & probare diuersa sunt, propter dictionem aduersatiuam,sed,quæ præcedentibus aduersatur. ad text.in l. sed & si lege.& ibi glo.& Bart.in princ.ff.de peti.hæredi.l.2. vers.sed & fortius.iun.glo.ff.ne quis eum, qui in ius voca. glo.& Bar.in l.patris,& filij.ff.de vulga.

25 Quinto actore probante † reus condemnari debet.l.properandum.§.1.C.de iudi. l.qui accusare. C. de eden. a contrario sensu.cap.vlti.de iureiuran. cap.1. vt eccle. bene. glo. magna in prin.in l.bonæ fidei.C.de reb.credi.& D.meus hic
26 num.107.Iuramento autem non sufficit † intentionem actoris probari.c.vlt.quod met.cau.vbi quòd violentia facta, ꝓbari non potest per iuramentum,sed per testes,vt per eundē Dec.hic,qui subdit facere etiam iura, quæ dicunt in defectū
27 † probationis,ad iuramentum recurri debere.præalle.l.in bonæ fidei.C.de reb.credi.c.vlt.in fi.de iureiur.Responderi ad hæc posset,q̄ non valet consequentia,violentia probari debet per testes, & non per iuramentum, ergo iuramentum non est probatio: non secus ac si diceremus,per testes non possunt probari illa,super quibus scriptura confici solita est. l.vni.C.de manda.princi.Innoc.in c.cum in iure.num.4. de offic.delega.Rot.Bellam.432.capellania.& 611.ac Aene.de Falco.in tract.Reserua. in 2.q.prin.nu.16. ver.sed si quis vellet probare per testes. & triginta tres casus numerantur per glo.in c.1.§.postquam.in ver.in scriptis.de censib.lib.6.in q̄bus requiritur scriptura: ergo probatio per testes non est vera probatio regulariter, hoc falsum esset dicere, cum
28 † regulariter probationes per testes, & per scripturam parē vim habeant, ac æquiparentur.l.pactum quod bona fide.C. de pact.in l.in exercendis.C.de fi.instru.& gl.in ver.tabularum.in c.forus.de verb.signi.ac Dec.cons.169.col.1.ad fin. & col.2. Hinc dicimus cōuentionem inter partes, quòd debitum non possit probari,nisi per instrumentum, non autē per testes,non valere.glo.est singu.in Authen.vt sine prohi. cred.in §.quia verò.in versi.senatusconsulto. post medium. quam ibi sequitur Ang.ac Imo.in c.si diligenti. col.3. de fo. compe.Bal.Ang.& Pau.Castren.in l.pactum inter hæred.ff. de pact.& illam gl.dicit nota.Hyppo.de Marsi.in rubr.C.de proba.col.8.vbi alios ad id refert.& Ias.singu. dicit gl.illam. in auth.iubemus.col.2.C.de iudi.vbi conclusionem hāc dupliciter limitat. Accedit, q̄ imò ille text.in c.vlti.quod met. cau.in contrarium retorqueri posset,ibi,Cum nō nisi ꝓprio iuramento probauerit, ergo per iuramentum fit probatio, ergo iuramentum est probationis species. Item pondero verba subsequentia videlicet, verum postquam violentia per testes, & de amssis rebus per ipsius constiterit sacramētum &c. Et sic verbum,constiterit,plura determinabilia respiciens,debet pariformiter illa determinare.l.nam hoc iure.ff.de vulga.l.in testamento.C.de mili.testa.l.quamuis. C. de impu.& alijs substi.Ita igitur quid constare dicitur per iuramentum, sicut per testes. Constare autem supponit probationem.cap.si constiterit.vbi omnes.de accusa. clem.2.& ibi gl.in ver.constiterit.de pēn.gl.in cle.vni.de offi.dele. Soci.cons.99.num.10.& 21.lib.3. Ad illam l.in bonæfidei. C. de reb.cred.responderi ēt potest, q̄ dari possunt diuersi intellectus,ex quib.constabit,q̄ ex illa non colligitur necessariò, quòd iusiurandum non sit probatio, vel quòd sit probatio diminuta: vult enim ille text.q̄ propter inopiam probationum, iudex deferat iuramentum: ergo iuramentum non est probatio, non sequitur: immo contrarium: cum iuramento causa per iudicem decidi debeat. Minus etiam obstat text.in alleg.c.vlti. in fi. de iureiuran. quia per illam delationem iuramenti, quæ fit reo, non infertur, quòd iuramentum non sit probatio.

Sexto arguendo a sufficienti partium enumeratione.ad tex.in l.patre furioso.ff.de his qui sunt sui,vel ali.iur.l.ex maleficijs.§.hæres.ff.de actio.& oblig.l.ad instructionem itinerum.C.de sacros.eccle.probatio fit,vel testibus,vel instris.c. forus.de ver.sign.ver.probatio autem,ergo non iuramento, vt etiam per D.meum hic.Responsio facilis videtur ad ostēdendum q̄ argumentum prædictum non concludat si in dinumeratione partiū aliqd omittat. Bald.in l.ꝗuenticulam.

col.2.versf. item est argumentum a dinumeratione. C. de sacros.eccl.& hoc est necessarium requisitum,vt dictum argumentum subsistat. At in d.c.forus,non sunt dinumerate omnes species probationum, non enim ibi fit mētio de præsumptionibus,quæ etiam probationes sunt. l.licet Imperator.ff. de legat.1.& per Dec. hic nume.38. vel responderi potest,q; exempli causa specificati sint illi duo modi probandi.& tanquam principaliores,& fortè frequentiores: Exempla autē
29 declarant, non arctant † regulam, ad l.1. §.quod vulgo dicitur.ff.de vi,& vi arm.l.damni infecti.2.in fi. ff.de dam.infec. l.ita vulneratus.ff.ad leg. Aquil.§.hactenus. Instit. de gradi. cap.primo, ne cleric.vel monac.

Septimo pro communi opin.Hyppol.de Mars.super rub. C.de prob.post nu.119. arguit sic, legitima probatio dr̄ illa, quæ fit per testes,vel propriam confessionem, & sic non per iurm,ad quod citat text.iunc.glo.in c.ad abolendam.in ver. deprehensus.de hæret.& text.iunc.gl.in l.5 negantem.C.de lege Aquil.ac gl.in ver.duplicatur.in §. quadrupli.Institu.de actio. Responderi posset, q; nisi expressum fuisset illam probationem per iuramentum fieri non posse,aliter, & contrarium forte dici potuisset:imò illa decisio opportuna nō fuisset, si sub genere probationis non veniret iuramentum.

Octauo idem Mars. pro communi adducit gl.in ver. cum de indebito.in ver.legitimis dicite vos ff.de prob. vbi quòd probatio legitima fieri debet testibus, vel instrumentis, non autem iureiurando.& idem voluit Roma.super rub.ff.de arbit.col.5.Adducit idem Marsyl. tex. in c.at si clerici.iunc.gl. in ver.legitima probatione,quæ supplet per testes omni exceptione maiores.Replicari posset, q; illæ glo.facilè subuerti possent.Rursus dato, q; subsisterent, vterque casus continet in se specialitatem:ille propter confessionem,vel negationē, ac præsumptionem:hic verò quia in criminalibus,vt eadem gl.subiicit.arguendo igitur a speciali concludendum esset,q; aliter de iure respondendum fuisset.

Nono idem Marsyl.pro eadem opin. q; iuramentum non sit probatio,dicit esse text.apertum in c.tuæ.de eleri.peregr. vbi deciditur ordinationem illorum,qui sunt ignoti probandam esse legitimè, ad hoc vt episcopus loci permittat illos celebrare:& tex.ibi exponit, siue per literas, siue per testes. Subdit idem, & sic non per iurm, quia inclusio vnius &c. ad tex.cum materia in l.cum prætor.ff.de iudi.Hæc eius consequentia, vel illatio impugnari posset ex respōsionibus supradatis, tum quia exempla non arctant, tum quia casus ille, vt celebrare quis possit est grauior aliis,& non facilè permittēdus. vnde vt supra premissi retorqueri hęc possent arguendo
30 a speciali.Tum & fortius capiendo † declarationem vnius legis ab altera, ad l.vt gradatim. ibi, secundum quod edictum declaratur.ff.de mune.& hono.l.vlt. C.qui test.fac.poss.Paris.cons.157.nobilis,n.39.vol.4. Ab immediato cap.præced. declarationem sumendo, prout etiam glossæ vtrobique aduertunt interpretabimur, seu supplebimus, siue per literas, siue per testes,vel per alia legitima argumenta, & sic cessabit argumentum Hyppoliti.

Decimo, & vltimo idem Marsyl. dicit esse text. apertum pro eadem communi opin.in l.Lucius.ff.de cond. & demō. vbi quòd si testator instituit Claudium, si ipse probauerit se filium testatoris, Claudius non poterit probare hoc per modum consistentem in potestate sua,puta per iuramentum,dicit ipse,vnde subdit, q; ille tex. optimè probat, q; iuramentū non sit probatio, quem tex. pro singulari notare dicit Bal.in l.hæc sententia. C.de sent. quæ sine ter.quantit. Roman. & Barbat.in locis per eundem citatis. Verum ex ratione text. sumitur solutio, seu responsio, quia non licet probare per modum consistentem in potestate cuiusquam, quod quidem regulare est, ne quis sit testis in causa propria pro se ipso:prout etiam regulariter dicimus, quòd quis non debet esse iudex in causa propria,iuxta tit.C.ne quis in sua cau.iud.

Pro contraria opin. quòd immo iuramentum sit species probationis,& sic contra premissam opinionem, quam communem asseruimus,adducitur ab omnibus Salyce.in rub.C. eod. colum. vlt. vers.tu dic. vbi concludit iuramentum esse speciem probationis.per text.in alleg.l. sed & si possessori.§. pen.ff. de iureiur. Ad hoc respondet D. meus hic, quòd ille text.potius contrarium probat,ex quo vtitur dictione, perinde .Circa quod replico,vt supra post nume.24. vbi ostendi, quando hæc, & similes dictiones veritatem importent.

Secundo subdit Dec.Barthol.Belencinum hic in additio. dicite vos ad Abb.in ver.confessio, vers.an autem iuramentum dicatur esse probatio allegare contra communem text. in l.vlt.§.licentia.2. C.de iure deliber.ibi, vel per sacramentum illius,si aliæ probationes defecerint.& alia iura ad idem
31 citat idem Dominus meus. Sed illa † dictio, aliæ similitudinem, & idem in qualitate infert.l. si fugitiui. iuncta glo.vlti. C.de seruis fugi.cap.sedes.vbi omnes,de rescript. glo.in l.1. in ver,alio quocunque. ff.manda. glo.in clementi.Abbates, in ver.alii.de rescript. Bartol. in l. sed & si quis. §.quæsitum, nume.2.ff.si quis cautio.Cardin.consil.126.vacauit,num.8. versic.ad idem.Rot.in antiq.838. Papa concessit, versus fin. Ergo sequitur,quòd iuramentum probatio sit. Respondet Dominus meus, quòd non semper dictio, alius, ac similes, similitudinem designant. Addo, quòd immo quandoque diuersitatem in substantia,& qualitate denotant, præallega. glo.in cap.sedes. in ver.maiores, versus fin. cum qua transit Abb.ibi,in fi.Idem voluit glo.in l.non solum.in §.quæritur, ff.de procurat.& glo.in l.in argumento,circa fin.ff.de auro, & argen. legato. Altero modo respondet Dominus meus, quòd in casibus supradictis iuramentum admittitur in defectum aliarum probationum:vnde tali casu dictio,alius, nō implicat similitudinem, quia expressa colligitur diffimilitudo; cum tale iuramentum in subsidium admittatur. ad quod adducit text.in l.in causæ.in princip.ff.de mino.iunc.l.quod si minori,§.vlt.eod.titu. & ita dicit defendi communem opinionem ab his, quæ in contrarium adducuntur. Ad tollendum contraria, prædicta iura sic inducenda sunt. Dum pro
32 alia parte dicitur, & sic contra communem, quòd † iuramentum dicitur probatio, seu probationem facit: interpretatio facienda sit, vt in subsidium, & in defectum probationum verarum, & propriarum hoc accidat: & sic non propriè, & iure ordinario: vt etiam dicimus in actionibus, & remediis extraordinariis, quæ competunt, & conceduntur in defectum remediorum ordinariorum,dicta l.in causæ.2. vbi auxilium † extraordinarium in subsidium introductum non
33 concurrit cum ordinario, & tunc non competit propria actio,dicta l.quòd si minor,§.vltimo. Et quòd remedium ordinarium, † extraordinarium cessare faciat,probo etiam per
34 text.in l.quædam,in princip.ff.de eden.in l.cum fine.in princip.ff.de carbo.ædi.& per Rot.446.si lata,colum.1.vers.ego quo enim habet hoc remedium, non est sibi concedendum extraordinarium, & c.in no.

Omissis argumentis,quę fiunt contracommunem premissam,de quibus per Moder.hic.& per Marsy.super rub.C.eo. nu.119.cum aliis sequ.D.meus post nu.114. videns magnas dissensiones Doctorum concludit veram esse opin.5 cōem, in casibus,in quib.iurm pro sufficienti probatione recipitur: Fundatur præcipuè super tex.in c.statutum.§.cum verò.ibi, Fidem iudici faciat saltem per proprium iurm,de rescr.lib.6. exponens fidem, idest probationem. clem. constitutionem. §.insuper. de electio. ibi, Dum tamen ipsa coram iudice fiat fides. Adducit etiam clem.vni.de fi.instru.ibi,Censemus super sic narratis fidem plenariam adhibendam. Quod etiam probant rubrum,& nigrū in auth.de instr.caute.& fide.præsertim ibi,in prin.Nouimus nostras leges,quę volunt ex collatione literarum fidem dari documētis. Ad quod ēt alia iura citat idem D.meus, quem tū mordere conatur Bero. hic, considerans generalia magis esse verba fidem facere, q̄ probationem facere.ad tex.in l.illatæ.C.de fi.instr.per quem tū tex.probari non vr̄ intentio,& suppositum ipsius Bero.q; sit quid generalius fides,quàm probatio, imò potius, q; sint diuersa:vel etiam,q; vnum succedat loco alterius, vel vnum alterum suppleat.Responderi etiam potest,q; ibi dictio hęc fides aliter accipitur iuxta subiectam materiam, quam in terminis nostris:ibi enim dr̄, vt etiam Sal.declarat,q; amisso instrumento solutionis fisco factæ,fiscus debeat fidem, idest librum rationum ostendere. Et sic inquantum dixit Bero. q; facilis est responsio ad deducta hic per Deci. ego replico, q; imò facilis est respōsio ad eius impugnationem, difficillima autem ad conclusionem D.mei hic.Et nō solum in iure eiusdem Dec.illatio,seu inductio,ac ponderatio probatur:verū etiam apud primarios literarum bonarum authores, q; fidē
35 † facere,idem sit,quod certiorem aliquem reddere, vel probare:seu rem per instrumenta,argumenta,testes probare. q; put apud M.Tullium 2.de lege Agraria. Fac fidem(inquit) te nihil populi vtilitatem quærere.prout etiam habere fidē testibus,vel aliis est illis credere. Ter. in Andria. Prope modū habeo iam tibi fidē.Redeo ad conclusionē D.mei, quæ mihi optima vr̄, & consequenter cauillatio esset illā impugnare:

Vbi

Vbi iuramentum non sufficit, quod regulare esse videtur, communis opi.procedat, q; nō dicatur propria, & vera probatio,probationisq; species:secus in casu præmisso, quando iuramentum pro sufficienti probatione habetur, quo casu leges ipsę, nisi violetur,vel cauilletur illarum litera,vel intellectus iuramenta huiusmodi probationes nuncupant,vt in l. generaliter.C.de reb.credi.quicquid ibi dicant glossę,& Saly.Imperator enim iuramenta,probationes vocat.Tenendo distinctionem Deci.ad contraria patet responsio ex ijs, quæ supra diximus,& ipse met Deci.sigillatim respondet.

Aduertendum est ad optimum procedendi ordinem,quē tenuit Bero.Pro pleniori, ac meliori cognitione, & decisione dubij præmissi ancipitis, & pēnè inestricabilis, vnde coactus fuit currenti calamo perquirere iuramentorum species, etiam per gl.in rub.ff. de iureiur.relatas. Tandem Bero.post omnes declarationes concludit, q; simpliciter loquendo iuramentum nō dicatur probatio: neq; propriè probationem faciat.Et sic in effectu cum communi residet:nec a D.mei distinctione recedit,qui licet quo ad argumēta, responsiones, & verba discordes videantur:quantum verò ad finem,& effectum,oculis linceis intuenti ambo concordes apparebūt.

Post distinctionem de qua supra idem Deci.subnectit no. decisionem Bal.in c.1.§.conuenticulas.col.2.versi.sed pone
36 q; dominus territorij.de pace iura.firman.vbi q; † damni extimatio per iuramentum probari nō potest per mercatores depredatos, facta eis promissione de soluenda omni quantitate,quę probaretur:contra eum enim qui promisit ordinaria probatio requiritur: & contra eum, qui non deliquit iuramentum non habetur pro idonea probatione, licet secus
37 esset contra ipsum† delinquentem immediatum,contra quē sufficit probatio per iuramētum super extimatione damni: non autem contra tertium.iuxta tex.in l.si quando.C.vnde vi.& in c.vlt.quod met.cau.Quod etiam voluerunt Bar.in l. 1.ff.quan.ex fa.tuto.& in l.semper.§.vlt.ff.quod ui aut.clam. & alij per D.meum hic citati, & omnes in d.l.si quando.vbi hanc communem affirmant, & ibidem Io.Bap.Plot.§.2.nu. 32.versi.secus sit quando sit contra principem, vel vniuersitatem:refert,& sequitur D.meum hic.pro iuramēto,de quo in d.l.si quando.quando deferatur: & pro intellectu illius l. videri poterit Rip.in l.admonendi.nu.68.& seq.ff.de iureiu. & Hyppo.de Marsy.in d.rub.C.de proba.nu.134.& seq.

Reassumendo nonnullas species iuramentorum, ad hoc præsertim vt facilius dignosci possit circa quę iuramenta cadere possit longa,& ardua illa discussio nostra an iuramētum sit propriè probatio,vel ꝓbationis species:vtq; haberi possit vera,succincta, ac distincta cognitio plurium specierum iuramentorum inter se valde diuersorum illorumq; effectuum, ac potentiæ de quibus tractant Ias.& alij in l.admonendi.ff. de iureiur.Hyppo.de Marsy.super citata rub.C.de proba.ac Bero.super hac nostra rub.deueniemus primo ad iuramen-
38 ta† extraiudicialia,successiuè quo ad iudicialia aliqua addemus vltra Bero.hic.

39 Donatio† inter patrem,& filium in potestate,licet de iure non valeat,vt in l.donationes.C.de dona.inter vi.& vxo.l. 1.C.de inoffi.don.etiam apposita clausula propter benemerita,nisi illa probentur.Rot.177.in prin.in no.Doct.in l.frater a fatre.ff.de condi.inde.Iuramento tamen firmatur. Bal. in l.vlt.col.2.versi.sed quid si fuit inter patrē,& filium.C.de vsuca.ꝑ dona.& Bal.Nouel.qui rationes adducit super rub. ff.de ver.obli.col.4.versi. Ex quo infero.Abb.in c.cum contingat.de iureiur. Alex.consi.8.& consi.157.lib.1.vbi communem affirmat, Idem Alex.ac Roma.in l.si donatione.col. 3.C.de collatio.& Roma.in repet.rub.ff.de iureiur.in 3.q. Aret.in l.placet.ff.de acqui.hære.Idem Are.cōsi.77.col.pen. D.meus Phili.Deci.consi.239.col.1.Corn.consi.306.col.2. lib.3.Et hanc commnnem affirmat Rui.consi.121.col.1.lib. 1.& magis cōmunem Grat.cōsi.7.nu.8.lib.2.Ias.in præalle.l. frater a fratre.versus fi.Et certè hæc est magis communis, & verior, quicquid tenuerint Pau.Cast.consi.105.circa bona. col.2.versi.Tertiò videtur.ac Fulgo.consi.199.

40 Meritorum † probatio, q; requiratur volunt Bal.in l.illud col.pen.C.de sacro.eccle.Doct.in l.si donatione.C.de collatio. Gui.Papæ Syngu.375.Io. And.in Addi.ad Spec.rub.de reb.eccl.non alie.optimè Alex.consi.101.visis instrumentis. nu.6.lib.1.Rui.cōsi.60.lib.3.col.6.Capit.decis.Neapo.203. in fi.Et quòd confessio donantis super meritis non sufficiat voluerunt idem Gui.Papæ Syng.378.& 596.Alle.communem affirmans in alle.l.si donatione.nu.5.C.de collatio.Idē voluerunt Corn.consi.144.lib.2. Soci.consi.65.col.2.lib.1. Aimo.consi.75.nu.2.Bertran.qui etiam communem dicit. consi.138.nu.22.lib.2.in vltimis.Probationem tamen induci per iuramentum inter personas non prohibitas communem affirmat Cur.iun. consi.67.nu.5.

41 Donatio † inter virum,& vxorem constante matrimonio facta inualida est, ea præsertim ratione ne mutuo amore se spolient.l.1.& 2.ff.de dona.inter vi.& vxo.l.donationes.C. eo.c.vlt.extra eo.tit.Iuramento tñ firmatur,& statim valet. Bar.in l.Seius,& Augerius.versus fi.vers.Quero quid in donatione.ff.de fideiuf.Bal.in l.cum nulla.C.de don.ante nup. Abb.in c.vlt.col.2.in 3.q.de dona.inter vi.& vxo.Et hæc est communior, & verior opi.vt per D.meum Phil.Deci.consi. 202.col.1.& seq.& cōsi.231.col.3.Hanc etiam dicit communem Soci.consi.77.num.15.lib.1.Non defuerunt tamen qui contrariam opi.tenuerint,q; imò illa non firmetur iuramento.prout Bart.Fulg.& Saly.in l.1.ff.de dona.inter vi.& vxo. Bal.in l.si quis inquilinos.§.vlt.ff.de leg.1.Rui.consi.130.col. 2.lib.1.Cur.sen.communem hanc affirmans.consi.66.nu.3. Tenenda tamen est præcedens opin.tanquam verior,& magis communis.

42 Insinuatio † in donatione requirebatur de iure antiquissimo in summa vltra 200.aureos: Ad quod ius antiquissimū redactum est statutum vrbis in nouis Reformationibus.c. 18.sub tit.de Donationibus insinuandis.De iure antiquo vltra 300.De iure nouo vltra quingentos,qua non interueniēte donatio nulla erit.l.sancimus.in prin.& l.penul.in fi.C.de donatio.Bart.in l.Modestinus.ff.eo.Iuramento tamen suppletur.Fede.consi.28.Io.And.in Addi.ad Spec.tit.de instru. editio. §.porrò.versi.Quid si renunciās Bal.& Abb.in c.cum cōtingat.de iureiur.ille col.4.hic col.10.Aret. Alex.& Clau. Seysel.in l.nemo potest.ff.de leg.1.Roma.consi.26.in 2.dub. Abb.consi.107.in 2.dub.lib.2.Corn.consi.221.communem affirmans.lib.1.& consi.36.subdit lib.3.Ias.consi.169.& D. meus consi.239.nu.2.qui hanc magis communem affirmāt.

43 Transactio † nihilo dato, vel promisso, vel facta post rem iudicatam,& in pluribus alijs casibus,licet non valeat.l.transactio.C.de transactio.nec vt pactum.l.si causa cognita.vbi communiter Doct.C.eo.l.suus hæres.& ibi Bar.C.de repu. hæred.si tamen iuramentum interuenerit,valebit,saltem vt pactum.Bar.in l.si quis maior.versi.Item dico.C.de transac. per tex.in l.cum pater.§.filius matrem.ff.de leg.2.Ang.in alle.l.si causa cognita.C.de transact.& in l.si vnus.§.pen.ff.de pact.Bal.in repet.l.2.col.6.C.de rescind.vendi.

44 Contractus † item quilibet pluribus defectibus laborans, quòd per iuramentum confirmetur voluerunt Deci. consi. 414.in fi.Paris.consi.33.lib.3.& quòd si contractus non valeat, iuramentum operetur,vt valeat in vim pacti cōmunem affirmat Grat.respon.100.nu.31.par.2.

45 Iuramentum † omnia, & singula esse vera excludit exceptionem simulationis. Allegaret enim quilibet turpitudinē suam,vt voluerunt Ant.de But.in c.cum contingat.versicu. Octauus casus.de iureiur.& Imo.in l.nemo potest.colum.3. ff.de lega.1.Are.consi.12.Et tale iuramentum excludere simulationem vult, & communem affirmat. Cur.t.iun.consi. 108.num.13.ac consi.110.num.15.& Paris.consi.111.num. 13.volu.4.

46 Contractibus in † innominatis iuramentum operatur, vt non sit locus pēnitentiæ.iuxta gl.in l.si pecuniam.ff.de condi.ob cau.per Rip.in c.1.nu.59.de iudi.

47 Iuramentum præcisè obligat † ad factum prout voluerūt gl.in ver.necesse.ver.si pecuniam.& ibi Bal.col.1.ff.de condi.cau.dat.gl.in c.cum tempore.in ver.obseruandum.de arbit.Bal.in l.sed & hæ.§.prætor.versi.vnde fallit.ff.de procur. & in prælud.feud.col.4.ver.In iuramento autem. Idem Bal. in l.vni.col.pen.ver. Modo quæritur de aliquibus.& ibidem Saly.col.10.versi.Item fallit.C.de senten.quæ pro eo, quod inte. But.& Abb.in c.veniens.de iureiur.Ias.qui hanc communem affirmat.consi.9.col.6.versi.Istud idem.lib.1.Quam etiam communem testatur Grat.respon.86.nu.18.par.1.Et communem asserit, dicens in iudicando ab ea non recedendum.Alex.consi.37.col.6.lib.2.

48 Iurm ēt constituit † in mora absq; interpellatione,vt post alios concludunt Ias.in l.quod te.col.8.versi.Iuxta prædicta quero.D. meus nu.11. hāc cōem affirmans.ac Purpurat.col. antepen.ver. Septimo exemplificatur.ff.si cer.peta.Et quòd
49 iuramentum habeat vim, & virtutem † interpellationis voluerunt Spe.tit.de Aduocato.§.1.ver.sed nunquid is qui iu-

rauit. Ioan.And.Ant.de But.Imo.& Abb.in c.breui.de iureiur.Cremen.dicens aureum dictum. Syng.122.Alex.in l. 2.versus fi.ff.solu.matri.Aret.consi.150.visis diligenter.col. 4.Barba.in c.ex literis.col.19.de constitu.Claud.Seisel in l. non solum.§.morte.col.16.versi. Aliam nota limitationem. ff.de no.ope.nunc. Fely.in c.ex rescripto.col.penul.de iureiur.Afflit.deci. Neapol.174.nu.5.Goza.consi.27.col.3.Gomes. communem affirmans in §.item si quis postulante.col. 6.Insti.de actio.Rip.respon.199.incipien.Iustè,& sanctè.nu. 1.sub tit.de Donatio.quæ sub modo.versi.primo quod iuramentum ipsius Roberti idem Rip.in l.4.§.Cato.nu.39.& in l.insulam.nu.91.ff.de verb.oblig.

50 Iuramentum † compromittentis operatur,vt non possit peti reductio Pau.Cast.consi.73.viso compromisso.vbi dicit ab hac opin.communi, & securiore in consulendo, & iudicando non esse recedendum.Idem voluit Grat.communē affirmans respon.30.nu.27.Fallit in enormissima lęsione:iurans enim non contrauenire laudo rōne alicuius læsionis nō

51 præsumitur intellexisse de enormissima lęsione.prout ꝑ An. de But.col.23.versi.Et hæc oīa puto. Imo.col.14.in 23.differentia.ac Abb.in c.quintauallis.de iureiur.& ꝑ Rip.in tracta.pestis.c.1.nu.100. Saly. in l.societatem.§.arbitrorum.q. 13.ff.pro socio.Abb.in c.cum cōtingat.in 9.casu.de iureiur. Grat.cōsi.30.col.1.lib.1.videantur Doct.præsertim M.Ant. Bauer.in l.si quis arbitratu.ff.de verb.oblig.

52 Iuramentum habet vim clausulæ † omni meliori modo.l. cum pater.§.filius matrem.ff.de leg.2.vbi Bart.& alij communiter. Fran.Cremen.Syngu.41.Roma.Alex.& Rip.in l.1. §.si quis ita.nu.27.ff.de ver.obli.Alex.& alij in l.eam quam. C.de fideicom.D.meus in c.cum super.col.5.de offi.deleg.

53 Renunciationem † simplicem iuri de futuro nō valere ꝓbatur ex tex.in l.qui superstitis bona repudiat.ff.de acq.hære.& in l.1.§.decretalis.ff.de succes.edic.iuramentum tamen habet vim specialis renunciationis.c.ex rescripto.cum gl.in ver.& vxorem.ad fi.de iureiur. Rip.in l.si vnquam.nu.4.C. de reuo.dona.Et arguendo a iudicio, ad iuramentum, quæ æquiperantur.l.qui iurasse.ff.de iureiur.videmus, ꝙ simplex renunciatio iuri de futuro calore iudicij validatur. glo.in versi.si conditio.in l.1.ff.de cur.bon.dan.& glo.magna.in l. 1.C.de pact.

54 Pactum † de nō succedendo nō valet.l.pactum.C.de collatio.l.pactum quod dotale.& l.vlt.& vtrobiq; Docto.C.de pact.l.de fideicommisso.C.de transactio.l.si quando.§.illud. C.de inoffi.testa.Iuramento tñ firmatur,& validum reddit. iuxta tex.in c.quamuis pactum.de pact.lib.6.vbi deciditur,

55 ꝙ sit † filia dum nuptui traditur bonis paternis cum iuramēto renunciauerit,a paterna successione excluditur. Amplio vt filia,quæ renunciauit excludatur etiam ab alia sorore nō dotata.Paris.cons.26.nu.51.& seq.lib.3.hanc magis cōem affirmans. Ampliatur vt idem etiam dicendum sit qñ facta fuit renunciatio cum iuro antequam nuptui traderetur,vt per eundem Paris.quia alios citat consi.94.nu.17.lib.2.Et licet gl.in ver.improbatur.in alleg.l.pactum.C.de collatio.& glo. vlt.in l.qui superstitis.ff.de acqui.hæred.ꝗrium tenuerint,& malè,inherendum omnino est decisioni tex.in d.c.quamuis. pactum, & in foro ciuili, quia agitur de materia periurij, & sic peccati.ad nota.in c.1.de no.ope.nun.gl.1.in c.possessor malæfidei.de reg.iur.lib.6.& ꝑ nota.in cle.dispendiosam.de

56 iudi.Et talis filia † q̄ cū iuro renunciauit,desinit esse sua,sicut filia ꝑ statutū exclusa,vt no.Bar.in l.1.§.sciendum.circa fi.ff. de suis,& legi.& ibi Alex.ac Bal.in l.vlt.cir.fi.C.de libe.ꝓte. Disputant an dictum c.quamuis ꝓcedat qñ renunciatio cōtinet euidentē iniquitatē,vel iniustitiā, seu enormissimā læsionē,vt mulier tunc possit ꝗuenire, saltē petita absolutione a iuro.Arch.& Io.And.in alleg.c.quamuis.sentiūt, ꝙ adhuc mulier non possit venire ꝗ iurm, ꝑ illum tex.qui indistinctè decernit, ꝙ iurm ineuitabiliter obseruetur. Quod & clarius voluit ibi Imo.impugnans opi. Anch.de qua.ꝗ.in qua etiam opi.residet ibi Gemi.col.pen.& Natta col.8.pro quo etiam adducitur,quod voluit Ang.in l.si quis pro eo.ff.de fideius. in prin.vbi quòd absolutio a iuramento peti non possit, ex quo iuramentum in ijs casibus firmat contractum. Refert,& sequitur Alex.consi.42.post nu.19.lib.1.Idem voluit Imo. in c.quintauallis.& in c.cum contingat.de iureiur.vbi hanc communem affirmat.Contrariam opin.sequor, quam communem affirmat Fely.in cap.in præsentia.post num.8.versi. Et quamuis inter illos sint opiniones.de proba. Hanc opin. tenuit Ancha.in capitu.1.colum.42.versicu.Ego etiam consului.de consti.& in cap.accessorium.col.6. vers.pro declaratione.de regul.iur.lib.6.& consi.39.colum.1. Ias.consil.160. colum.vlt.lib.2.& consi.133.vbi colum.5. hanc magis communem testatur. Et hanc dicunt æquam, & substantialem opin.vt per D.meum consi.379.ex fi.Cur.iun. consi.53.nu. 13.Paris.consi.12.num.83.lib.1.

57 Fideiussor † regulariter nō potest nisi prius excusso principali debitore. iuxta text.in authent.præsente. C.de fideiuss.Ampliat Alexan.consi.31.in causa executionis. colum. 2.& seq.volum.4.etiam si renunciatum fuisset beneficio de fideiussoribus. Ampliat Gui.Papæ.singu.604.etiam si fideiussor, qui promisit, voluit teneri, vt principalis. Ampliant ad fideiussorem de iudicio sisti, & iudicatum soluendo. Bald.in l.2.§.si quis ex his, & ibi Pau. Castren. Alexan. Ias.& Iacobi. qui communem asserit.ff.qui satisda. cogant. Idem voluit Ioan.Fabri in §.sed hodie.Institu.de satisda.facit text.in l.vlti.cum ibi nota. C.de vsur. rei iudic. & voluit idem Iacobus,in l.fideiussor.num.3.dicto titu.ff.qui satisda. cogant.Ampliatur etiam si fideiussor promiserit pro alio se soluturum liberè, & sine vlla exceptione, vt per Roma.consi.211.Hypo.de Marsi.singu.332. Felin.in cap.causam quæ.

57 Ampliant conclusionem præmissam vt fisco † edendũ sit ad fundandam eius intentionem,per tex.in alle. l.nec quisq̃. ff.de eden.quem hic adducit Abb.nu.18.& Dec.nu.57.referens illud Bald. in l.1.§.editiones.col.vlt.ver.Iuxta prędicta. ff.de eden.vt sicut fisco petenti gabellam ab aliquo,ab eodẽ sunt instrumenta edenda: Sic & a fisco gabellas ementibus
58 edendum sit: Gabellarum enim emptores in fisci † locũ succedunt:eiusque priuilegijs vtuntur vt dixit idem Bal. in l.2. C.de cond.ex lege. Cum Bal. concludit Euerar. in loco a vi subrogationis. col.5. ver. vigesimo primo faciat ad hoc, qd̃ dicit esse notandum.Istud vltimum reprobatur per Alex. in alle.l.nec quisquam.& in l.quia tale.col.3.ff.sol.mat.& Alex. contra Bal.sequuntur post Moder.in tracta.Gabella. part.7. col.6.ver.Ex præmissis.D. meus hic post nu.58.ac consi.48. colum.1.& in l.in omnibus.ff.de reg.iur.ac Rip.in l.j.nu.12. C.de eden.& respon.22.lib.3.colũ.pen.Rot.in anti. 876. ex ratione,quia priuilegium fisco specialiter cõcessum non videtur in emptorem transire per nota.per Dy.& Bar. ac Pau. Castren.in l.licitatio.§.vlt.ff.de publica.facit tex. in Authen. vt exactio instan.dot.priui.post prin. ibi Non enim alijs dedimus dudum,& damus hoc priuilegium aut heredibus, aut creditoribus, sed solis filijs.Et quòd emptor vectigalium,vel redditiuum alicuius priuilegiati non gaudeat priuilegio immunitatis,quo ipse priuilegiatus gauderet voluerunt etiam in titu.de immu.eccle.versus fi.Bal.in l.1.C. de nauicular. libro 11.& consi.496.col.4.Imol.post glo.in cle.vlt.colũ.1. de censib.Gui. Papæ dec.208.in prin.Ias.in authen.quas actiones.col.pe.C.de sacros.eccle.Fran. in c.quamquam.nu.4.de censib.lib.6.Venaf.consi.18.col.j. Et hanc communem affir-
59 mat Tiraq.de vtr.retra.§.8. glo.13. Hinc volunt † actionem priuilegiatam non cedi, vt per Bart.& alios in l.post dotẽ.§. pen.ff.solu.matri.licèt in contrarium adducatur text.in l.qd̃ si §.Iulianus.& ibi glo.in ver.victus.ff.de peti. hæredi. vbi ꝙ actiones etiam ex delicto cedi possunt. Hodie tam Romæ, quam alibi,licet præmissa opin.Alex.communis sit, contrarium seruatur propter cessiones pręgnãtes,& omnibus clausulis latissimis,& efficacibus vallatas, quæ fiunt in fauorem cessionariorum Fisci,ipsi vti possunt, & vtuntur eisdem priuilegijs, exẽptionibus, immunitatibus,quibus vtitur,ac vti potest ipse fiscus.

An autem ęcontra datiarij,aut publicani edere teneantur libros rationum ad fundandam intentionem actoris?Pro affirmatiua conclusit Bal.in l.si solutę.ver. Item ego. C.de cõdi.ex lege.quod pro singu.commendat, & sequitur Fely.hic col.12.ver.Amplia istam fallen. Hoc etiam vult hic, & tanquam commune sequitur D.meus col.13. versi.Circa tertiũ, dubiũ, respondens deductis in contrarium,qd̃ memorię cõmendandum est ad extensionem clem.1.§.cęterum.de vsur. Aduertit Catel. cot. in suis Memoria. in ver. editio instrumentorum.Ratio primi dicti principalis est, quia horum, & similium genus improbum esse consueuit. Et contra hos in dubio præsumendum est.l.quantę.& toto titu.ff.de publica. Hyppo.de Marsi.post alios cõsi.crimi.2. Altissimum.nu.67. lib.1.Præfatum dictum Bal.pro singu. commendat Ias.in l.j. col.pe.C.de eden. Verum aduertatis, ꝙ ipse hoc dictum putat falsum,quo fit vt quæstio hæc disputabilis sit.

60 Ampliatur ẽt ad ecclesiam, † vt illi pariter ad intentionẽ fundandam edendum sit,quippe quæ fisco æquiparetur, vt per Bal.hic,& Abb.ante num.20.versi.Et credo,quòd etiam possit excipi causa ecclesiæ.Pto quo adducit text. in l.vlt. C. de sacros. eccle. vbi cõcludunt omnes non minus priuilegia-
61 tam esse † ecclesiam,quam fiscum,vel ciuitatem. Pro quo est tex.in c.1.iun.glo.in ver.iure minoris.de in inte. resti. voluit glo.vltim.in l.vsusfructus. ff.de vsufruc.glos.vlt. in fin.in l.si vsusfructus municipibus. ff.de vsufru. legat. quæ remittit se ad nota.in alle.l.an vsusfructus.& sequitur Bar. in dicta l.an vsusfructus. Cõtra præmissam ampliationem quæ communiter tenetur, nonnulli non ineptè dicunt non ęquipararii ecclesiam fisco,vel ciuitati,nisi in casibus expressis in iure, &
62 † priuilegium vni concessum etiam ex identitate rationis non debere extendi ad alios.l.1.ff.de constitu.princi.c.sanè. de priuile.c.priuilegium.de reg.iur.lib.6.Bal. in l.1.in princi. C.de legib. Abb.in c.si diligenti. post n.36.de præscrip. & in c.canonica.in 2.not.de senten.excom. Maria. Soci.in c. prudẽtiam.nu.6.de mut.petitio.Phi.Fran.in c.per exemptionẽ. post num.5.de priuile.lib.6.Bertran.consi.281. circa processum.numero 18.libro primo in secundis. Afflict.in capitulo imperialem.in princip.in 12.not. de prohi. feu.alie. per Fede.numero 6.Gramma.dec.28. Magnificus. versus fi.nu.6. Quæ tanto magis procederẽt data diuersitate rationis, quare magis priuilegium de quo tractamus fisco competere debeat,quam ecclesiæ. Arguitur etiam contra prẽmissam cõ-
63 clusionem,Fauor,& priuilegium fisci † vt sibi edatur a reo, est contra iuris, & rationis æquitatem.l.qui accusare. C.de edend. l.nimis graue. C.de testib. & in text. nostro. Et sic sumus in materia exorbitanti, & valde odiosa, vnde non debet fieri extensio, & ampliatio. capitu. odia. de regulis iuris libro sexto. vbi gloss. dat concordan. In hac opinio. contra communem videtur residere Bero. hic post numerum 66.versi.Sed contra hanc limitationem.qui etiam alias rationes adducit, & inter alias, quòd ecclesia est altrix, auctrix,& cultrix iustitiæ,vnde permittere non debet,quòd aliquid fiat contra æquitatem, & iuris rationem in præiudi-

cium tertij, argu.tex.in c.nuper.de donatio.inter vi. & vxo. c. ex tenore.de fo.compet.c.1.§.sed diuersum. de alie. feud. subdit postea idem Bero. ꝙ in materia editionis instrumento rum ecclesia etiam quando conuenitur, iure communi vtitur. Verum idem Bero. postea sententiam mutare videtur, at tandem numero 70. & ante communem opin. & dicta Dec. hic impugnat. Contra communem etiam sentire videtur Ioan. Fran. Rip. in l.1.num.13.ff.de eden. vbi etiam subdit, ꝙ si ecclesia non meretur hunc fauorem, qui fisco conceditur: nec etiam merebuntur illum, qui pro dote, matrimonio, alimentis, libertate, pia causa, & similibus agunt. Hæc opi. contra communem mihi vt ęquior, & fortè verior magis placet.

Secundo principaliter fallit regula nostri text. quòd reus edere non teneatur ad intentionem actoris fundandam, in
64 † vsurario, qui actori edere tenetur iuxta tex. in clemen. vni. §. cęterum. de vsur. & in hoc omnes concordant, & sic tam Docto. in dicta cle. vni. quàm in l.1.C.de eden. quàm etiam super hoc tex. nostro. Et hoc speciale est in odium vsurarum & fauorem animæ, vt per glo. in dicta cle. Et si loquimur in vsurarijs publicè exercentibus vsuras, ac palàm iuxta tex. in c.cum in diecesi. de vsur. & ad nota. in c. quamquam eo. titu. lib.6. Et isti ex consuetudine conficiunt rationes, & libros, & tenentur ad illorum editionem, prout alij exercentes artē ex consuetudine libros conficiunt, & in publico habent: & hoc casu non ex iure communi, sed de consuetudine. Aut loquimur in vsurarijs secretis, seu occultis, qui vix conuinci possunt, & tunc procedat ius commune, & dicta clem. vni. de vsur. & quod voluit hic Abb. Et sic vsurarij isti occulti sub
73 pęna excommunicationis contra regulas iuris communis, in odium illorum vsurariorū occultorum edere coguntur ex dispositione dictæ cle. vni. Declarat, & restringit Ias. in dicta l.1.C.de eden. dummodo materia super qua agitur supponatur vsuraria, quæ declaratio mihi satis congrua videtur. Et idem sensit Ancha. in alle. cle.1.de vsur. ac Are. hic. & Fely. post nu.21.ver. Facit quod notat Pet. ac D. meus nu.102. vers. Non ergo vsurarius simpliciter tenetur edere, sed tunc demum cū agitur de vsuris. & post nu.103. vers. Vnde si vsurarius pro alio dolo, vel fraude conueniretur, non teneretur edere.

65 Ampliant præmissis in locis ad † iudęos exercentes vsuras vt christianis etiam actoribus edere teneātur. Pro subsistentia huius ampliationis supponenda est regula, quòd quo ad iudicia, & quo ad tramites legum non sit facienda diffe-
66 rentia inter † Iudęos, & christianos, nisi expresè aliud in iure caueatur: cum iura sint etiam Iudeis communia. l.iudęi. Romano communi iure vtentes. C.de iudi. Fely. in c.2.post nu.5. vers. Per quam non videtur esse differentia inter christianos. extra eo. Io. Fran. Rip. in l.si insulam. nu.10. & seq. ff.
67 de ver. ob. vbi contra Ias. cōcludit etiam † iudęos morā pur-
68 gare posse. Sic etiam dicūt iudęos præscriptionis † exceptione cōtra christianos vti posse. gl.1.in c.porro.16.q.3. & Rip.
69 in alle. l.si insulam. post nu.10. Hinc etiam dicimus † Iudęos ligari legibus, & statutis loci vbi habitant, vt voluerunt Bal. in l.spadonem. ff.de excu.tuto. & in c.1.de no for. fideli. Gemini. in c.ius quiritum.1.distin. Fely. in c.Iudęi.2.nu.4.versi. Subdit tamē hic de iudę. Soc. in l.1.col.6.ff.si cer.peta. & cōsil.70. in pręsenti. ver. Secūdo quia lib.1.Rip. vbi supra. n.11. Contra præmissam ampliationē D.meus Phi. Dec. tam hic,
75 quàm in l.1.C.de eden. post nu.13. ver. Et circa dispositionē dictæ cle.1.aliqua satis vrgentia adducit, quibus postea respondet, & residet in prima opi. quæ cōmunis est, & tenēda,

Ampliant etiam ex mente Bald. in l.dissolutę. versus fi. ibi Idem etiam in similibus C.de condi.ex lege. ad publicanos,
70 nautas, caupones, stabularios, † qui nō secus ac vsurarij edere teneātur; propter eandē rationē. Et licet Ias. in l.1.col.pe. C.de eden. dictū Bal. impugnet, tū Fely. hic col.12.in 2.amplia. pro opinione Bal. cōcludit, prout ēt D. meus col.5. vers. Circa tertiū dubiū, respondens adductis in ꝯriū. Quod etiā voluit Catel. cot. in suis Memoria. in vers. editio instrumentorum. & in ver. Nautę, caupones. Et sic extendunt cle.1.de
71 vsur. † ad prefatos. Rationis enim identitas operatur vt eadē
72 iuris dispositio † esse debeat. l.qui postulauerit. §.ratio. ff.de adulte. l.1.§.hoc interdictū eandem habet. & ibi notat Bart. ff.de fonte. l.illud. cum glo. magistra. in ver. æstimari, quę dat concordan. ff.ad leg.aqui. c.translato. cum gl. vlti. de cōsti. Et dixit Old. cosi.185. thema tale est Titius. in fi. qđ tunc non dr̄ lex extendi, sed enucleari. & glo. in l.sed & si lege. §. & puto posse. in ver. habeatur. versus fin. ff.de peti. hæredi. inuehit ꝯ considerantes diuersitatē casuum ratione contempta. Et dixit Calde. cons.1. an sit licitum circa medium. sub titu. de regula. ꝙ ratio est lex cōis. Et cum Bal. in d.l. dissolutę, tenent Alex. Ias. ac D.meus post nu.15. versi. secundo dicta cle.1.C. de eden. ac Fely. hic nu.21.in 2.amplia. & idem Dec. n.103. ver. Circa tertium. vbi etiam pro hac opi. adducit inter alia tex. in l.1.ff.nau.caup.stabu. qui tex. pro Dec. duobus modis sat diuersis induci potest: primo in fin. prin. vbi tales fraudulenti describuntur, prout etiam publicani, iuxta tex. per eundem citatum in l. quantę audaciæ, quantęque temeritatis sint publicanorum factiones. ff. de publica. Vnde meritò instar vsurariorum fraudibus pariter vtentium edere teneantur. Altero modo induci potest ille tex. in l.1.ex illo ver. De exercitoribus rationū, itē de lyntrarijs nihil cauetur, sed ita constitui oportet &c. ex quo infertur ad mentem Dñi mei, ꝙ sicut ibi propter identitatē rationis, & paritatem, seu similitudinem personarū, vel exercitiorū illi rōnū exercitores, ac lyntrarij in lege non expressi, cōprehendi ēt debeant, ita in terminis nostris. licet in illa cle.1. vsurarij, non autē publicani, nautę ac alij de quibus supra fit mentio nominentur, tamen ex paritate rationis, ex exercitiorum, similitudine & quia concurrit præsumptio fraudis in omnibus, etiam isti comprehensi censeri debeant. Contra præmissam opin. Bal. de qua supra cōmuniter receptā tenuit Ludo. Rom. in alle. l.
73 quantę. ff.de publica. ea ratione quia dispositio dictę clem. j. de hæreti. † sit odiosa, & penalis, vnde nullo mō extendēda. l.si vero. §. de viro. ff. solu. mat. c.odia. de reg. iur. lib.6. Immò dispositio dictæ cle.1. exorbitans ab alijs iuribus dici potest,
74 † quo casu etiam ex identitate rationis non fit extensio, authē. quas actiones. cum ibi nota. C.de sacros. eccl. glo. in cle. vt hi. in ver. in easdem, versus fi. de ęta. & quali. Bar. in l.si cōstante. nu.38. & 43. ff. solu. mat. Rui. consi.3. num.13. vol.5. & Rom. sequi videtur Aret. hic per rationes, de quibus per eū, vt per D.meum post nu.103. & seq. Et licet ipse Dec. tandē resideat cum prædicta communi, ex quo secūdum ipsum in hac materia editionis procedendum sit de similibus ad similia. l.quædam. §. nummularios. & l.argentarius. §.1. ff. de edē. & per alia, quæ ibi adducit, & similes vsurarijs affirmet publicanos, nautas, & alios de quibus supra, de illis enim lex multū suspicatur, adestq; præsumptio respectu fraudis, vnde concludit cum Bal. respondens ad contraria. Et ad pōderationes Roma. & Aret. hęc etiā repetit idem Dec. in l.j. post nu.15. ff.de eden. Verum quia eius respōsiones mihi frigidæ videntur, nec pro communi opi. iura aliqua adducuntur, vel rationes vrgentes, ego contra illam cōcluderem duplici pręsertim fundamento: Tum quia nulla lex est, quę id dicat, nullaque ratio afferatur, nec adsit probabilis rationis identitas, & simus in odiosis, & pęnalibus, immò etiam exorbitātibus ad supra citata. Tum quia etiam concessa similitudine propter præsumptiones fraudum non ratione vsurarum iuxta terminos dictæ cle.1. sed ex alijs capitibus vt dictū fuit, puta quòd isti publicani, & alij supra specificati extorsiones, & fraudes committere soleant, & propterea pariter ipsi edere teneantur: præter id, quòd consequentia non esset bona, adhuc sequeretur, quòd omnes illi contra quos aliqua sinistra præsumptio cadere posset in eorum officio, vel exercitio similiter prout vsurarij edere deberent, quod quidem nullibi
75 cauetur, & nullus hoc diceret: edere enim tenentur † artifices omnes, quorum nullum est virtutis opus, vt per philosophum 6.politico.c.4.cir.medīū. & hi omnes facilè mentiuntur. c.quoniā. §. de mēdacio. 88. dist. diuus Tho. 2.2.q.77. art.1. contra hos scribitur Deuter.25. Nō habebis in sacculo diuersa pondera maius, & minus, cū ijs, quæ sequuntur prouerb.11. Statera dolosa abhominatio est apud Deū. Contra hos l.pen. §. si venditor. ff.ad leg. Cor. de fals. Quis autem est, qui nesciuit laniones, molitores, farcinatores, & similes, ac fere omnes artifices dolis, & fraudibus plenos esse? nunquid dicemus artifices omnes reos edere teneri?

Tertio principaliter fallit regula nostri tex. in mercatoribus nostri temporis, qui quicquid sit de iure cōi vt per Doc. hic & in l.j. C.de eden. ac in l.argētarius. ff.eo. vbi circa mercatores antiqui tēporis negatiue cōiter respondebant, tū de cōi obseruantia concludūt mercatores hodie teneri edere, etiam ad fraudandam intentionem actoris: quasi eis tacite demandatū sit per cōtrahentes cum ipsis, ꝙ scribāt rationes. Et quòd teneantur edere libros rationum ad fundandam intentionem actoris voluit Bar. in l.quædam. in prin. ver. Et sic isti mercatores. ff.de eden. & hæc est communis opinio,

vt

vt per D. meum hic post numerū 3. & sic communiter obseruari testatur Rip. in l.1. nume. 8. versi. Nota etiam mercatorem nostri temporis. ff.de eden. Et ꝙ mercator cōficere, & edere libros teneatur, alioqui possit cōtra eos in litem iurari, nec excusentur si dicant illos non confecisse, vel factos amisisse, communem esse sententiam affirmat Ioan. Baptista Plot. in l.si quando. numero 753. in 54.amplia. Cauetur etiā pluribus in locis, vbi mercatura plurimum exercetur, prout Florentiæ, quòd mercatores edere teneantur, & quādo, quibus casibus, & qualiter, vide infinita dubia, quæ hic in hac materia, & alijs in locis per Docto. supra adductos fiunt, cessare penitus videntur, nec super illis commorari expedit, licèt Dec. fimbrias dilatet, cuius oppositionibus contra communem respondet Bero. nu.50. & seq.

Quarto fallit præmissa regula in reo ad fundandā replicationem vt edere teneatur, per tex. in l.penul. §. vl. ff. ad leg. falci. l.j. & ibi Bar. nu.2. Ias. in vlt. limi. & communiter alij. C. de eden. Idem concludunt hic Abb. post nu.14. versicu. Aut petit actor a reo ad replicationem suam fundandam. & D. meus num.154. in 7. fallen. hanc communem affirmans. Et licet Rip. in alle. l. vlt. num.17. & seq. C.de eden. plura consideret & contra hanc communem limi. illa tamen tenenda est, præsertim propter illam rationem, quòd in replicatione
76 quis † fungitur vice rei, & ita fauetur replicanti, sicut exci-
77 pienti. & † replicationis aliud est, quam exceptio exceptionis. l.2. vers. replicationes. ff.de exceptio. nota. in cap. a nobis. extra eo. & per Abb. vbi supra, & Dec. post. nu.178. ver. Vnde actor respectu replicationis. & nu. seq. vbi etiam communem affirmat, dicens aliam opin. disputatiuè sustineri posse.

Præmissę fallentiæ similis erit altera, & sic quinta, videli-
78 cet vt ad coadiuuandam intentionem actoris † reus edere teneat̄, est tex. in l. Titius heres. ff.de actio. emp. vbi venditor conuentus tenetur actori instrumenta, per quæ iura fundi declarantur, ostendere. Ad idem est text. in l. creditor. ff. eo. Exemplum ponitur, peto a te fundum titianum, quem mihi vendidisti: intentionem meam fundaui, dubium remanet quantum ille fundus se extendat: ad hoc declarandum edere teneris. Hoc voluerunt Bar. in alle. l. vlt. nu.2. vers. plus dicit ipse. C.de eden. idem Bart. Bal. & Ange. in l.1. §. editiones. ff. eo. Ioan. And. Anto. de But. Imol. Abb. nu.15. vers. Aut non est vsurus. in c. nostro. & D. meus nu.150. in 6. fallen. Rationem adducit Bal. hic nu.4. quia vbi actor fundauit intētionem suam, iudex de eo bene opinatur, ęquitas dictat, ꝙ accipiat probationem ex domo rei. Et idem Bal. hic & in l. dissolutę. C.de condi. ex lege. considerat, ꝙ † ęquitas sit causa generalis cuiuslibet editionis, nulla ęquitas dictat edēdum esse actori, qui nihil probauit: sed cū intētionem suam fundauit, quia tūc hēt originē veritatis pro se, ęquū est, ꝙ talis ve-
80 ritas coadiuuetur: facilius enim actus coadiuuatur, † quàm de nouo concedatur. l.1. §. si quis ędificium. ibi, Hic enim nō nouum opus facit, sed veteri subsistendo remedium facit. ff. de no. ope. nunc. l.si donatę. §. vlt. ibi, quia tunc factam donationem confirmare videtur, non includere nouam. ff.de do-
81 na. inter vi. & vxo. Hinc notant facilius concedi † confirmationem, quam actus in esse productionem, vt per Inno. in c. cum clamor. de testib. per D.meum hic nu.152. & per Rip. in alle. l.1. nu.18. C.de eden.

Contra verò quæritur, an sicut reus iuxta communē sententiam tenetur edere ad fundādam replicationem actoris,
82 ita actor † edere teneatur ad fundandam exceptionem rei? Licet varię sint opiniones, & nonnulli distinguāt an loquamur de editione instrumentorum, an verò rationum, & adducantur diuersi intellectus ad l. non est. & l. seq. ac l. vlt. C. de eden. ad l. dissolutę. C.de condi. ex lege. & l. qui tabulas. ff. de furt. & D. meus hic latissimè materiam hanc ad partes discutiat, cuius dicta, & argumenta reassumit, & discutit Bero. nu.57. cum alijs sequen. verior, & communior opin. est pro affirmatiua, & sic, ut siue loquamur in editione instrumētorum, siue rationum actor reo edere teneatur, prout concludunt omnes post Bart. in dicta l. vlt. C.de eden. eius conclusionem ampliando. & Abb. hic nu.14. in vlt. membro princ. qui citat iura prædicta ac tex. in c. accedens 2. vt lit. non cōtest. qui tamen ad rem non facit: & si fortè citare voluit cap. accedens 1. in fin. ibi Vt ecclesiæ S. Mariæ instrumenta restituat, & etiam vniuersa, adhuc constabit illa verba non concludere pro Abb. quia ibi non de editione iuxta terminos nostros facienda tractatur. Pro hac cōi opi. quatuor rationes seu fundamēta adducit Abb. videlicet ꝙ fauorabiliores sunt
83 rei. l. fauorabiliores. ff. de reg. iur. cū alijs. Itē ꝙ † actor pōt, & debet venire instructus. l. qui alterius. ff. de reg. iur. l.2. C. de dilatio. gl. in c. G. perpetuus. de fi. instru. non sic reus. Rursus quia actor impugnat, reus verò se defendit, & defensio fauorabilior est offensione. l. Arrianus. ff. de actio. & ob. postremò a cōiter accidentibus ad tex. in l. certi condictio. §. si nūmis. ff. si cer. pet. solent apud actorem esse instrumenta: vnde magis, & frequentius actor edere cogitur. His rationibus respondent hic Dec. & Bero. & plura adducunt, quæ videri possunt, quę longum esset referre. nos cum Abb. & pro prę-
missa opin. magis communi concludimus.

Retenta communi opin. ꝙ actor reo ad exceptionem, & reus actori ad replicationem probandas edere teneantur, &
84 ad id compelli possint, † limitat Bal. in alle. l. vlt. C. de eden. & D. meus hic nu.182. in exceptione, quæ non perimit ęquitatem petitionis, vt est exceptio, Tu es excommunicatus: Tu es bannitus: Tu non es procurator: & in alijs exceptionibus di-
85 latorijs, † quæ debitum non extinguunt. Secus dicendū esset in exceptione dilatoria temporis, hæc enim ęquitatē pe-
86 titionis perimit. Dies enim † pars est summæ. l.1. ver. Nā dies solutionis. ff. de eden. l. minus. ff. de ver. signi. §. tēpore. Institu. de act. Hinc prouerbiū, qui cito dat, bis dat. præmissa cōpbat post alios D.meus in alle. l. vl. C.de eden. n.7. in 2. limi.

Secundo limitant non procedere in exceptione criminosa. Bal. in l. vlt. C.de eden. D.meus hic nu.158. ea ratione, ꝙ
87 actor † non debet cogi turpitudinem suam ostēdere, seu detegere. l. aliàs. iun. gloss. magna. ff. de iureiur. & D. meus Phi. Dec. in l.si quis in conscribendo. nu.11. C.de pact. Hinc dicimus † positioni criminosę quem respondere non teneri. glo.
88 in ver. Respondeo reus non cogitur respondere istis quæstionibus in l. qui iurasse. §. si pater. & ibi Ias. in fi. ff. eo. de iureiur. Bar. in l. transactione finita. nu.2. per illū tex. C. de trāsactio. & ad nota. in c. dudum 2. de electio. ac per Hyppo. de Marsi. in praxi crimi. §. expedita. nu.66. deci. Tholo. 241. & 372. Pro præmissis videantur Bar. & Bal. in l. Marcellus. ff. re. amo. & Fely. ꝙ alios citat in c. cū dilecti. in 3. not. ff. de accus.

89 Tertio fallit in exceptione † cōpensationis, ad quam quidem probandam actor edere non tenetur, quippe quæ non merā defensionem cōtineat, sed habeat in se impugnationē, ad tex. in l. amplius non peti. ff. rem rat. habe. vbi prohibitus
90 petere cōpensare non potest: † excipiens enim de compēsatione dr̄ agere, ad not. per Bal. in l. vlt. & ibidem Fulg. & Ale. in 2. limi. C.de eden. quod & voluit Pet. de Anch. in cle.1. §.
91 cęterū. in 2.q. ad fi. de vsur. Et soluere, ac cōpensare † ęquiparantur. l.si debitor. in fi. ff. qui potio. in pigno. habe. l. si peculiū. §.1. ff. de sta. libe. Pau. Cast. cons.328. Nannes, & Gorus.
92 lib.1. Hinc dicimus, ꝙ † soluere promittens cum iuramēto, si compensat non est periurus, vt sensit Bart. in alle. l. amplius. nu.8. ff. rem rat. habe. Idē voluit Ioan. Fab. in §. in bonę fidei. Insti. de actio. ꝙ quo adducit tex. in c. ex parte. 2. vbi fictè residēs non dr̄ periurus, sic in terminis esto, ꝙ cōpēsans posset dici fictè soluens non debet in periuriū incurrere. Cum Bar. ēt residet Abb. in c. ad nostrā 1. nu.3. versic. Sed ꝯriū reperio, sensisse Bart. de iureiur. Quod & voluerūt idē Abb. in c. cum dilectus. colū. 12. de ordi. cogni. & Imol. in l. Iulianus. 1. ff. de
93 condi. & demō. Et cōpensatio † dr̄ mutua petitio, quæ est reconuentio. l. neque. & ibi nota. C.de cōpen. c.1. & 2. de mut. petitio. Hæc limitatio cōiter tenet̄, facilè tamē subuerti posset supponendo, ꝙ qui cōpensat, nihil petat, sed dicat se non teneri, & se defendat retinendo. l. in restituenda. cū glo. ff. de peti. hęredi. & retentio, defensio est. c. quo iure. 9. dist. Et qui compensat soluere dicitur. l.si peculium. ff. de sta. libe. vnde ad probandam hāc exceptionē solutionis ex ęquitate nostri tex. ac l. non est nouum. & l. iustum. C.de eden. editio faciēda est: pariter videtur compensanti, & sic reo edendum esse: Et ad oīa contraria tendentia ad ostendendum, ꝙ compensans possit dici actor, responderi potest, ꝙ id impropriè procedat: Vel ꝙ quo ad quosdam effectus, non autem simpliciter, & indistinctè. Qui hæc plenius videre voluerit perlegat D.meum Phil. Dec. in c. cum inter. nu.57. cum alijs sequen. de exceptio. & eundem in l. vlt. nu.8. in 3. fallen. C.de eden. Quantum verò ad illud, quod dicebam, attinet de obligato
94 † soluere cū iuramēto, si cōpenset, an dicatur periurus? cōtra Bar. vbi supra tenuit Bal. in c. quę in ecclesiarū. col.6. de consti. & contra illam opin. est gloss. communiter approbata per Docto. in alle. c. ad nostram. 1. de iureiur. per illum tex. iuxta intellectum communem, prout per Alexan. consilio 91. Visis actis. num.5. & sequē. lib.2. Et hanc opin. contra Barto. com-

munem etiam affirmat Hiero. Gig. in tracta. pensio. q.89. num.11.dicens etiam ex stilo Ro.cu.non admitti compensationem stante iuramento.

95 Quarto fallit in exceptione † præscriptionis, talis enim defensio odiosa est.Bal.in l.instrumẽta.in prin.ibi,secus fortè. C. de fideicom. inferens idem in qualibet exceptione odiosa,puta in exceptione Macedoniani, quia in talibus cessat æquitas,quæ hic in reo consideratur,non rigor,ad hoc vt editioni locus sit, vnde in exceptione præscriptionis edi non debet, quippe quæ sit contra æquitatem naturalem.l. nam hoc natura æquum est:neminem cum alterius detrimento fieri locupletiorem. ff.de condictio. indebi. Et quod præscriptio sit contra naturalem æquitatem affirmat Bald.
96 in l. ancillę. colum.tertia. de furt.Et adeo † odiosa est vt extendi non possit.Hinc dicimus tantum præscriptum, quantum possessum, in c. auditis. in versicu. interruptionem. de præscript.Innocen.in c.dilecto.colum.vlti.de offic. Archidi. Archi.in cap.1.colum.1.de iu.patro.libro 6.Barto. in l.1.§.si quis hoc interdicto.ff.de iti.actuque priua.in l.si publicanus. §.vlti.in fi.ff.de publica.& in auth.qui rem.in fi. C. de sacrosanc.eccle.Alberi.de Rosa. in l.1.colum. vlti. ff.de offic.eius Bald.in l.si quis diuturno.ff. si serui. vendi. l.de quibus. colum.14.de legib. Federi.de sen. consi. 130.Abb. in cap. consuetudinis.ad fi.de consue.in cap.licet ex suscepto. ad fin.de fo.compe.& in c.translationem.in vlt.not.de offi.leg.Cardi. in clemen.1.in 7.quæst.de renun.Roma.consi.368. columna penult. Felyn.in cap.auditis.column.6.de prescript.Balb. in tracta.præscrip.in 2.p.colum.3.& seq.Paris. consi.114. colũ. penul.lib.1.

97 Ampliatio colligitur ex supra adductis † vt argumentum a simili non procedat in præscriptionibus, vt etiam voluerunt Abb.in c.cum contingat.de deci.in vlt.not.Soci.consilio 275.colum.4.Balb.vbi supra colum.4.dominus meus in cap.translato.numero 47.in 1.lectu. & in 2.lectu. in vltimis verbis.de constitu.& hoc quia vt dictum fuit præscriptio est odiosa.

98 Amplio † vt præscriptio non extendatur ad alios casus et eiusdem speciei, vnde præscribens potestatem instituendi,vel eligendi non cẽsetur præscribere, & potestatem destituendi,vel priuandi prout notabiliter dixit Hostien.in cap. ex iniuncto.de hereti. vbi Abb. & alij communiter. Idem Abb.in cap.accipe. versus fi.de resti. spolia.Gemini. in cap. nemo.in fi.de electio.lib.6.Idem Gemini.consi.45.Bellame. dec.627. D. meus Phi. Dec.in c. dilectis num.6.de appel.& in c.referente.num.3.Et ita conclusit Rota prout dec.Pat.4. sub titu.de præscrip.quæ incipit præscriptio non excluditur de vno casu.

99 Quærit hic D.meus nu. 103.& alijs sequen.an † notarius edere teneatur? Concludit pro affirmatiua, id enim facit ratione sui officij, & distinguit idem Dec. aut loquimur de notario rogato de contractu:aut de notario actorum.primo casu quòd contractũ edere teneatur adducit glo.ord.in ver. absimilis.in l.argẽtarius.in prin. quam ibi Bar. & cõmuniter omnes sequuntur.ff.de eden. Idem voluit Spec. in tit.de instru.editio. §.videndum.col.2.ver.Et nota.Bal.in l.vlt. vers. In secundo casu.C.de eden.ac Fede.de sen.consi.113.Titius constituit. Notarius autem, & quiuis alius, qui instrumen-
100 ta edere tenetur † originalia apud se retineat, dando copiã, vel exemplar iuxta text.in l.eos. §.super ijs.ibi Et exempla appellatoribus edita.& in l.a proconsulibus.ibi Prębeat opinionis exemplum.C.de appel.c.cum personę. ibi ostendere, ac ad legendum integraliter exhibere.de priui.lib.6.l.si legatum.iuxta vnam lectu.gloss.& ibi Ias. num.11.in 4.not.ff.de eden.De editione actorum facienda habemus text.in l.2.C. de eden. & ibi omnes tractant de hac editione.quæ quidem
101 acta † omnibus edi debent,quorum interest. c.quoniam contra.ver.Et omnia sic conscripta partibus tribuantur. hoc tit. de proba.l.in fraudem.§.neque instrumenta, neque acta. arguendo a speciali.ff.de iu.fisci.& præalle.l.is apud quem. C. de eden.Bart.in l.1.§.editiones. nu.3.& Ias.nu.7.ff.eo.ac D.
102 meus hic nu.248.Et quòd acta † originalia dari non debeãt, sed remaneant penes notarium est tex.in alle.cap. quoniam contra.ibi, ita quòd originalia penes scriptores remaneant. subditur rõ,vt si difficultas emerserit, veritas declarari possit.Vltra Doct.in locis supra adductis idem concludit, hanc opi.communem affirmãs Io.de Ami.de Ven.cons.106.nu.7.

Alia quę vltra Abb.& cęteros in materia editionis tractari hic potuissent videre poteritis per D.meum hic.

REPETITIO
IN C. QVONIAM CONTRA. DE PROBATIONIB.

Celeberrimi I. V. C. D. Quintiliani Mandosij.

SVMMARIVM.

1 *Iudex iniquus,qui malè se habet in officio suo.*
2 *Aequitatem in iudice interpretamur iustitiam.*
3 *Iniquitas propriè in iudice,falsitas in teste.*
4 *Negatiua vera,& non vera datur in iure.*
5 *Contrariorum eadem est disciplina.*
6 *Negationis descriptio.*
7 *Negatiua triplex.*
8 *Negatiua facta indeterminata improbabilis secuudum nvturam.*
9 *Probatio per sensum corporis fit.*
10 *Testes asserentes negatiuam an criminaliter de falso puniri debeant?*
11 *Falsi probatio necessariò concludere debet, vt testes criminaliter puniri debeant.*
12 *Affirmatiuam oppositam negatiuæ probando,probatur ipsa negatiua.*
13 *Possidere non possunt duo insolidum.*
14 *Furiosum quem esse quomodo probetur?*
15 *Testes negatiuã probare possũt,quibus nõ est occulta opposita affirmatiua.*
16 *Scripturæ per inspectionem negatiua probari potest.*
Actorum ex reproductione, ac inspectione probatur libellum non porrectum, lite non contestata.
Viso libello,vita litis cotestatione,& similia verba nõ pbãt ea iterueniße.
17 *Bona nisi talia adesse siquis dicat,alter probare debebit adesse plura.*
18 *Inspectione probari potest negatiua sensui coniuncta.*
Oculorum per inspectionem probationi nunquam censetur derogatum.
19 *Coarctato loco,& tempore negatiua probari potest.*
20 *Exploratorum per relationem probari potest negatiua.*
Qualitatum magis conuenientium negatiuę,quam affirmatiuæ per probationem negatiua probatur.
Occidendi,vel vulnerandi animum quem nõ habuisse quomodo probetur?
Pauper quomodo quis probetur.
Idoneum quem non esse quomodo probetur?
Qualitatũ in affirmatiua requisitarũ defectu probato, negatiua probabit.
Accessus non tutus quomodo probandus?
Appellationem quem prosequi non potuiße probatio.
Mercator non dicitur,qui semel negociatus est.
Temporis propter breuitatem,sententia nulla.
Sententia perfunctoriè lata inualida.
Negatiuę iuris mixtæ facto exemplum.
Infantis legitimatio per comitem palatinum, si de infantibus in priuilegio non fiat mentio inualida erit.
Consuetudinem non adeße qualiter probatur?
Desuetudo per non actus an probetur?
Singulares per testes probari consuetudinem, & desuetudinem.
Singularitas testium super prædicamentis remissiuè.
Doctori asserenti consuetudinem eße,vel non esse an credatur?
Confessione probatur negatiua.
Fama publica probari potest negatiua.
21 *Fundanti se in negatiua probandi onus incumbit Ampliatur tribus modis.*
Qualitas etiam eius,quod negatur probanda est.
Reus in exceptionibus dicitur actor in quinque amplia.
Probatio generalis non releuat.
Probatio concludere debet per necesse.
22 *Exceptionem non numeratę pecuniæ opponẽti non incumbit onus probandi negatiuam.*
23 *Scripturam in ijs,quæ requirunt neganti non incumbit onus probandi.*
Scripturam requirentes plures sunt casus.
24 *Præsumptio si sit pro negante,negatiua probanda non est.*
Priuilegiatam personam sub regula, vel genere comprehendi.
25 *Negatiua ostendens actorem non habere legitimam personam standi in iudicio probanda non est.*
26 *Inuentarium si tutor non fecit audiri non debet.*
27 *Persona comparentis ante omnia legitimari debet.*
28 *Habilitates per beneficij poßessorem probanda.*
29 *Negans tantummodo intentionem actoris non probatam, nihil probare tenetur.*
30 *Notoria negatiua probari non debet,*
In notorijs iudex se ex officio informare potest.
Declaratoriam requiri etiam vbi pœna ipso iure imponitur.
Notorium allegari debet.
Notoria ex alijs allegare non oportet.
Rem non insitam a natura negans probare non tenetur.
Legitimum quem negans an probare debeat.
Appellatum esse infra decennium appellans probabit.
Notorio in crimine non requiri declaratoriam.

31 *Acta scribenda tam in ordinario iudicio, quam extraordinario.*
32 *Scriptura non requiritur in causis ciuilibus.*
Notarius quibusdam in locis,idem qui iudex.
33 *Notarius dicitur publica persona.*
34 *Notarius nulli partium suspectus esse debet.*
35 *Notarius requisitus recusare non potest instrumentum facere.*
36 *Indiuiduum vnum plura nomina habere potest.*
37 *Tabellio quare sic dictus?*
38 *Notario æquiparantur duo viri idonei ad scribenda acta deputati.*
39 *Duo viri ad scribenda acta deputati an iurare debeant.*
40 *Notarij pro actis scribendis electio ad iudicem spectat.*
41 *Papam obijsse,renunciasse vel depositum fuiße pauca sunt.*
42 *Suspitio emergens post litem contestatam allegari potest.*
43 *Acta originalia penes notarium esse debent.*
Notarius extra territorium creantis an instrumenta conficere possit?
44 *Originali,seu matrici standum.*
45 *Sententia diffinitiua an comprehendatur in hoc c.quoniam contra.*
46 *Conclusio in causa,& sententia æquiparantur.*
47 *Processu regulari sententiam.*
Et cętera verba omnia comprehendunt.
48 *Constitutionis transgressor non incurrit in pœnam,si finis non violatur.*
49 *Ieiunij transgressio quando non inducat peccatum mortale?*
50 *Præceptiuè si lex loquatur parendum est.*
51 *Delegatum iudicium extraordinarium dici.*
52 *Iurisdictionem delegati extraordinariam dici.*
53 *Delegata iurisdictio odiosa.*
54 *Inquisitionis iudicium extraordinarium eße.*
55 *Extraordinarium dici,quod fit contra regulas iuris.*
56 *Denunciationis euangelicæ iudicium extraordinarium dici.*
57 *Officio iudicis quando proceditur,dicitur iudicium extraordinarium.*
58 *Inquisitionis via ex generali constitutione vbique procedi solet.*
59 *Scripturæ notarij in extraiudicialibus absque testibus non credi.*
60 *Actis iudicialibus absque testibus credi.*
61 *Intellectus ad l.donationibus,C.de dona.*
62 *Ratio generalior dicto illud declarat,& ampliat.*
63 *Ratio quando est scripta,ex ea ad quemlibet casum inferri potest.*
64 *Arbitria instar iudiciorum redacta sunt.*
Argumentum à iudicijs ad arbitria.
Processu etiam non apparente executoribus Apostolicis extraiudicialiter credi.
65 *Procuratoris constitutio apud acta absque testibus inualida est.*
66 *Substitutus procurator non differt a procuratore constituto.*
67 *Argumentum a procuratore constituto ad substitutum valet.*
68 *Mandatum superueniens lite pendente ratificationem gestorum inducit.*
69 *Substitutio superueniens ratificat gesta itius, qui vt substitutus comparuerat.*
70 *Sententia testes requirit.*
71 *Delegatio,& subdelegatio requirunt testes.*
72 *Præuenta iurisdictio dicitur per solam citationem.*
73 *Perpetuatur iurisdictio per citationem.*
74 *Delegati ad iurisdictionem perpetuandam an citatio, vel actus ante citationem sufficiat.*
75 *Citatio est fundamentum,seu basis iudicij.*
76 *Citatio requiritur in quolibet actu præiudiciali.*
77 *Sententia in fauorem absentis non citati non valet.*
78 *Sententia Papæ,vel Imperatoris citationem requirit.*
Citatio est de iure naturali,ac diuino.
Principis præsentia supplet defectus iuris positiui.
79 *Debitor stante pacto, absque citatione capi potest.*
80 *Criminali in causa sententia in fauorem non citati tenet.*
81 *Sententiam ad audiendam citatio requiritur pro forma,& solemnitate.*
82 *Citatio ad audiendam voluntatem vbi ius non sufficit pro sentẽtia ferẽda.*
83 *Sententia vigore citationis ad audiendam voluntatem domini non valet.*
84 *Formula citationis ad sententiam pro Ro.Cu.*
85 *Aduersarius quis dicatur?*
86 *Sententia contra procuratorem ferenda.*
87 *Excommunicatus agere,& rescriptum impetrare non potest.*
88 *Cautio certum diem continere debet.*
89 *Horam an citatio continere debeat?*
90 *Citatio ad sententiam pro singulis diebus inualida est.*
91 *Instante parte quis citari,& sententia proferri debet.*
92 *Hoc dictio indiuiduum denotat.*
93 *Nuncio asserenti se verberatum a citato an credi debeat?*
94 *Nuncio an magis credatur super citatione,an parti neganti?*
95 *Nuncij officium vile.*
96 *Cursores in Ro,cu.habent officium honorabile.*
97 *Coquus principis in dignitate eße dicitur.*
98 *Citare etiam potest notarius.*
99 *Formula citationis in Ro.Cu.obtentæ extra eam exequendæ.*
Notarius non clericus, vel clericus non notarius an possit in partibus citationes exequi in Ro.cu.decretas?remissiuè.
100 *Formula executionis citationis per notarium in partibus factę.*
101 *Tenutam danti super bonis Titij creditur affirmanti alia esse bona Titij.*
102 *Bona nulla reperisse nuncio referenti,an credatur?*
103 *Mobilia non adesse quomodo probetur?*
104 *Nuncio referenti citatum sibi respondisse nolo venire an credatur?*
105 *Contumax verus non est vlterius citandus.*
106 *Contumax verus non appellat.*
Dilatio data a lege,vel statuto peremptoria est, ministerium iudicis non requirens.
107 *Dilatio quid sit?*
108 *Dilationum species.*
109 *Citatoria dilatio quæ?*
110 *Deliberatoriæ dilationes.*
111 *Reuocatoriæ dilationes.*
112 *Probatoriæ dilationes.*
113 *Feriales dilationes.*
114 *Appellandi dilatio decem dierum.*
115 *Apostolos ad petendos dilatio 30.dierum.*
116 *Prosecutoriæ dilationes.*
117 *Præceptoriæ dilationes.*
118 *Electoriæ dilationes.*
119 *Representatoriæ dilationes.*
120 *Exceptorię dilationes.*
121 *Dilationes ad partes an concedendę reis citatis in causis in Roma.cu. commissis?*
122 *Termini Ro.cu.sunt peremptorij.*
123 *Peremptoria citatio.*
124 *Delegati citatio rescripti copiam insertam non habens inualida erit.*
125 *Rescriptum est loco petitionis.*
126 *Peremptorium inducitur contra citatum ex illis verbis nisi compareat procedetur contra ipsum ad sententiam &c.*
127 *Dilationes ad partes conceduntur citatis in Ro.cu.*
128 *Romæ omnes indistinctè citantur.*
129 *Terminus ad articulandum est primus quatuor substantialium.*
130 *Procurator instructus mitti debet.*
131 *Procuratori citato super nouo iure dilationes ad partes concedi debent.*
Actoris,& rei eadem conditio eße debet.
Dilatio parti data,est communis alteri.
132 *Si neutri an inducat ius nouum,ita vt dilationes concedi debeant?*
133 *Si neutri gratia debet continere omnes expressiones,quas aliæ gratiæ.*
134 *Committenti causam venienti tertio in vim clausulæ omnesque alios, an dilationes concedendæ.*
135 *Reus voluntarius,qui venit ad causam in vim clausulæ rescripti omnisque alius.*
136 *Actori dilatio concedi non debet.*
137 *Actori an dilationes concedi debeant si cessionarius rei ad causam veniat?*
138 *Mutationis personæ causa,siue iudicis,sine litigatoris dantur nouę inducię.*
139 *Dilatio ad partes, vel expectatoria an in qualibet instantia concedi debeat?*
140 *Procuratori monito ad docendum se paruisse literis reseruationis pensionis an danda dilatio?*
141 *Dilationes an dari debeant citato ad dicẽdum contra iura producta,in termino non opponenti.*
142 *Terminus ad dicendum, seu opponendum contra iura producta excludit opponentem citatum, ne postea opponere possit.*
143 *Aduocati propter absentiam an sit danda dilatio?*
144 *Pendente dilatione an officium iudicis conquiescat?*
145 *Argumentum a bello ad iudicium,seu ad lites.*
146 *Induciæ sunt cessationes a bello intra certum tempus inter hostes pactæ.*
147 *Dilatione pendente quando iudicium non conquiescat.*
148 *Compulsoriales etiam dilatione data decernuntur.*
149 *Primum decretum requirit citationem peremptoriam.*
150 *Contumax in prima citatione punitur in expensis.*
151 *Contumax absque noua citatione mulctari non potest.*
Contumax a iudicij limine repellitur, quandiu expensas, & damna reficiat.
Aduocatus repetit litis expensas,quas fecisset si aduocatum conduxisset.
152 *Excommunicari an possit contumax absque noua citatione.*
153 *Contumacia propter quam quis excommunicandus sit duobus modis considerari potest.*
154 *Recusationes in scriptis porrigendæ.*
155 *Argumentum ab appellatione ad recusationem.*
156 *Delegatus propter suspitionem an possit in totum recusari?*
157 *Processus an post recusationem,& allegationem suspitionum sit ipso iure nullus?*
158 *Suspectum iudicẽ allegans,coram eodẽ postea litigans exceptioni renũciat.*
159 *Recusatio iudicis quando proponenda?*
160 *Argumentum ab ordine maxime attendi.*
Pars vna dispositionis alteram declarat.
Expressum vltra tacitum operari.
161 *Declaratoria fori ante alias exceptiones opponi debet.*
162 *Recusationis causę statim exprimi debent.*
163 *Actus primus iudiciarius in summarijs æquipollet litis contestationi.*
164 *Exceptiones an in scriptis proponi debeant?*
165 *Libellus in scriptis porrigi debet.*
166 *Exceptio qualiter accipiatur?*
167 *Recusatio quid sit?*

168 *Declinatoria exceptio ante recusationem opponi debet.*
169 *Recusatio iudicis supponit illum habere iurisdictionem.*
Recusatio pro rege Neapolitano, omnia eius oppida recusata censentur.
170 *Excipiens an fateri videatur?*
171 *Exceptio opposita an per processum ad vlteriora videatur reiecta?*
172 *Gabella non soluta, quòd instrumentum executioni non mandetur.*
173 *Petitio ad differat a libello?*
174 *Libellum continere debere claram actoris intentionem.*
175 *Clausula salutaris in libello.*
176 *Sententia debet esse conformis libello.*
177 *Libelli confectionem partem inuito iudice remittere non posse.*
178 *Litis contestatio qualiter fiat.*
179 *Lex vna ab altera declaratur.*
180 *Nego narrata prout narrantur verba, litis contestationem inducunt.*
181 *Litis contestationis, omissio processum vitiat.*
Lite non contestata ad diffinitiuam peruenirі non potest.
182 *Criminalibus in causis non est necessaria litis contestatio.*
183 *Beneficiarijs in causis non requiritur litis contestatio.*
Litis contestatio an requiratur in iudicijs possessorijs?
184 *Litis contestationis effectus.*
185 *Lis quando est contestata verè pendere dicitur.*
186 *Litis contestatio præcludit vias opponendi dilatorias.*
187 *Actio perpetuatur per litis contestationem.*
188 *Fructus quo ad lite contestata aduersarius constituitur in mala fide.*
Fructus deberi a tempore litis contestationis.
189 *Litis contestatio constituit in mora.*
190 *Præscriptio interrumpitur per litis contestationem.*
191 *Contestata lis habetur, si reus faciat ne contestetur.*
192 *Positio quid sit?*
193 *Positiones an a lege, an a consuetudine in mente fuerint?*
194 *Interrogationes, & positiones differunt.*
195 *Interrogatoria producuntur contra testes.*
196 *Articuli differunt ab interrogatorijs, interrogationibus, ac positionibus.*
197 *Articulus quis dicatur,*
198 *Positionum, & articulorum formula.*
199 *Citra onus superfluę probationis verba, quid operentur?*
200 *Capitulum positiones, & articulos continet.*
201 *Tacere non est confiteri.*
202 *Tacens in onerosis pro contradicente habetur.*
203 *Non esse, & esse & non apparere paria sunt.*
204 *Positionibus non respondens pro confessio habetur.*
205 *Contumax in non respondendo an pro confesso habendus?*
206 *Confessio deliberata an reuocari possit?*
207 *Confessionem principalis per procuratorem reuocari posse.*
208 *Procurator generalis potest ex causa quæ a principali sunt specialiter pro uisa immutare.*
209 *Testium circa depositionem qui sit ordo iudiciarius Ro.cu.*
210 *Formula citationis ad dicendum contra articulos, & videdũ iurare testes.*
211 *Citanda est pars ad dicendum contra articulos.*
212 *Perductio ante citationem ad dicendum contra, non releuat.*
Termino ad dicendum contra pendente an aliquid fieri possit.
113 *Articuli quando facto dantur.*
214 *Citanda pars ad videndum articulos admitti.*
215 *Articuli qui admittendi?*
Positionem iuris non esse admittendam.
216 *Citanda est pars ad videndum iurare testes.*
Manus dicitur organus organorum.
217 *Testes citandi stilus, futilis.*
218 *Testis rogatus se examini subijciens, non reddit se suspectum.*
219 *Testes cogi possunt vt se examini subijciant.*
220 *Committi notario receptionem iuramentorum verba quare apponantur?*
221 *Testium iuramenta an notorio demandari possint?*
222 *Egregiarum, & impeditarum personarum iuramentum committitur.*
Doctor dicitur egregia persona.
Committi potest notario receptio iurium, & actorum.
223 *Testes in iudicio iurare debent.*
224 *Comparere debet citatus in loco solito ad ius reddendum.*
225 *Hora solita comparere debet citatus simpliciter.*
Singulis horis ad videndum iurare testes citatio non valet.
226 *Interrogatoria ad producendum an pars citanda sit?*
227 *Stilus Ro.cu. pro lege habendus.*
228 *Materia qualiter accipiatur.*
229 *Specificatio articulorum quę?*
220 *Articulis super quibus testes recipi possunt.*
231 *Instrumenta produci possunt ante conclusionem in causa.*
232 *Productio instrumentorum an contra notario fieri possit?*
233 *Productio iurium in sacculo admittitur.*
234 *Interlocutoria sine scriptura proferri potest.*
235 *Sententia diffinitiua in rem transit iudicatam, nisi infra dicendũ appelleť.*
236 *Appellari debet infra decem dies ab interlocutoria.*
237 *Interlocutoria quo ad iudicem non transit in rem iudicatam.*
238 *Appellari potest in continenti ą diffinitiua absque scriptura.*
239 *Appellandum ab interlocutoria semper in scriptis.*
240 *Conclusio in causa præclusam esse viam probationibus in facto, & in iure.*
241 *Iuris allegationes nunquam ante sententiam excluduntur.*
Post conclusionem in causa iudex in multis causis procedere potest.
242 *Locus instrumentis poni debet.*
246 *Tempus in actis, seu instrumentis apponi debet.*
244 *Negligentia iudicis qualiter puniatur?*
245 *Pœna an debeatur in foro conscientiæ?*
246 *Pœnas legales tripli, vel quadrupli in foro conscientiæ non deberi.*
247 *Præsumendum an sit pro sententiæ iustitia.*
248 *Sententia nisi habeat solemnem processum, non habet se præsumptionem.*

Voniam contra. Abba. & cæteri huius decretalis materiam vtilem, ac in praxi celeberrimam affirmât. Ego vltra omnes praxim iudiciariã, præsertim Ro.cu. proprijs in locis patefaciam: eamque iuribus, rationibus, ac authoritatibus (quod hactenus a nemine factum vidi, minusque audiui) comprobabo. Et si Eneus Flauius scriba, libertini cuiusdam filius, qui Romanis ciuibus actiones nonnullas ab Appio Claudio ad formam redactas (si Pomponio Iurecon. originem Iuris narranti credimus) subreptas tradidit, tanto in honore habitus fuit, vt & senatoria dignitate dotatus fuerit. Non me vos omnes nobilissimi, ac pręclari Auditores munus gratum existimare debebitis, si ego Romanus omnem ferè praxim iudiciarium, maximè Romanam, plerisque etiam Romanis, non solum exteris incognitam, vobis breui sermone explanem, ac aperiam.

Diuiditur hic tex. per Abb. quem omnes sequuntur in tres partes. In prima ponitur constitutionis causa. in 2. quæ est ibi statuimus, ipsa constitutio. In. 3. ibi Iudex autem pœna infligitur.

Summatur tex. noster per Abb. & alios hoc modo, iudex debet habere notarium, vel duos viros idoneos, qui acta iudicij scribant: alias si quid difficultatis emerserit per superiorem punitur: nec ei super processu credetur, nisi in quantum per acta, vel aliàs per legitima documenta constabit. Bero. hic pluribus ex partibus impugnat hoc summarium: primo propter illa verba summarij videlicet Iudex debet habere notariũ, vel duos viros &c. dicit ipse electio esset iudicis in assumẽdo notariũ, vel duos viros. In alternatiua enim canonis, electio est iudicis. c.a crapula. & ibi glo. vlt. & Abb. de vi. & hone. cleri. Abb. in c. per vestras. col. vlti. de dona. inter vi. & vxo. Quod quidem falsum esset, quia cogitur pręcisè notarium adhibere: duos verò viros in subsidium, & sic in defectum notarij, vt dicit expresè velle tex. Et similẽ text. habemus in c. vt officiũ. vers. Verũ quia. ibi, per publicam si commode potestis habere personam: aut per duos viros idoneos de hæreti. lib. 6. Hæc impugnatio Beroi, licet subtilis videatur, facilè tolli potest. Summarium enim præmissum non discrepat a tex. vt enim videre est litera ipsa alternatiuè posita est: Vnde oppositio huiusmodi contra tex. fieri debebat, nõ contra summarium, verba tex. continens: Sed dato, ꝙ oppositio Beroi tenderet contra præmissum summarium, vt illud mancum, seu diminutũ supponeret, ad hoc respõderi posset, ꝙ summarium non debet omnia verba text. continere, tunc enim non esset summariũ, quod epitomen elegantius vocamus, breuiarium, vel compendiũ, a verbo greco ἐπιτέμνω idest abbreuio. si quis autem dubitet super ijs, quæ omissa putat in summario, ad ipsum text. recurrat, qui cũ sit clarus quo ad assumptionem notarij, & in eius defectum duorum virorũ idoneorum, & nemo super hoc dubitare posset, alia verba non requirebãtur. Secũda oppositio eiusdẽ Bero. est, ꝙ in fi. summarij dr, Per acta, vel legitima documenta. In text. verò nostro solũ fiat mentio de legitimis documẽtis, non autẽ de actis. Dicit postea, ꝙ infra tractabit an sub legitimis documẽtis venãt acta. Tenẽdo ꝙ veniãt, quod ẽt nos suo loco ostẽdemus, respõderi põt, ꝙ ad maiorem declarationẽ fuit facta mẽtio ẽt de actis in summario, qd quidẽ nõ incõuenit. Vltimo opponit idem ꝯ eandẽ epitomẽ, ꝙ in ea nihil dicatur de eo, super quo hic principaliter tractatur, videlicet ꝙ pro processu iudicis non sit præsumendum Respondeo, quòd id vel in summario exprimitur, vel supponitur ex illis verbis, Nec ei super processu credetur, nisi &c. si nõ creditur iudici super processu, nisi consisto &c. ergo præsumptio non erit pro iudice, illiusque processu. Sequitur, ꝙ summarium præmissum Abb. & sequacium subsistit. Illud vero, quod subijcit idẽ Bero. tanquam plenius, & melius: quo ad substantiam idem est cum premisso: verum illud non summarium (quod compendium quoddam, vt præmisi esse debet (sed quasi verborum nostri tex. transplantatio, seu immutatio, vel conuersio videri debet. Super ijs satis ne tempus conteramus.

Facti

Facti specié ponit Bernar. quã inuenietis apud Abb. hic. Ex glo. in ver. citationes colligi potest vna ratio dubitandi, rursus & decidendi. Alias rationes & dubitandi, & decidendi referam in voce.

1 Noto primo cum Abb. & alijs hic, ꝙ iudex dicitur † iniquus cum male se habet in suo officio, quippe qui vti debeat equitate. c. 1. 4. q. 4. ibi, iudices autem debent vti equitate. Et quòd equitatem ante oculos iudex habere debeat dicit tex. in l. quod si Ephesi. ff. de eo, quod cert. loco. Et scribitur Daniel. cap. 13. in princ. Quia egressa est iniquitas de Babilone a senioribus iudicibus, qui videbantur regere populum. Leuiti. cap. 19. Aequum iudicium sit inter vos. Aequissimus in corrupteque seueritatis fuisse fertur Rhadamantus, de quo meminit Aristo. Ethico. lib. 5. cap. 5. Hinc prouerbium Rhadamanteo pollere iudicio. Similes illi Minos, quem Homerus nõ casu Iouis familiarem vocat. Aeacus item, quem idẽ Homerus Iouis filium affirmat Bocchius Rex Assiriorum, ac Bias prienensis, vnus ex septem Gratiæ sapientibus. Hos omnes æquauit, (& si fas est dicere superauit (ętate nostra integerrimus, ac æquissimus Laurentius Corbolus serenissimi, ac iustitiæ exẽplaris Magni Ducis Etruriæ familiaris intimus: & in hoc fęlicissimo Tusciæ Regno scelestorum omnium extirpator. Aequitatem † iudice interpretamur idest
2 iustitiam, prout accipimus vbi supra, & in l. 1. ibi Aequũ, ab iniquo separantes. ff. de iust. & iur. & in Authen. iusiuran. qd præsta. vers. Et æquus in causis vtrique parti, & in publicis disciplinis ero: nullique parti citra quam iustum est præstabo: sed exequar vniuersa delicta: & omnem æquitatem seruabo: Et sic vbi supra æquum, & iustum pro eodẽ accipitur, & consequenter in iustum, seu iniquum pro opposito æqui prout etiam per D. meũ hic in 5. not. Et dũ Ioã. And. & mo-
3 derni hic dicunt, quod propriè † iniquitas dicitur esse in iudice, ac falsitas in teste iuxta præceptum Decalogi Exo. 20. Nõ loqueris cõtra proximũ tuũ falsum testimoniũ. ac Deutero. cap. 5. & prouerbio. cap. 6. sed sunt, quæ odit Dñs Testẽ fallacem &c. Matthęi c. 26. Nouissimè autem venerunt duo falsi testes. l. 1. ff. ad leg. corn. de falsis. Ex quo inferunt Doct. ad praxim, vt sciatur quomodo opponendum, vel procedẽdum sit contra iudicem: & quomodo contra testem. Aduertendum est ad distinctionem Beroi, quòd in iudice, tanquam iudice cadit semper iniquitas, seu iniustitia: in eodem verò tanquam priuato cadit falsitas ponderando ad hoc text. nostrum. Pro hac distinctione adduco illud M. Tullij in oratione pro P. Quintio, quam æquum inquit &c. & Daniel. præalle. cap. 13. circ. princ. Quia egressa est iniquitas à Babilone a senioribus iudicibus, qui videbantur regere populum. pro altero membro distinctionis adduci potest id, quod postea sequitur in eo. cap. 13. Et dixerunt presbyteri, Cum de ambularemus. &c. iterum consurrexerunt aduersus duos presbyteros &c. vbi illi duo iudices se in testes ingerentes falsarij pronũciati fuere: & vt tales vltimo supplicio traditi: Nõnunquam etiam testes iniqui, vel iniusti appellantur. prout Psalm. 26. surrexerunt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas. Sic contra testes æqui nuncupantur. Marcus Tullius in trunca oratione pro M. Fonteio. Nimirum illud, in quo ea quæ dicuntur a testibus, quanta animi æquitate: quanto pudore &c. Et vtrunque probari potest ex cap. 12. prouerbio. Qui quod nouit loquitur iudex iustitiæ est: qui autem mentitur testis est fraudulentus.

Noto secundo ibi. Veram negatiuam secundum Abb. &
4 cæteros hic, quòd sicut datur in iure vera negatio, † ita dari debet negatio non vera. Contrariorum enim eadem est di-
5 sciplina † Aristo. 2. Topico. in 2. & in 24. locis, cum duobus sequen. Et probatur ex tex. in l. 1. post prin. ff. de ijs, qui sunt sui, vel alie. iur. & Institutio. eo. §. 1. ac Insti. de tute. post prin. est tex. in l. penul. in fi. iun glo. vlt. ff. qui satis. cogan. voluerunt Lap. Alleg. 54. factum super. nu. 5. Bal. in l. errorem ante num. 3. C. de testa. vbi etiam, ꝙ contrariorum eadem est regula probandi. Dicimus etiam contrariorum eandem esse dispositionem. l. penul. C. de solutio. l. vlt. C. de fruct. & li. expen. Et dixit Plato. Dialog. 7. de legib. ser. sine ridiculis, & omnino sine contrarijs cõtraria cognoscere impossibile esse. Et dixit Bal. in alle. l. j. ff. de ijs, qui sunt sui, vel alie. iur. ꝙ qui cognoscit vnum ꝯriorũ cognoscit & reliquum: & qui nescit vnũ, nescit & reliquum. Qualis aũt sit ista negatiua non vera, nemo hactenus (mea quidẽ sententia) iuxta terminos nostri text. plenè declarauit. Verum si vltra procedamus, poterimus etiam subtilius insistere, & hoc notabile penè euertere, si dicamus si datur in iure vera negatio, ergo & negatio falsa: veri enim contrarium, seu oppositum est falsum: in terminis autem nostris quomodo considerari poterit negatio vera ad differentiam negationis non verę, seu falsę? si enim per terminos rectos progrediamur, sicut vera affirmatio illa dicitur, quæ enunciat rẽ, quæ est esse: falsa verò affirmans qd non est esse, sic vera negatio dicetur, quę quod non est, non esse proponit puta nullus lapis animus est: falsa verò negatio, quæ quod est non esse contendit: puta si quis dicat, nullus homo animal est. vt docet Aristo. lib. 1. de Interpretatio. inquiens. Quoniam autem est enunciare, & quod est, nõ esse: & quod non est esse &c. & ibi declarant Boet. & alij. Propterea supponendum esse puto, ꝙ conditor huius canonis, qui fuit Inno. III. maximus iurista, ac scientijs fulgens dum expressit negationem veram, veram acceperit pro simplici, pura, ac propria, & sic cadere potest interpretatio Host. de qua hic per Abb. & omnis alia, dummodo persistamus (vt præmisi) in pura, simplici, naturali, ac mera negatiua, quę quidem sic definitur per Philosophum prealle. libro 1. de Interpreta.
6 Negatio † est enũciatio alicuius ab aliquo, vt si dicamus homo lapis non est, lapidem ab homine defungimus. Vel cum Bal. in l. actor col. 2. C. de proba. dicemus, Negatiua est entis negatio: affirmatiua verò entis propositio. Vt distinctè super hac materia negatiuæ procedamus, quæ latissima est, ac difficilis, & a Doctoribus varijs in locis variè tractata, omissis alijs distinctionibus, quãtum ad rem nostram attinet, tripli-
7 cem † dicimus esse negatiuam, quędam enim est facti, de qua in tex. nostro: quædam iuris: quædam formę, seu qualitatis. iuxta glo. in l. 2. ver. Vt autem hæc plenè videas. ff. de proba. in c. vlt. versi. Et de secunda regula. 6. quæst. 5. vbi ponuntur exempla omnium membrorum dictę distinctionis. Idem volunt, & sic declarant glo. in c. bonæ. 1. de electio. & Specu. in titu. de probatio. §. 1. Negatiua iuris est illa, de qua in l. cum pater. §. rogo. cum glo. in versi. non offenderint. ff. de lega. 2. & per glo. in l. 2. ff. de proba. Et super negatiua iuris non debent testes admitti, vt per Bar. in l. 1. ff. si cer. peta. argu. tex. in l. ornamentorum. ff. de aur. & argen. lega. Subdit Barto. quod cum ius sit certum non indiget probatione. l. 2. ff. de iu. & fa. igno. Negatiua qualitatis aliqua est intrinseca naturalis, puta Tu non es sanę mentis, de qua in l. nec codicillis. & ibi gl. vlt. C. de codicil. Aliqua verò est extrinseca, puta aliquem non esse doctorem: non esse notorium: non esse clericum. Tales qualitates extrinsecæ sunt nec cum persona nascũtur. Inno. in c. super his. ad fi. de accusa. sequitur Abb. in c. bonæ.
8 1. col. 1. de electio. Negatiua † facti indeterminata, & sic nullo loci, vel temporis termino coharctata, seu negatiua pura improbabilis est per rerum naturam, hoc est per causam naturalem, vt in text. nostro. & in l. actor. C. de proba. l. asseueratio. C. de non num. pecu. c. vlt. 9. quæst. 5. cum ecclesia Sutrina. de cau. pos. & propr. in alle. c. bonæ. 1. de electio. & in c. super hoc. ver. Porrò licet negantis factũ. de renun. Ratio est
9 quia † probatio per sensum corporis fit. l. testiũ. C. de testib. c. testes. 3. q. 9. & per D. meum Phi. Dec. consi. 171. Viso processu. num. 3. At negatiua non se offert sensui. & vt dicit hic Anto. de But. non habet quid palpabile, quod cedat censui. Iuxta sententiam autem philosophi Quod est impossibile in sensu, est etiam impossibile in intellectu. pro vera decisione totius huius materię duę regulę constituendæ erunt, vna est quòd negatiua (vt probaui) de sui natura improbabilis sit. Altera quòd fundanti se super negatiua, quæcunque illa sit illam probandi onus incumbat.

Regula prima, quòd negatiua improbabilis sit, ampliatur a nonnullis, vt non solum probatio reijciẽda sit, immo testes
10 † illam asserentes tanquam periuri de falso puniri possint criminaliter. Inno. & alij in c. cum ecclesia sutrina. de cau. pos. & propri. Bar. in l. 1. §. hoc interdicto. ff. de itin. actuque priua. & in l. 1. ff. si quis ius dicen. nõ obtem. Bal. in l. cum hi. §. 1. ff. de transa. Ang. & Fulgo. in l. pen. §. docere. ff. nè quis eum, qui in ius voca. Ange. in l. Lucius. ad fi. ff. de his, qui notan. infa. Et monet Ange. quòd testis caueat tanquam ab igne ne deponet super negatiua non coarctata loco, & tẽpore, quia incidit in falsum. ad quod citat etiam Inn. in alle. c. cum ecclesia Sutrina. Idem Ange. in l. Lucius. ad fi. ff. de his, qui notan. infa. & in l. plagij. C. ad leg. Flau. de plagia. Alex. consi. 65. col. 3. libro 1. Cur. sen. consi. 56. in processu. col. 9. Rip. in alle. c. cum ecclesia Sutrina. nume. 58. Videatur omnino Catel. Cot. in suis Memoria. in versi. Testis cauere debet tanquã ab igne. & Aegid. Boss. practi. Crimi. tit. de Defen. rei. Contrariũ puto.

verius,

verius, quòd immo de falso criminaliter puniri non possit, vt senserunt Bald.in cap.si quis per triginta.si de feu.contra. inter domi. & agn. Idem Bald. & Abb. in alleg.cap. cum ecclesia Sutrina.& voluerunt Alexan.& Ias.num.13.in l.1.ff.si quis ius dicen.non obtempe.Ratio est, quia vt quis de falso
11 † criminaliter puniri possit, requiritur, quòd probatio falsi necessario concludat.ad nota.per glo.in ver.approbatur. in l.iurisgentium.§.quod ferè.& ibi Bald. ff.de pact.idem Bald. in l.Imperator.ff.de stat.homi. Salyc.in l.de tutela. C. de in integ.restitu.mino. Alexan. consil.70. viso processu inquisitionis.ante num.2.lib.1.Ias.in alleg.l.1.num.14. ff.si quis ius dicen.non obtemp.

Præmissa regula vera, & firma erit in negatiua vaga, seu in probatione directa, & non necessario concludente: vt in negatiua coarctata,vel in probatione indirecta,aut iuris præsumptione concludente, plures modi probandi per Docto. dãtur,quorum octo recenset Ioan.Franc.Rip.in dicto c.cum ecclesia Sutrina. de cau. possef.& propri.num.20.& sequen. quos quia valde vtile sunt sigillatim reassumemus, nonnullos alios addentes,quorum primus est, vt probetur oppositа
12 † affirmatiua,vt per Abb. in dicto cap.cum ecclesia Sutrina.nu.28.ibi,nisi deponat super affirmatiua,ex qua sequuntur probationes actiue: exemplum subijcit, Dico Meuium non possedisse per triginta annos,quia per hoc tempus vidi Sempronium possidere, vnde satis videtur probata negatiua,videlicet Meuium non possedisse,ex præsumptione iuris:
13 cum duo insolidum eandem rem † possidere non possint eadem specie possidendi.l.3.§.ex contrario. ff.de aquiren.possef. l. duo insolidum.ff.de præcar. c. licet causam. & ibi Docto.de proba.

Verum aduertatis, quòd in exemplo Abb. maxima difficultas videtur probandi hanc affirmatiuam Semproniũ per illud tempus 30. annorum semper possedisse: taliter enim probatio facienda est,vt affirmatiua contraria necessario inducat negatiuam, & quòd non cadat aliqua conciliatio inter negatiuam,& affirmatiuam, vt vtraq; stare possit.iuxta tex. in §.item verborum.Instit.de verbo.oblig.ibi, ipso toto die. & ibi manifestissimis probationibus. & per ea, quæ voluit Alexan.consi.190.volum.6.Et si ad probandum inquisitum non fecisse homicidium testis deponat, tali hora, vel circa qua commissum fuit homicidium, inquisitus fuit alibi semper mecum, illa negatiua non probaretur. Corn.consil.179. colum.vltim.lib.3.& Aegid.Bellame.in praxi crimi.rubr.de defensio.reo.numero 27.qui postea dixit necesse esse,quòd deponat, quod idem eadem hora semper secũ fuit, & quòd nunquam recessit,& quòd recedere non potuisset, quin ipse vidisset.

Secundus modus probandi negatiuam erit, vt probetur
14 implicita affirmatiua, vt si volo probare quem † non esse sanæ mentis, probabo ꝙ dicebat verba vana,& ridiculosa, ipsiusq; personam non decentia: ex sermone enim furor probatur.l.is qui.§.1.& ibi Barto. ff.de tuto. & cura.dat. ab his. l.ob quæ vitia. ff. de ædil. edict. vel si percutiat aliquos passim,& absque aliqua causa.Alexan.consi.92. volum.5.dom. meus consi.489.in fin.vel lapides proijciat, & similia faciat, l.si cum dotem.§.si maritus.cum glo.in ver.ferendus.ff.solu. matr.Bart.in l.muto.ff.de acqui.hæred. Ange.in §.furiosus. Insti.qui da.tuto.poss.& in §.præterea.in fi.Insti.qui.non est permis.face.testa. Alex.consi.54.lib.1.

15 Tertius modus est,ꝙ † probetur negatiua per testes, quibus opposita affirmatiua verisimiliter non potest esse occulta: puta quis vult probare quem non esse de collegio nostro Pisano, probabit hoc per Doctores nostri collegij. ad text. iun.ijs, quæ notat ibi Barto. in l.nemini licere. §.non aliter. C.de aduo.diuer.iudi. Abb.Felyn. & alij in cap.tertio loco. hoc titu. Per testes,qui non sint de collegio, vel in eo collegio quotidie non conuersantes, & sic per extraneos similes probationes fieri non possunt,vt per Felyn. in alleg.c.tertio loco.colum.3.hoc titu.nostro. Per testes etiam testamentarios probari potest nihil alicui in testamento relictum fuisse.Barto.& Bal.in l. vlti.versi.alij dicunt etiam per testes. C. de reb.credi.Rip.in alleg.c.cum ecclesia Sutrina.nu.21.in 3. modo.Pau. Castren.consi.2.citato per Alex.in addi.ad Bar. in d.l.vlt.C.de reb.credi.

16 Quartus modus erit per inspectionem scripturæ,†exemplum ponunt in l.Titiæ textores.ff.de lega.1.& ibi Bar.in 2. not.num.2.& ibi Alex. & Ias. vbi quòd si quis negat alij esse legatum,id probari poterit ex inspectione scripturæ, in qua quidem non continetur illud legatum. Et idem dixit Barto. in præalleg.l.vlti.in 1.not. C.de reb.credi. sic etiam per scripturam probatur aliquem non soluisse gabellam.Bal.in l.nõ iustum.C.de eden.glo.vlti.& Bald. C.de iu.dot.domi.meus consil.286.colum.1. Crauet.consil.38. colum.1.lib.1.Idem Dec.consi.175.& consi.256.Mathesil.sing.54.Non esse matriculatum,& sic non haberi quem pro scholari,vt scholaris priuilegijs gaudeat,vt est hic Pisis ex lege Ducali, vel etiam consuetudine.argumen.tex.in l.ex eo tempore. ff.de milita. testa.Barto.in præalleg.l.vlti.C.de reb.cred. Paris.consi.159. ad fin.volum.4.Non esse de collegio,prout per Bart.vbi supra.& in l.3.C.de agen.in reb.lib.12.In hanc sententiam adduco pulchrum tex.iuris diuini.2. Esdræ.cap.3. versus fi.vbi Neemias inquit,hi quæsierunt scripturam suam in censu, & non inuenerunt, & reiecti sunt de sacerdotio. De negatiua probanda per scripturam videantur Bal.in l.1. C.de exacto. tribut. Alexan.consi.55.num.24.volum.4.dom.meus. consil.424.483.& 561.num.8.Aymo.consi.138.nu.5.lib.1.Tho. Gramma.Dec.59.nu.16.Paris.consi.136.col.vlt.vol.4.Dec. Neapo.Afflict.324.agitur causa. nume.13. & Dec. Cassa.5. num.4.& seq.super reg.cancel.

Quintus modus a proximè posito non dissimilis est probandi negatiuam per inspectionem, seu repetitionem actorum: omne enim, quod in actis scriptum nõ est præsumitur non actum.l.vlti.C.de iu.& fact.igno. But.in l.2.C.de erro. aduo.Bald.in cap.ad nostram.de restitu.spolia. Alexan.consil.95.volum.4. in princi. Et probatur causam esse desertam ob non appellationem, vel non prosecutionem exactorum reproductione inducitur. c. in nostra. de proba. Ioan.And. ad Specu.titu.de senten.§.vt autem.Fely.hic num.55.& voluit Bald.in l.si contra. C.de appella. sic & libellum non esse porrectum: positiones, & citationes non esse factas per repetitionem actorum,illorumque inspectionem probari voluit dom.meus Philip.Dec.consil.483.prout etiam litem nõ esse contestatam.idem Dec.consi.303.colũ.1. & ante ipsum idem concludunt Abb.& Felyn.in cap.1. & in cap.inter cæteras. de fid.instrumen. Et hanc probationem in continenti fieri affirmat Alexan.consi.33. colum. vlti. lib.1. ac consi.2. colum.1.lib.3.Amplio etiam si in sentẽtia adessent illæ clausulæ apponi solitæ extra Roma. cu. passim, videlicet viso libello: visa litis contestatione,&c.non enim probatur illa interuenisse,vt voluit Fel.hic nu.57. Et hanc esse magis communem opin.affirmat Alexan.consi.42.volu.4.prout etiam in simili dicimus non sufficere in inquisitione scribi,fama,& legitimis indicijs præcedentibus, ijs remedijs nõ statur. Fulgo.consi.107.colum.2.Signo.de Homod. consi.156. colum. penult.Alexan.consi.180.colum.vlt.lib.2. ac consi.34.nu.1. & 138.num.12.volum.6.

Sextus modus traditus per glo.in l.cum de lege.ff.de proba.hic est. Dico in bonis defuncti non esse,nisi talia, & talia
17 bona,& † non plus, quod quidem probatur eo ipso, ꝙ contrarium videlicet plura bona adesse non probatur.per text. in l.vlti. §.licentia.C.de iure deliberan. & glo.prædictam sequitur Barto.in l.1.§.vsusfructus.versus fin. ff.ad leg.Falcid. ac super rub.ff.de nou.ope.nuncia.ac Bald.& Saly.in alleg.l. cum de lege.Ang.& vterque Imol.in l.mutum. & in l.necessarijs.ff.de acquiren.hæred. Imo. in l. cum ex causa. ff. de re iudi.Pau.Castren.in l.maritum.ff.solu.matrimo.Roma.consil.276.ad fin.Alexan.Ias.& Crot.in l.si constante.colum.13. & sequen.ff.solu.matri.Guid.Papæ dec.142.Alex.consi.55. consideratis.nu.6.lib.1.& consi.41.viso.nu.9.lib.3.Cur.sen. consi.27.colum.8.communem affirmans. Et hoc modo probatur principalem non esse soluendo. secundum Barto.in l. decem.ff.de verbo.oblig.& per alios supra citatos. sic etiam bona mariti non sufficere ad exactionem dotis.Bar.in alleg. l.si constante.col.1.ff.solu. matrimo. & alij supra relati idem affirmant. Et ꝙ in villa, seu castro tempore testamenti non fuerint reperti plures testes.Barto. in l.conficiuntur.§.codicilli.nume.4.versi.certè eo ipso,ꝙ quis dicit.ff.de iu.codicil. Et pro præmissis Ias.in dicta l.si constante.nume.121. & seq. Rip.in alleg.cap.cum ecclesia Sutrina.nume.23.& 84.de cau. possef.& proprie.Ruin.consi.39.lib.3.& consi.187.colum. 2. lib.1.hanc communem asserens.& consi.116. colũ.5. & 149. colum.vlti.lib.2.Soci.consi.104.ad fi.lib.3. dom.meus consil.496.num.12.Dec.Neapo.Afflict.377.Alcia.in 3.regu.25. præsumpt.Curt.sen.consi.27.colum.8.versic. sed contra. ac Curt.iun.consi.450. colum.5. Goza. consi.94.col.7. Aymo consi.218.col.1.lib.2.

Alter

Alter modus probandi talia bona adesse,& nõ plura erit, si hæres producat inuentarium, & non plus esse in hæreditate affirmet: ei enim credetur iuxta communem sententiã Docto.in alleg.l.vlt.§.licentia. C.de iu.delib.in authen.cum testator.C.ad leg.Falci.& in l.si constante.ff.solu.mat.Alex. consi.70.vol.4.ac consi.77.col.vlti.eo.lib.ac consi.16.in fin. vol.5.Curt.sen.præalleg.consi.27.Aimo consi.226.col.vlti. lib.2. ac Goza. consi. 94. col.7. Aduertite tamen, quòd allegari debebit præsumptio, quæ est pro inuentario. ad l. si adulterium cum incestu.§.idem Pollioni.ff.de adulte. & in l. cum quid.ff.si cer.peta.

18 Septimum modum tradunt † per inspectionem subiecti, cuius qualitas negatur,si negatiua sit sensui coniuncta, adeo quod cadat in sensum testis: puta si dicatur quis non habet oculos: non habet tegmen in capite: non est albus: seu hæc vestis non est alba,quia est nigra, vt dicit text.in l.pediculis. §.Neratius.ibi,Ex inspectu vasorum.ff.de aur.& argen.lega. per Innocen.in alleg.cap.cum ecclesia.de cau. poss.& propr. & ibidem Rip.nume.84.Ioan.And.& Abb.in cap.bonæ.super glo.in ver.præter numerum.de electio. Bald.in allega.l. vlti.C.de reb.credi.dominus meus hic num.69. Hanc materiam negatiuæ per aspectum pluribus modis amplio, & per exempla declaro. Negans vulnus esse lætale, id per peritos assumendos probare poterit:& per inspectionem ad text.in cap.significasti.2.de homici.per Abb.in cap.proposuisti.nume.11.hoc titu.de proba.per Ias.in repet. l.admonendi. nume.39.& sequen.ff.de iureiuran.Negans defunctum esse gladio interfectum: negãsq; in illius corpore apparere percussionem,instabit vt iudex mandet cadauer exhumari, illudq; medicis,vel alijs ostendat,vel ipse iudex inspiciat: & sic veritas apparebit: etiam post sententiam latam cõtra aliquem tanquam homicidam.iuxta text.in l. 1. §.si quis vltro. ff. de quæstio.Bald.in l.si quis testibus. versus fin. C.de testib. latè Roma.in l.si verò.§.de viro.in 4.fallen. nume.61. & sequen. ff.solu.matrimo.Ias.in dicta repet.l.admonendi. nu.40. Rui. consi.53.ex pluribus.ante nu.2.volum.5. Gramma. uot.24. Redemptoris gentium.num.7.& sequen.Quem non esse sanum per medicorum inspectionem, & relationem probari potest.l.semel. & ibi Bart. C.de re mili.lib.12.Virginem aliquam non esse probatur etiam aspectu, & opera matronarum.cap.causam matrimonij.in fin.& c.proposuisti. de proba.Lap.alleg.53. factum super quo nume.5. Et hanc probationem optimam esse affirmat Bald. in l.Deo nobis. num.7. versic.sed ponamus.C.de episco.& cleric. Prægnantem non esse mulierem,etiam inspectione obstetricum probatur. l.1. §.1.& §.de inspiciendo.ff.de ven.inspic. Negans mulierẽ idoneam ad viriles amplexus: & propterea matrimonium separandum sit,per matronas inspici faciat mulierem: verum hæc probatio non est adeo tuta, quin dubitari deinde possit iuxta tex.in cap. fraternitatis. de frigid. & malefi. Et probatio per inspectionem oculorum est adeo priuilegiata,vt nũquam ei derogatum censeatur.Bal.in l.contra negantem. ad fi.C.ad leg. Aquil.& in l.1.C.si aduer.liber. Cur.sen.cõsi.69. nu.6.Alcia.de præsumptio.reg.2.præsumptio.16. Hinc Horat.in Poeti.serius irritant animos demissa per aures, quàm quæ sunt oculis commissa fidelibus.

Octauus modus probandi negatiuam frequẽtissimus est,
19 vt testes deponant super negatiua perfectè † coarctata loco, & tempore.l.optimam.C.de contra. & commit.stipul. & ibi glo. communiter approbata. gl.in §.si verò absunt.in Auth. de hære.& Falci.cap.tertio loco. hoc tit.nostro. est optimus tex.ex quo elici potest praxis huiusmodi coarctationis.in §. item verborum. versi.nisi ijs, qui talibus vtitur improbis allegationibus,manifestissimis probationibus,vel per scripturam, vel per testes idoneos approbauerit ipso toto die quo conficiebatur instrumentum sese, vel aduersarium suum in alijs locis fuisse.& ibi Christo.Port.in vlti.not.Insti.de inut. stipu.Ad quod adduco etiam glo.in l. Pantonius.in ver. potest.ff.de acquiren.hæred.glo. in l.1. §. hoc interdicto. & ibi Barto.ff.de iti.actuq; priua.Bal.in l.1.C.de secun.tabu.Butr. & Bald.in l.actor. C.de proba.Floria.in l.2.ff.eod. Docto.in cap.cum ecclesia. de cau.poss.& proprie. & in cap.bonæ. de electio.& in cap.super literis.de accusa. Bart.in l.errores. C. de erro.aduo.Ea ratione quia vbicunq; negatiua sit coarctata æquè cadit in sensum testis,ac affirmatiua,& Alexan.consil.40.viso processu.num.2.versi. circa secundum volu.6.ac Ioan.Franc.Rip. post alios in præalleg. l. in illa stipulatione. in fin.ff.de verbo.oblig.domi.meus consi.424. ac Socin.iun. consi.12.num.22.lib.2. Testes deponentes non solum coarctare debẽt locum & tempus,sed & totum locum, & totum tempus, & concludere iuxta identitatem personarum iuxta præalleg.tex.in §.item verborum.ibi, toto ipso die.Instit.de verborum obliga.Et sic testis dicens, non interfui rixæ non probabit,sed debebit dicere toti rixæ.Aimo consi.2.in prin. libro 1.ac dominus meus Philippus Dec.consi.101. Cardin. Paris. consi.13. & 14. lib.3. Idem Paris.consil.164. idem firmans.volum.4.

20 Nonus modus sit per relationem † exploratorum,qui diligenter inquirere debent, & referre se tale quid non inuenisse,vt per glo.in Authẽ. de exhiben.reis. §. si verò non administrat.in ver.examinet.per Barto.& alios in l.in illa.ff.de verbo.oblig.Barto.in l.si quis ex argentarijs.§.an verò. ff.de eden.Ias.in l.si constante.num.120.ff.sol.matrimo. per Rip. in allega.c.cum ecclesia Sutrina.num.87.Et ꝙ negatiua probari possit per exploratores,quibus committitur, ꝙ faciant diligentiam de perquirendo,communem testatur Curt.iun. consi.106.num.10. Hic modus in aliquibus non est dissimilis septimo modo,quem præmisimus.circa hunc modũ probationis huius negatiuæ videri poterunt, quæ scripsi super regu.cancel.27. de non iudi.vx.for. suppli. ac supra 12. formula commission. literis repertis expeditis, illæ censeantur non expeditæ.

Decimus erit per probationem earum qualitatum, quæ magis conueniant negatiuæ, quàm affirmatiuæ, vt aliquem non habuisse animum occidendi probatur ex eo, ꝙ pugno, baculo, aliove leui, vel paruo, seu debili ligno percussit, vt per Docto.in l.1.§.diuus.ff.de sicar. per Bald.in l. sed si. §. si magister.ff.ad leg.Aquil.Pau.Castren.consi.277.col.3.lib.2. Quidam tempore Pauli III. interfecerat patruum senem, & venerabilem curialem, narrauit, ꝙ cum petiolo ligni, & absolutoriam obtinuit. In percutiente famulum funiculo,ꝙ non habuerit is animum illum vulnerandi concludit Alex. consi.75.lib.3.sic ex qualitate temporis. Alexan.consi. 136. colum.3.libro 2. Et ex eo,ꝙ ignis extrinsecus originem habuerit ædes conductoris culpa non esse combustas. Bald. in l.si creditor. C.de pigno.actio. Alex.consi.74.volum.6.Et si quis impræmeditatus casu fortuito in rixa superuenerit, ex animo non deliquisse probabitur.Aimo consi.309.ad fin.libro 2. Ad probandum, ꝙ aliquis testari non potuit, quia prohibitus ex clamoribus,ex suggestione,ex blandis verbis ex non admissione testium,ex metu reuerentiali. Dec.Neapol.69.ac consi.Paris.67.per totum. lib.3.

Vndecimus ad probandum aliquem non esse diuitẽ, immo esse pauperem, dicent testes eum non habere in bonis quinquaginta aureos: vel proprijs laboribus, & in sudore vultus sui viuere: propriam filiam dotare non posse: Non esse sufficientem ad soluendum debitum,de quo agitur: Incedere malè indutũ: Vel cessisse bonis: & ex alijs causis etiã arbitrio iudicis,vt per Imol.in l.si vero §. qui pro rei veritate.ff.qui satis. cogan. & in authen.preterea.C.vnde vir,& vt cor.vbi etiam D.meus & per Ias.in l.si constante. nu.144.ff. solu.matri.Sic & ex publica voce, & fama quis pauper probatur idem Dec.in l.1.nu.67.ff.si cer.peta.& Aimo. consi.2. Ex qualitate etiam oneris, & personæ quis pauper dicitur. Alex.consi.214.col.7.vol.6.Pauper etiã,vel non diues omnis dicetur vbicunque quis talis a iure communi habebitur Abb.in c.1.col.3.& Fely. nu.3.de accusa.per Docto.in cap. Odoardus.de solutio. Item ille, cui præfixus sit terminus ad exhibendum,seu manifestandum res suas,& in termino non exhibuerit,seu ostenderit. Paris.consil.109.Marti.de Fan.in tracta.de proban.negati.Qui etiam propter debitum se carcerari patitur,non diues, immo pauper existimabitur. Paris. consi.58.lib.1.Et qui non habet bona sufficientia pro victu, & vestitu pauper dicetur.Soci.consi.30.col.1.lib.1.Sequitur Aimo consi.199.col.1.libr. 1.Et qui semel pauper fuit semper pauper præsumitur.Alcia. in tracta præsumptio. Reg.3. præsumptio.27.

Duodecimus modus probandi quem nõ idoneum, adeo generalis est, vt nisi distinguamus de qua identitate loquamur,in incerto vagari contingat, si dicamus aliquem nõ esse idoneum facultatibus, id probabimus vt proximè ostendimus,& docet Alex.consi.109.col.vlt.vol.6.Si non idoneum probare velimus ob minorem ætatem: & sic vt impuberes a testimonio excludamus, præsertim in criminalibus, vt per Alex.consi.74.ad fi.vol.5.& per Paris.consi.163.col.2.vol.4. & a contrahendo, & negotia tractando toto tit. ff.de mino.

25.ann.

25.ann. & alibi sæpè. probabimus ætatem minorem vt latè ostendimus super 18.Regu.Cancel.dum circa probationem ætatis instetimus. Si ex alijs causis testem non idoneum dicam,probabo eum consanguineum, vel affinem aduersarij. c.1.3.quæst.5.c.absens 2.3.quæst.9. Amicum intimum. cap. quoties.de testib.Barba.consi.75.col.4.vol.4. Domesticum, seu cohabitantem.Specu.de Teste.§.opponitur.nu.11.& 18. Paris.consi.59. col.2.vol.4.Vel alias habentem qualitates:de quibus per glo. in c.2.de testib. Et in summa iuxta diuersas species idoneitatis,diuersæ probationes requirentur, & plenè inquam quando præsumptio adest, ꝙ quilibet præsumatur idoneus iuxta tex. in c.cum de scruti. ab ordi. faci. & ad alia,quæ adduxi supra in c.cum in iure.de offi. deleg.num.2. Aliquando verò non idoneus præsumetur, & indistinctè si simus in quantitatibus extrinsecis,quæ a natura non insunt, quo casu nemo pręsumitur idoneus,& alia probatio non requireretur,vt voluerunt Abb.& Fely.in c.vlt.de præsumpt. & Alcia.in eo.tract.regu.3.præsumptio.3.& 19. Hinc infertur,ꝙ si contra electum opponatur,ꝙ nõ sit idoneus, ex quo non sit clericus, nulla probatio huius negatiuæ requiretur, ex quo accipiens habet intẽtionem fundatam pro se: nemo enim clericus nascitur: & sic nõ idoneus præsumetur ad beneficium,ad quod electus fuit, vt voluit Inno.in c.super ijs. in fi.de accusa.sequitur Abb.in c.bonæ.1.col.pen.de elect.& in c.1.col.1.de lit.contest.Rip.in c.decernimus.nu.4. de iud. sic si negetur quis literatus,seu doctor,vel musicus.c.si fortè. cum glo.communiter approbata.in ver.scientiæ. de electio. Abb.in c.dudum.num.6. de præsump. & in alle.c.cum in iure.num.2.vers.sed hæc ratio.de offi.deleg.

Decimustertius modus probandi quamcunq; negatiuam dari potest per confessionem aduersarij.c.dilectus. ibi, Tum quia sine mandato Archiepiscopi, vt ipse confessus extitit, ad huiusmodi ordinationem inordinatè processit. de tẽpo. ordi.Ad idem etiam põderari potest idem tex. in illis verbis seq.iurando prius,ꝙ archiepiscopus id pręceperat,& postea ꝙ illud non mandauerat in iudicio confitendo. Et per confessionem episcopi, et ad effectum illum deponendi sumitur probatio negatiuæ videlicet illum non didicisse, nec legisse grammaticalia in c.vlt.de æta.& quali.præfi.ꝙ per cõfessionem negati vt probari possit est et tex.in c.1.de confes.lib.6. cum ibi not.voluit Anch.consi.70.subtiliter.nu.2.Bal.in l.2. C.de non num.pecu.& ibi addi.Barba.Abb.& Fel. sup rub. nostri tit.Aimo.consi.170. in prin.& Paris.cõs.75.col.1.lib.1.

Decimusquartus modus probãdi negatiuam erit per publicam vocem,& famam,quæ esset pro ipso negante.c.vlt.6. q.5.Rot.488.in causa.& in ijs,quæ sunt difficilis probationis a cõiter accidentibus admittitur probatio per publicam vocem,& famam,vt voluerunt Alex.consi.66.col.vlti.lib.3.ac consi.3.col.2.vol.6.& do.meus consi.37.ac cõsi.652.vbi negatiuam quem non viuere,quia difficilis est probationis per publicam vocem, & famam probari affirmat iuxta communem opin. Et idem Dec. consi.575. nu.7. affirmat cõem esse regulam,famam ad probationem sufficere in ijs,quæ difficilis sunt probationis a cõiter accedẽtibus. Et ꝙ obitus per famam probari possit, etiam qñ tractatur de commodo pecuniario,seu de hæreditate alicuius voluerunt glo.& Bart.in l. 2.§.sed si dubitetur.ff.quemadmo.testa. ape.idem in l. quoties.C.de naufra.lib.11.glo.in l.sed si de sua. ff.de acq.hære. glo.in c.quoniã frequenter.§.si verò.vt lit.non conte.Quod tamen ego limito si agatur de probanda morte alicuius a tẽpore valde longinquo,vt per Cyn.Angel.& Saly.in l.si quidem.C.solu.matri.ac Imo.in alleg.§.si dubitet.

Et generaliter,ꝙ in ijs,quæ sunt de antiquo,& sic difficilis probationis fama plenè probet,dumtamen testes sufficientẽ rationem reddant,voluerunt Host.in c.inter dilectos.col.4. & Abb.col.4.nu.6.de fi.instru.Spec.in titu.de proba.§.nunc dicamus.col.pen.vers.consilium ergo.Ioã.And.& Abb.in c. licet ex quadam.vterq;.col.1.de testib. Bal.in l. cõuenticula. col.5.vers.ex ijs infero,C.de epis.& cler.& in l.cum semper. C.de rei vindi. Alex.consi.109.nu.7.& cõsi.124.nu.4.lib.1. Alex.& Ias.in l.cum aliquis. C.de iu.delib.Marsi.singu.19.& in l.de minore.§.plurium.nu.72.ff.de quæstio.

Ratione item difficilis probationis per famam etiam probari potest quem non prius insultasse, sed alium.Alex.consil.24.col.vlti.lib.3.sic & damnum non esse tolerabile ex cõmuni vulgi opinione probari poterit.Paris.consi,38.colũ.2. lib.1.per publicam etiam vocem, & famam probari poterit quem non esse collectis subiectum.Aimo consi.111. colũ.4. lib.1.& consi.127.in fi.Alex.consi.36.in princ.lib.1.& consi. 24.col.1.lib.2.domi.meus consi.42.& 638.nu.7.quæ omnia maximè procedent ad transferendum onus probãdi in aduersarium,vt per Saly.in l.non epistolis.in fi.C.de probatio. Soc.consi.89.col.1.lib.1.Fel.in c.per tuas.col.2.de proba.D. meus consi.54.Afflic.dec.25.Quæ autem a cõiter accedentibus picantur difficilis probationis declarant Alex.cõsi.50. col.4.& consi.64.lib.1.col.2.ac consi.4.in fi. vol.5. & secundum diuersitatem factorum, seu casuum quid dici difficilis probationis ostendit Aimo consi.73.col.1.& consi.178.lib.1. Nonnulla etiam pro hoc modo probandi ponit Bero. hic nu.12.versi.addas alium casum.

Decimusquintus modus probandi negatiuam erit, ex ꝓbatione defectuum aliquarum qualitatum requisitarum in affirmatiua,vt in exemplo proximè dato in teste nõ idoneo, non habente qualitates requisitas in teste idoneo.iuxta tex. glo.& Docto.in c.2.de testib. Hinc ad effectum citationis vigore commissionis habentes clausulam, cũ potestate citandi etiam per edictum publicum constito summariè,& extraiudicialiter de non tuto accessu,de qua in mea 4.formula commissio.si pro subsistentia commissionis probandus sit nõ tutus accessus,hanc negatiuam probabo iuxta terminos.de.1. de iudi.extra.Bonifa. VIII. rem non nouam. de dolo,& cõtu.inter commu.& ad ea,quæ voluit Bart. in extra.ad reprimendum,in ver.per edictum.& Rot.692.ver. Et nota,ꝙ aliquoties.& vers.si autem petatur. in anti. Cassa.decis.1.nu.2. de appel. Inter alios modos probandi non tutum accessum, vnum ponit Paris. consi.28. col.1. volu.4. quia pestilens sit. Quid autẽ vigore dictæ clausulæ in rescripto contentæ probare debeant testes summariè examinandi pro citatione huiusmodi per edictum ob non tutum accessum decernenda, posui in 71.q.regu.de anna.nume.8. Et si locum non tutum probauerimus, probata erit negatiua aliquem non potuisse prosequi appellationem.Paris.consi.102.vol.4.quod etiam probabimus si extremam paupertatẽ,vel alias causas de quibus per Docto.in c.ex ratione.de appel.probauerimus.Et ꝙ dicens prosequi nõ potuisse appellationem probare debeat voluerunt Paris.consi.108.col.1.vol.4. & Aimo consil.140. lib.2. prout etiam dicẽs appellationem coram honesta persona interposuisse,ex quo non habuit iudicis copiam, hanc negatiuam probare tenetur.Aimo cons.240.lib.2.Sic & appellans lapso tempore dicens per se non stetisse, hæc probare debet Alex.cons.81.colum.2.lib.3.do.meus consi.677. in prin.sic mercatorem aliquem non esse probabimus ex eo,ꝙ semel tantum mercaturam exercuerit: vel semel negotiatus fuerit Bart.in l.legatis.ff.de lega.3.Gemin.in c.1. de cleri.nõ resid.lib.6.quę negatiua etiam probabitur si negotiatus fuerit alieno nomine,non suo.dom.meus cons.258.colum.1. & Aimo consi.100.in princ.sententiam,vel decretum non valere apparebit probato,ꝙ causæ cognitio non interuenerit. Paris.cõsi.42.colum.5.lib.1. vel ꝙ perfunctoriè adhibita sit, vt pulchrè dixit Bal.in l.quicunque.colum.2.C.de bon.quæ libe.sequitur Corn.cons.98.videtur prima.col.1.vers. secũdo videtur.lib.1.Barba.cons.123.scripsit Ecclesia.colum.12. vers.quinimmo,inter cons.Alex.vol.4.vbi etiam, ꝙ probata tpis breuitate decretum, vel sententia nullitatis vitio subiacebit, quod etiã voluit Ancha.consi.83. visis diligenter post nu.2.versi.ex qua temporis breuitate.Bald.in l.captatorias. col.2.versi. Modo circa.C.de testa.sequitur Alex.cons.218. visis verbis.col.2.lib.2.de quo Ias. in l.nequicquã.§. vbi decretum.col.12.ff.de offic.procons. Et sic releuatur ab onere probandi causæ cognitionem non interuenisse, quod probare debuisset.Paris.cons.79.in princ.lib.4.

Decimussextus modus erit probandi negatiuã iuris mixtam facto,probando causam ex qua resultet necessariò negatiua iuris: vt si probare voluero contractum non valere, probẽ causam, quia factum a minore non seruata forma statuti Romani.lib.4.cap.23.sub tit.de pact. & dona. non vale. ac in lib.reformatio.eo.titu.cap.19. prohibentium mulieres, vel masculos minores contrahere absque consensu consanguineorum, non seruata forma ibi data præsumendo iuramentum metu,aut dolo extortum: quod quidem per statutum fieri potest,vt per Bal.in auth.sacramẽta puberum.C.si aduer.vendi.Ancha.cons.330. visis num.9. ac Paris.cõsi.96. nu.102.lib. 1.sic etiam legitimationem infantis factam per comitem Palatinum nullam,& inualidã ostendemus, si probabimus factam vigore priuilegij, seu facultatis legitimãdi, nulla de infantibus mentione facta.iuxta communem opin.

quam

quam tenuerunt Bald.in l.iubemus.ad fi. C. de emanci.libe. Ancha.cons.241.ex tenore.num.3.& seq. Ange.& Fulgo.in l.2.per illum text.ff.de his, qui sunt sui, vel alien.iur.Barba. consi.34.præclarè.colũ.1.nu.2.hanc communem affirmans. do.meus cons.367.in princ. & alij per me relati in tracta. de æta.mino.c.3.dum de infantia tracto.nu.19.vbi etiam subijcio rationem pręcipuam,quæ pro hac cõi sententia adducit.

Decimusseptimus sit in probando consuetudinẽ non adesse, quod fiet si ostendemus diuersitatem actuũ, vt per do. meũ cons.176.nu.15.& cons.215.col.2. Item si contra affirmatiuam consuetudinem per longum tps, hoc est decenniũ saltem bis iudicatum fuerit,vt per Aimo.cõs.56.col.vlt.vel si contra eandem affirmatiuam cõsuetudinem per idem tps coram multitudine personarũ,ita vt ad notitiã maioris partis populi peruenerit factum,& obseruatũ sit.Itẽ si casus euenisset,ita faciendi iuxta consuetudinem affirmatiuã, & factũ non esset,cum esset petitum.Bal.in l.de quibus. col.24.vers. sed nunquid ex non actibus possit probari desuetudo,ita legendum puto, non aũt consuetudo, prout in lib.meo. ff.de legib. Et ꝙ ita legendum sit videtur posse colligi ex ijs, quæ statim subijcit: subijcit ẽt parum post,quia negligentia formæ in actib. exercitis est desuetudo.'de qua desuetudine habemus tex.in præalle.l.de quibus.in vltimis verbis.Pro premissa cõclusione adduco eundem Bal.& Ang.in l.male agit. C.de præscript.10.vel 20.ann.do.meum cons.402. col.pen. Aimo cons.241.nu.2.& cons.314.col.vlti.lib.2. Probatio ẽt non consuetudinis resultabit eo ipso,ꝙ probata fuerit cõtraria consuetudo, quæ tollit præcedentem iuxta cõem sententiam,de qua Cur.iun.cons.26.nu.2. & seq. Et probatio fieri põt per testes singulares tam consuetudinis, quàm desuetudinis,seu nõ consuetudinis.Spe.in tit.de testi.§.antepe.vers. quid si plures.Et hanc quæstionem mouet Bald.in alleg.l.de quibus.col.25.vers.sed an per testes singulares, & ibi plenè, & pulchrè discurrit super omnibus decẽ prędicamentis,subdens,ꝙ in quolibet prędicamento testis potest addere rationem entis,& non entis,applicans cõgrua exempla, quem sequitur Alex.plura circa testes singulares considerans consil. 141.aliàs pen.col.2.& seq.lib.1.qui ẽt amplè tractat de testibus singularibus.cons.72.eo.lib.1.Fely.in c.licet ex quadam de testib.& magis communem, & veram opin.affirmat Ioã. de Ami.de Vena.cons.1.nu.61. & 66. testes singulares probare consuetudinem si sint singulares in numero factorum; in tempore,& in personis.

Consuetudo aũt,& non consuetudo,seu desuetudo an ꝓbata dicat ex assertione Doctoris excellentis de illa attestãtis in suis operibus,varię fuerũt opiniones. Pro affirmatiua, ꝙ credat nisi ȝriũ probet cõcludit Bar.in repe.l.de qbus. nu.21.in 4.q.prin.ff.de legib.Bal.in c.cum dilectus. col.2.de consue.Raph.Cuma.cons.57.monasterium. in fi.& cõs.169. viso testamento.cir.medium. Alex.in l.inter stipulãtem. §.si Stichum.ff.de verb.oblig.Bartho.Cępol.cons.58.Paulus Faber.col.3.Calcan.consi.62.col.2.Lanfran.hic col.30.ver.rñsiones Barba.consi.8.col.9.lib.1.& consi.23.col.penul.lib.2. Soci.cons.67.col.8.& cons.118.col.1.lib.1. Gui.Papæ.decis. 139.ac cons.12.ex facti. post nu.6.vers. Et quæ consuetudo. & cons.18.super casu.post nu.8.vers. & quæ consuetudo nõ est probãda cum Doctor famosus de ea attestetur. do.meus Phil.Dec.in l.2.§.mutui datio.ff.si cer.pet.in 2.lectu.& consil.420.in fi.ac cons.540,559.691.col.2.& 694.col.1. quibus in locis hanc esse cõem opin.testatur, & Curt.iun.consil.60. nu.5.hanc tutiorẽ dicit, & magis cõem. Rip.respon.3.lib.3. Soci.iun.consil.60.lib.2.pro cõi attestans. Grat. respon.12. nu.59.lib.1. Negatiuam opin. ꝙ non credatur tenuerũt Bal. in l.si is qui.§.1.ff.de pigno.in l.cum quidã.§.quod dr.versus fi.ff.de acqui.hæred.in l.consentaneũ.col.pen.in 5.oppo.C. qũo & qñ iud.& in l.vlti.col.pen. C.de fideicõ. Imo.in l.1.§. nunciatio.col.3.ff.de no.ope.nun. Alex.in l.post dotẽ.ff.sol. matr.& cons.50.col.2.volu.5.Aret.cons.132.in causa.col.2. Corn.cons.83.circa primum.col.3.volu.4. Barba.consi.43. nu.17.lib.1.do.meus Phil.Dec.cons.472.nu.16.veriorẽ hãc dicens.Ias.in l.de quibus.col.penul.ff.de legib.Purpurat.in l. transigere.col.8.C.de transac.Ruin.consi.111.col.vlt.vol.5. Roc.in c.vlt.de consue.vers.quinto quęro an Doctori.Hyppo.de Marsi.singu.42.nu.41.& seq.& in praxi crimi. §.constante.vol.4.Bertran.cons.144.col.2. & consi.181. cõem affirmans.vol.3.Grat.de cõi attestans cons.4.col.5.lib.1. Maria.Soci.iun.cons.60.lib.2.Loffre.cons.42.colum.pen.Paris. cõem asserens.consi.25.nu.3.& seq.& cons.31. colũ.2.lib.1. ac cons.158.col.3.vol.4.Pro hac opin.negatiua Rota cõclusit nemine discrepante in causa Parmen. Vallium. 20. Iunij 1539.& prius eodem mense in Barchionen. hæreditatis. put Dec.Mohed.3.& 4.sub tit.de consue.quarũ vna incipit Barchionen.Hæreditatis,altera licet Bar.ratio,quæ multum me mouet,est quia Doctori non datur facultas asserendi ea,quę sunt facti,sed interpretandi iura.§.rñsa prudentum. Instit.de iure natu.gen.& ciui.Neminiq; credendum sit absq; iuro: & consuetudo est variabilis, & quod olim fuit põt hodie non esse. In vno casu ego defenderem priorem opin. & limitarẽ Rotæ Romanæ decretum, vt credatur Doctori excellẽti attestanti de stylo,seu cõsuetudine alicuius tribunalis, vel curiæ, in qua ipse diu versatus fuerit, ad effectus transferendi onus probandi in aduersarium, & vidi ad nõnullos aduocatos,ac procuratores Roma.cur.pro ijs,quæ stylum,& obseruantiam illius curiæ concernunt, illorumq; cognitione, ac declaratione,etiam in negotijs grauioribus tanquã ad Apollinis oraculum recurri.Et pro hac limitatione,ac declaratione adduco caute.35.de substit. illius de Gualdo.pro quibus etiam videatur Hispan.rubri.de donatio. inter vir.& vxo.§. Hodie tamen.de consuetudine.nu.1.

21 Altera regula erit, ꝙ † fundãti se in negatiua,seu illam alleganti onus probãdi incumbat,siue agat,siue excipiat. probatur per Inno.in c.proposuit. ad fi.de cleri.excom.mini.in c.super ijs.col.3.vers.sed quid dices.de accusa.& ibidem per Host.col.pen.ac Ioan.And.& Anto.de But.col.9. & Fel.nu. 16.est text.in l.si ita stipulatus.versi. Quòd si ab initio. ff.de verb.obli.Bart.in l.in illa stipulatione calendis.ves.vbicunq; negatio est causa intẽtionis,quam legit cum l.hoc iure.& ibi Alex.col.pen.& Ias.nu.14.qui opin.Bart.cõiter teneri affirmant.ff.eo.Bar.in l.actor.col.2.vers.nunc quæro. C. de proba.in l.si per alium.§.docere.nu.2.ibi,& sic vides, ꝙ actor ꝓbat negatiuam.ff.ne quis eum,qui in ius voca.est. in l. itẽ ait prætor.ff.ex qui.cau.maio.& in l.si quis consortium.& ibidẽ Ange.C.de fabrican.lib.11.c.1.& ibi per Gemin.in 3.not.de confes.lib.6.Bald.in l.ab eo.col.3. C.qũo, & qñ iud.& in l.2. col.10.C.de iu.emphy.'Albe.de Rosa.in l.2.ad fi.ff.de prob. Rot.in nou.444.ad fi.ac Bisigne.6.de præbẽ.in antiq. Cassa. dec.3.super reg.cancel.num.2.Anch.cons.254.super primo. nu.3.Corn.cons.123.& cons.340.nu.3. vers. licet sit negatiua,ꝙ decesserit.lib.1. Idem voluerunt Imo. in l.ex facto.§.si quis autem.col.pen.ff.ad Trebel.Tiraquel.de vt.retra.§.32. glo.1.nu.94.ac Aimo cons.2.col.vlt.lib.1.& cons.221.lib.2. Alex.consi.23.colum.1.consi.29.& 34. in princi.lib.2. consi.111.colum.1.127.col.2.& 132.col.2.vol.4.Abb.Lanfran. & do.meus hic.& idem Dec.cons.78.in fi.& 483.col.1.

Ampliatur siue sit negatiua facti,siue iuris. Inno.in alleg. c.super ijs.glo.Albe.de Rosa.nu.6.in l.ei incumbit.& Saly.in alleg.l.2.ff.de proba.Ias.in dicta l.in illa stipulatione. nu.14. versi.regula generalis est.ff.de verb.oblig.verum quoad negatiuam iuris, puta lex hoc non dicit in libro meo, videtur sufficere producere librum illum, vt per Fulg.in l.ab ea parte.ff.de proba.& inter cons.Alex.consi.55. Perspectis his.colum.16.vers.cum ergo non probatur.vol.4.

Amplio etiam ad negatiuam qualitatis, vt per glo.& Sal. in alleg.l.2.ff.de probat.per Ioan. And. in regula infamibus. in 2.oppo.1.par.de reg.iur.lib.6.& per Anto.de But.in alle. c.super his.col.10.vers.Et hæc vera.de accusa. Bart.in alleg. l.in illa.num.10.vers.Prędicta vera,siue sit negatiua qualitatis, siue facti.ff.de verb.obl.Bal.in l.decem.q.vlt.& ibi Alex. & Ias.ff.eo.intellige in negatiua qualitatis naturalis,non accidentalis,vt per Alber.in alleg.l.2.num.7. ff.de proba.& voluit Lanfran.hic nu.15.& Soc.iun.consi.7.col.2.lib.2.

Ampliant etiam si sit negatiua improbabilis.Gemi.in c.1. in 3.not.de confes.libro 6.Imo.in alleg.l.in illa stipulatione. col.pen.vers.& idẽ dicas si sit negatiua.Paris.cons.58.col.2. lib.3.& consi.138.col.1.vol.4. Intelligatis si negatiua sit improbabilis non impedimento naturæ, tunc enim impossibilis esset probatio: Impossibilium autem nulla est obligatio, l.impossibilium.cum vulga.ff.de reg.iur.

Amplio,vt regula hęc procedat siue actor neget,siue reus excipiens, in quibus exceptionibus efficitur actor. l.1. ff.de except. l.in exceptionibus. ff.de probatio. Aimo consi.201. num.30.lib.2.

Ampliatur vt negans,siue excipiens negationem,siue exceptionem suam in specie probare teneatur, non in genere; generalis enim,& vaga probatio non releuat.l.1.§.Labeo.ff. de flumi.l.Titiæ textores,vbi notat Ias.col.2.ff.de lega.1.c.in

pręsen-

præsentia.& ibi omnes,de probatio. Ang.consi.61.colum.1. do.meus cons.134.col.3.& cons.218.vbi limitat,& probatio vt releuet debet concludere per necesse,non per posset esse. l.non hoc.C.vnde legi.vbi Ias.ampliat,& limitat 11.modis, l.neq; natales.C.de proba. Bal.in l.ad probationē.post prin. C.eo.Lap.alleg.53.an oporteat.nu.2.& alleg.seq.vers.Et ꝓbatio vera,do.meus in alleg.c.in præsentia.nu.16.in 13.not. Cassan.cons.19.nume.20.

Fallit regula præmissa, ꝙ fundanti se in negatiua incūbat
22 onus probandi,in opponente † exceptionem non numeratę pecuniæ:licet enim is confessus fuisset se habuisse pecuniam mutuo,& postea infra biennium negasset illam recepisse, nō sibi super hac negatiua se fundanti probādi onus incumbit, sed mutuanti.gl.not.in l.in exceptionibus. in prin.ff.de probat.Bart.in alleg.l.in illa.col.2.vers. fallit in exceptione non numeratæ pecuniæ. & ibi Rom.col.4.ver.præterea si speciale est.& Ias.nu.15.in 1.fallen. Idem Ias. in l.qui pecuniam. in prin.ff.si cer.peta.Pau.Castren.in l.2.§.vlt.& ibi do.meus.ff. eo.& Doct.cōmuniter in c.si cautio.de fi.instru. Bal.in l.vlti. col.pen.C.commu.vtr.iudi.Angel.in l.ita stipulatus. §. Grisogonus.ff.de verb.obli.Alex.cons.143.in prin. vol.5.dom. meus cons.473.nu:24.ampliant, & sublimitant Fely.in alle. c.si cautio.ac Ias.in dicta l.qui pecuniam, apud ipsos videre poteritis,& per Rip.in c.1.de iudi.

23 Secundo fallit qñ id,quod negatur de necessitate † scriptu ram requirit, tunc enim negans non tenetur probare,vt voluerunt Inno.in alleg.c.super his.Ioan.And.col.4. Anto.de But.col.8.& Fely.col.pen.vers.sexta, & vltima conclusio.de accus.Abb.in c.sicut.col.vlt.vers.item videtur.de re iudi.idē Abb.in c.bonæ,1.col.pen.de elect.sequitur Alex.consi.219. ponderatis.post nu.25.vol.6.versi. Alio modo ēt rndeo. vbi hoc sublimitat si in contrarium adesset aliqua præsumptio. Idem Alex.cons.58. vol.4.Idq; in negante vasallum habere inuestituram (quod ad emphyteusim quoq; trahere possumus,ex eorum opinione,qui tenent contractū emphyteusis requirere scripturam)voluit do.meus consi.61.Et hæc secūda limitatio comprobatur ēt per Ias.in alleg. l.in illa stipulatione.nu.16.in 5.limit.ff.de verb.obli.per Gramma.dec.59. nu.18.vbi cōiter concludunt, ꝙ qñ excipitur contra electū; vel de beneficio prouisum,ꝙ non sit clericus : ꝙ absq; literis dimissorijs ab alieno episcopo ordinatus sit : vel ꝙ non esset subdiaconus,non ipso opponente,sed electo,vel prouiso ꝓbandi onus incumbit : ex quo iura dicunt in ijs casibus scripturam necessariam esse.c.legum.2.q.1.c.episcopus.61.dist. Quod etiam procedet in alijs casibus scripturā requirentib. quos enumerat glo.magistra in c.1.de censib.lib.6.cui addatis Spec.in tit.de instru.editio.§.restat. Bal.in l.gesta.C.de re iudi.& in l.quod bona fides.C.de pact.glo.& Doct.in c.ruſsus.qui cler.vel vouen.Ioan.de Imo.in c.cum in iure.de offi. deleg.Abb.in c.quia propter.nu.6.de elec. & in c.ex tenore. in prin.de concess.præbē.Alex.cons.50.col.2.vol.5. ac consi. 219.col.vlti.vol.6. Et quinq; casus post glo.ibi ponit Ias.in l. cum proponas.C.de pact.An aūt emphyteusis de qua supra requirat scripturam tractant glo. vbi Ias.nume.94. in l.1. C. de iu.emphy.Alexan.præalleg.consi.50.colum. 2. volu.5.ac Paris.consi.77.col.2.lib.3.

Quæ quidem limitatio sublimitari, & declarari potest,vt non procedat vbicunq; ex temporis diuturnitate, & continua possessione,vel quasi qs toleratus fuisset ea gerere, quæ non nisi ab habentibus ea,quæ requirunt scripturā fieri consueuere, vt volunt Doct.in c.illud.de præsumptio. Pau. Castren.consi.202.colum.2.lib.1.do.meus consi.135. colum.1. Aimo consi.93.col.1.lib.1.

24 Tertio limitatur nisi præsumptio, † ius commune,regula, aut aliquod aliud probabile argumētum,seu vniuersalis,vel indefinita dispositio, aut genus esset pro negante : quo casu negans,negatiuam probare nō tenetur.l.cum pater. §.rogo. ibi,non offenderit.ff.de lega.1.l.quicunq;.C.de apoc.publi. lib.10.notat gl.in ver.actore.in c.1.vt eccle.bene.& glo.magna in c.vlt.5.q.vlti.Habens pro se hæc generalia,dr habere intentionem suam fundatam,iuxta not.in l.omnis diffinitio. ff.de reg.iur.Bar.in l.quoties.ff.qui satisd.cog.Alex.cons.24. in prin.lib.1.cons.46.in fi.vol.4.consi.92.in fi.vol.4. & cons. 190.col.6.vol.6.ibem Bar.in alleg.l.in illa.nu.10.vers.predicta vera,nisi sit præsumptio iuris pro negante.& ibi Ias.in 3. fallen.Idem Bar.in l.actor.col.2.vers. Nunc quæro qñ.C.de proba.Rot.556.in antiq.& in no.478.Anto.de But.in c.vlt. col.pen.vers.quædam est negatiua alterius accidētis. de prę-

sumpt.Roc.Cur.in tract.iurispatro.in ver.honorificū. q.49. do.meus Phil.Dec.consi.517.ad fi.Paris.cōsi.28.col.3.vol.4. Maria.Soci.iun.cōs.261.col.2.lib.2.Alcia.de præsum.reg.3. in 20.præsump.Roffre.consi.32.col.7.Faciunt nota.per c.ad decimas. de restit.spol.per dom.meum consi.152. Et de negantibus etiam exemptis se subiectos legato a latere tractat Paris.cons.28.col.3.vol.4.

Amplio vt hæc limitatio nō procedat in negante,qui pro eo quod negauit habet verisimilitudinem pro se:puta in negante tpe pestis potuisse plures testes inuenire, vt id probare teneat. Corn.cons.289.col.pen.& vlt.lib.1. cons.174. col. pen.lib.2.Paris.cons.33.col.2. & consi.seq. ēt col.2.lib.2. Et adeo verisimilitudo operatur vt Bal. post Philosophū dixerit consi.180.mortuo filio.cir.medium.lib.3. quod verisimile non est, falsitatis habere imaginem, & verisimilitudinem pro lege habendam dixerunt Oldra. consi.13. cum quæstio. versus fin.& Aimo consi.75.accusator.nu.24.Pro ijs,& alijs de verisimilitudine videre poteritis quæ scripsi in præfatio. reg.cancel.de verisi.& pro argumento a verisimili videndus erit Euerar.in loco a verisimili.

Amplio secundo etiam si id, quod negatur aliàs sit priuilegiatum:non enim probare tenetur ēt priuilegiatum regula non esse comprehensum : regula enim,genusve quascunque personas,ēt priuilegiatas comprehendit. l.in fraudem.§.vlt. ff.de vulga.l.1.§.quod autem.ff.de mil.testa.l.1. §.quod aūt. ff.de aleæ vsu,& aleato.l.sine hęrede.§.Lucius.ff.de admi.ruto.c.constitutus.de in inte.resti. Alex.cons.49.col.2.lib.3.& consi.254.vol.6.Tiraq.de vt.retra.§.1.glo.16.num.45.

25 Quarto limitatur qñ negatiua † ostendit actorem non habere legitimam personam standi in iudicio,puta obijciē com parenti, ꝙ non habet mandatum, & sicut procurator audiri non debeat.Ang.Raph.Alex.& Ias.in l.in illa.ff.de verb.ob. Bar.& alij in l.1.C.de procu.& in l.si quis inficiatus.ff.depo. Bal.in l.non ignorat.C.qui accu.Alex.cons.72.vol.4. & in l. si cautio.C.de procu.Tiraq.de vt.retra.§.1.glo. 10.nu.93. & agens vt filius,se filium probare debet.Ant.de But.in c.peruenit.colum.2.qui fil.sint legi.sequitur do.meus cons.471.in
26 prin.Quid aūt si obijciatur tutori † agenti, ꝙ non fecerit inuentarium,& propterea non debeat audiri,an probare dēat ille,qui dicit tutorem non esse audiēdum, an verò ipse tutor se inuentarium confecisse ? Bar.in alleg.l.in illa.col.vlt. ff.de ver.obli.vr articulum hunc indecisum relinquere, & potius inclinare,ꝙ obijciens probet negatiuam. Contraria opin.est cōis,& verior,ꝙ immo ipse tutor probet,alioqui nō audiat : regula.n.est,tutorem,qui inuentarium non fecit non habere legitimam personam standi in iudicio.l.vlt.C.arbit.tute. At
27 in quocunq; iudicio,ꝙ ēt summario ante personā † comparentis legitimari debet.gl.in l.2.C.de edi.di.Adri.tol.& ibi Bar. col.vlt.Idem Bar.in extra.ad reprimē.in ver.figura. Sal.Fulgo.Alex.& Ias.in alleg.l.2. Bald.in l.3.§.idem.ff.ad exhiben. Bart.in l.vlt.ff.pro suo. Ias.super rub.C.qui admit.& ibi do. meus col.9.Idem Dec. in c.ex parte.col.4. & in c.prudentiā. §.6.col.1.de offi.deleg.ac Ias.in l.ait prator.2.ff.de iureiurā. Hyppol.de Marsil.in l.si quis in quæstio.nu.8. ff.de quæstio. & Gerar.singu.23.Alex.præalle. cons.72.vol.4.vbi ampliat, ēt si non sit a principio oppositum contra personam comparentem. Et generaliter in omni legitimatione personarū ꝓbanda scribit Aimo cons.104.col.1.lib.1.vbi ēt vult, ꝙ licet in rescripto remoueantur omnes exceptiones : vel sit apposita clausula supplētes,& c.hæc tñ exceptio,ꝙ non habeat legitimam personā standi in iudicio non sit exclusa,qa maior sit,id enim probare debet sicut quiuis in ætate,siue tempore se fundans,iuxta not.per Bar.in l.de ætate.col.antepen. ff.de mino.& declarat Alcia.reg.2.in 14.præsum.in prin. Pro hac limitatione,& ꝙ tutor probare teneatur se fecisse inuentariū concludunt Bal.in l.2.col.10.C.de iu.emphyt.Imo.in alleg. l.in illa.col.2.Rom.nu.14.Alex.col.pen. & Ias.ēt col.pen.in 4. limit. Et ꝙ etiam in causis quantuncunq; summarijs legitimatio personæ facienda sit probat Menoch. alios citās de recupe.posses.Remed.15.q.24. num.273.& etiam in executiuis, puta in processu vigore obligationis guarentigiæ, seu in ampliori forma cameræ,ꝙ legitimatio personarum necessaria sit ostendit Galles.in tracta.ad for.came.in 3.par.princ. in c.de processu ipso.nu.11.Idem dicebam in causa spolij,& attentatorum super 14.formula commission.attenta.in ver. causam,& causas.col.3. videlicet ꝙ in illis personæ legitimatio requiratur,& in causa spolij id concludunt Doct.in l.naturaliter.§.nihil cōmune.& nouissimè ibidem ex nostris Romanus

manis Anto. de Matthe. qui testatur hanc esse communem opin.nu.48.in 15.fallen.ff.de acq.poss.Quod ēt voluit Sigismun.Loffre.cons.45.Magnificus.nu.20.Quod item in causa attentatorum dicendum vr : tum quia in hoc non reperitur diuersimodè cautum : nec rationis diuersitas adduci potest: immo hoc ex supra citatis colligi potest ex Ioan.Neuiza.cōsil.18.ex Grato cons.140.quoniam.nu.39.lib.1. & ex Alcia. cons.127.circa primam. nu.2.vol.5. Et ꝙ in possessorio mero requiratur personæ cōparentis legitimatio cōclusit Rota Romana prout dec. Putei 277.incip.In vna Anagnina.lib.2.

Quinto limito quando ordinarius, vel iudex inquirit super habilitate illius,qui beneficium possidet,& negat possessionem habere legitimas † qualitates:tunc enim non probat
28 ordinarius,vel iudex negans,sed beneficij possessor. Ant.de But.in c.vlt.vers. Inquantum autem.de præsump.in c.bonę. colum.12.versi.si autem non intenderet.de electio.Et quòd habilitates probandæ sint per beneficiatum, & sufficiant leues,& præsumptæ probationes,probo in 11.q.18.regu.cancel.de ætate pro canoni.post num.9.

29 Sexto limitatur † qñ reus negat tantum intentionē actoris non probatam,vt voluit Bal.in l.si ex cautione.in vlt.oppo.C.de non nume.pecu.& Anto.de But.in alleg.c.vlt.vers. in alijs qualitatibus.de præsumpt.Idem voluit Alex.cōsi.46. in prin.cons.72.col.1.ac 101.col.vlt.vol.5. sic in negante instrumentum exequendū esse ex statuto,quia non sit publicū scripsit Bar.in l.diuus.ff.de mil.testa.Alex.cons.33.lib.1.do. meus consi.356.col.pen. vel quia instrumentū non sit liquidum.do.meus cons.323.col.vlti. & in negante agentem (cui absenti donatum fuerat ante donationē, & traditionē alteri factam)ratificasse idem Bar.sentit in l.pen.ff.de iureiu.Alex. consi.131.col.2.vol.4.& cons.74.volum.6. sic & in negante vxorem post mortem mariti, seu aliàs matrimonium solutū vestes quæsiuisse.voluit Alex.cons.42.vol.5.

30 Septimo limitatur in negatiua † notoria, quæ probari nō debet.glo.Bart.& cōiter Doct.in l.decem.ff.de verb.obli. & in l.vlt.ff.si cer.peta.Ias.in l.si constante.nu.120.& a nu.131. vsq; ad nu.139.ff.sol.mat.præsertim ibi,post nu.138. Quem non esse soluendo, & negatiua, ꝙ quis non est præsens &c. Pro præmissis faciunt etiam ea,quæ voluerūt Paris.cons.50. col.antepe.ac cōsi.80.col.pen.lib.1.& cons.109. nu.54.lib.3. Hyppo.de Marsi.super rub.C.de proba.nu.163.& super rub. de fideiuſ.nu.10. Et quod id, quod notorium est probari nō debeat voluerunt glo.in l.ciues.C.de appel.glo.in cle.appellanti.eo.tit.Bar.in l.1.C.qui,& aduer.quos.& in l.emptorē. ff.de actio.emp.Alex.cons.67.vol.7.Fel.in c.2.nu.9.vt lit.nō contest.Ias.in l.si vero.§.qui pro rei qualitate. col.vlti. ff.qui satisd.cogan.Soc.iun.cons.34.nu.14.lib.1. immo in notorijs iudex ex officio se informare potest. Bart.in l.testium. C.de testib.Bal.in l.1.C.vt quæ des.aduo.Alex.consi.14.in princ. vol.5.ac cons.1.col.vlt.vol.6.Aret.cons.127.col.2.Aimo latè cons.104.col.pen.lib.1.Soci.iun.consi.65.col.fin.lib.1.Et adeo priuilegiatum est notorium, vt licet aliàs vbi locū hēt pœna ipso iure ibi declaratoria requiratur. c.cum secundū. versus fi.de hæreti.lib.6.& ibi Ioan.And.& Gemi.Abb.in c. querelam.de iureiur. & in c.si diligenti.nu.20. de fo.compe. Bal.Alex.Ias.nu.25.in l.si quis maior. C.de transa.Alex.cōsi.103.nu.17.latè Fely.in c.Rodulphus.ver.sed declaratoria sententia requiritur.de rescript.Hoc tamen non procedit in crimine notorio,prout declarat Abb.in c. cum non ab hoīe. col.2.& in c.peruenit.1.de iudi.Rip.in c.1.nu.25.eo.tit.

Verum aduertatis,ꝙ licet notorium non sit probandum, & plura alia priuilegia habeat,necessario tamen allegādum, & proponendum veniet.glo.in cle.appellanti.in ver.iudicis. de appel.Abb.in c.vt debitus. col.1.eo.tit. quicquid dixerit glo.communiter reprobata in c.2.vt lit.non contest.Et ꝙ sit allegandum voluit etiam Fely. in c.afferte.nu.8. vbi limitat nō procedere in his, quæ notoria sunt ex actis.de præsump. Ias.in l.si vnus.§.pactus ne peteret.num.25.ff.de pact.Socin. iun.consi.65.col.pen.lib.1.

Octauo principaliter limitat regula pręmissa,vt non procedat in negante rem non insitam a natura (de quo aliquid s.diximus) puta nego te esse clericum, nemo enim nascitur clericus.Hinc dixit Inno.in c.super his.de accusa. in fi. ꝙ excipiens contra electum,ꝙ non sit clericus, habet intentionē fundatam,sequitur Abb.in c.bonæ.1.col.pen.de elec.Rip.in c.decernimus.nu.4.de iud.Nego te prosecutum appellationem,negatiuam probare nō teneor. Alex.cons.19.in 2.dub. libro 1. Nego te legitimum, vel legitimatum,nihil probabo. Alex.cons.24.col.2.lib.1.ac cons.25.col.vlt.vol.4.& cōs.15. in prin.vol.5.Paris.cons.10.col.4.lib.2.cōsi.95.in prin.vol.4. licet cōtrarium senserit Aimo cons.166. lib.1. de quo etiam per Fede.de Sen.cons.215.verum Ioan.And.in c.infantibus. col.3.vers.soluendo tamē. de reg.iur.lib.6.si opponatur electo,ꝙ non sit legitimus sic distinguit, aut id opponit quis electo vt cassetur electio,& opponens probare dēbit electū esse illegitimum:aut electus petit confirmationem,& electus ꝓbabit se legitimum,vt etiam voluit Ant.de But.in c.vlt. ver. si ergo petat.de pręsump.idem in negante aliquem doctorē, vt negans id probare nō debeat.do.meus cons.522.col.vlti. & in negante aliquem notarium idem concludit Aimo consil.72.ac consi.150.in princ.lib.1.

Hæc limitatio sublimitatur,vt nō procedat quando adesset aliqua præsumptio, ex qua inferri posset inesse qualitatē non insitam a natura, vt in negante instrumeutum antiquissimum a notario conscriptum fuisse, vt id probare teneatur, vt voluit Bal.in l.vlt.& in auth.quas actiones.C.de sacrosan. eccle.Alex.cons.150.col.2.vol.6.Corn.cons.24.col.5.vol.4. decis.Tholosan.331.in fi.do.meus consi.42.& 638. Alcia.in 3.reg.præsumpt.14.nu.15.Rub.consi.9.in fin.

Nono limitatur, vt non procedat in negante appellatum esse infra decendium datum ad appellandum,iuxta tex.in c. Romana.§.si verò.de appel.lib.6.& per do.meum cons.296. col.1.probare enim debet appellans, ꝙ infra decem dies appellauerit, sententiamq;,& appellationem producere tenetur, vt voluerunt Cyn.in l.per hanc.q.1.C.de tēpo.appel.& no. in c.cum ab ecclesia.vbi etiam Fely.de appel.Et hodie totus processus per appellantē reproduci debet,vt nouissimè concilio Triden.cautum fuit,sessio.24. in Decreto Refor. c.20. incip.causæ omnes.post medium.vers.Pręterea si quis in casibus. Et ꝙ probatio spectet ad appellantem, ꝙ infra decendium,& aliàs legitimē appellauerit,tenent Cyn.Bart.Bal.& Saly.in l.ne qui ad ciuilia. C.de appel.& in l.1.ff.si tut.vel cura.appel.Spec.in tit.de appel.in §.de officio. in fi. Io.And.in alleg.c.Romana.col.3.in ver.constiterit.& ibi Archid.col.3. in ver.proponet.ac Gemin.in §.si verò.colum.3.vers.quæro quare.ac Franc.col.1.vers.immo etiam.de appel.lib.6.Abb. in c.in præsentia.col.vlt.de renun.Rot.in no.190.deci.Tholos.341. Præposi.in c.vt dilectus.col.penul.& vlti. de appel. Franc.in c.dilecti.col.4.eo.Practi.Papien.titu.de for. appel.a diffini. in glo.in ver. Et in quantum.vers. proinde quæritur. dom.meus consi.295.col.1.

Plura alia de negatiua videre poteritis per Lanfranc. de Oria.hic in ver.testes.per Marti.de Fano in tract. (si ille tractatus suus est,citantur enim ibi Bar.& Bald. qui multo post floruerunt) qui tractatus inscribitur de probanda negatiua, & per Ioan.Igneum in repet. l.necessarios. §.non aliàs. ff.ad Syllania.

31 Tertio notat Abb. acta scribenda † esse tam in iudicio ordinario,quàm extraordinario, quod supponunt Imperatores in illa l.is apud quem.C.de eden.ac glo.& Docto.omnes hic.Et ꝙ acta scribi debeant coram iudice, vel saltem de iudicis commissione cōcludit Bal. in auth. quæ supplicatio. post nu.1.C.de preci.impe.offe.& dixit Rip.in d.l.is apud quem. nume.9. acta de quibus ibi terminum esse generalem tam ad iudicialia, quàm extraiudicialia. Limitat Abb.hic,& in c.1. nu.17.de libel.obla.nisi sit causa modica,seu vilis,tunc enim
32 † scriptura nō requireretur,sed sufficeret simplex iudicis informatio,seu relatio.Abb.citat text.in authē.nisi breuiores. ibi,sine scriptis in causis breuioribus iudex cognoscat. C. de senten.ex breui.reci. & ibi Bart. & in corpore vndē sumitur in Authen.de manda.prin.§.si tibi.ibi, Ex non scripto decedere,& iudicare, ac etiam tex.in Auth.vt iudi.sine quoquo suffra.§.necessitatem.Adducit etiam glo.in c.si quis cū clerico.in ver.sine scriptura. 11.qō.1. Ex quibus, & alijs hic per eundem Abb. adductis probari videtur dicta limitatio, quā cōmuniter Docto.hic sequuntur,do.meus,& Bero.hic plura circa hanc limi.mouent,& discutiunt,quę videri possunt, quorum aliqua in voce referam.verum quicquid ipsi dicāt, ego tam de iure ciuili, & canonico, quàm communi obseruantia vbicunq; vigente in quibuscunque causis, etiam modicis, ac leuibus scripturam qualemqualem requiri affirmo ea præsertim ratione ne in dies super eisdem rebus iteratæ, & nouæ lites suscitentur contra rationem tex.in l.causas vel lites.C.de transact.& in c.finem litibus.de dol.& contu. Vnde in quibusuis etiam vilibus causis altero de duobus modis scriptura requiri videtur: in ipso videlicet principio,vt loco libelli

libelli fiat,& ſcribatur apud acta per notariũ, vel duos viros vt hic, qualisqualis,ſeu ſimplex petitio,qui libellus,vel quęuis petitio in eius locum ſubrogata ſcripturam omnino requirit.c.1.de libel.obla.In fine verò ipſius cognitionis notet̃ quid concluſum,deciſum,vel decretum fuerit: vel loco ſententię decernatur,& ſcribatur mandatum executiuũ,ſi actor vicit:alioqui abſolutio in fauorem rei, & ſententia,decretũ, vel aliud in locum ſentẽtiæ ſubrogatum pariter ſcripturam requiret ex hoc tex.& ex titu.C.de ſenten.ex breui.reci.vbi requiritur ſcriptura, & vltra illam recitatio. Limito niſi partes ſint præſentes, tunc enim cauſa leuis abſq; ſcriptura expediri poterit,vt ſentiunt hic Bal.& Felyn.ante num.12. Et Romæ plures cauſas modicas abſq; ſcriptura a gubernatore vrbis abſque ſcriptura expediri vidi.

Alter modus erit præſertim in aliquibus caſtris, vel villis ex ꝯſuetudine,vt idem ſit ſcriba,vel notarius,& iudex,adeo ꝙ ipſe iudex ſcribet petitiones,exceptiones,replicationes,& omnia alia acta vſq; ad diffinitionem cauſæ incluſiuè.Deinde actus executionis pronũciæ prolatę, & nonnunquã ipſemet executionem decernet,ac exequetur: iudexq; perſonã notarij,ac executoris accipiet.de quo habemus tex.in l.iubemus.§.his quoq; iudicibus.iun.glo.C.de ſacroſ.eccle.Et fuit dictum ſingu.Bal.in alleg.auth.niſi breuiores.C.de ſentẽ.ex breui.reci.ſequitur Lanfran. in hoc c.quoniam cõtra.in ver. petitionis.col.4.verſ.Item nota illud quod etiam in cauſa.& Catel.Cot.in ſuis Memoria.in ver.libellus in multis.verſ.& in talibus cauſis.Paris de Put.de ſindica.in ver.iudex.nu.11. & 15. & in ver. officium nemo. nu.3. vbi ꝙ dictum illud neminem fungi poſſe duplici officio, intelligi debet quãdo officia ſunt penitus diuerſa, ſecus ſi non ſint diuerſa, ſed circa idem tẽdentia.Et ꝙ in cauſis breuioribus idem poſſit eſſe iudex,& notarius pro ſingulari notat Matth.de Matheſ.ſing.1. Et pro illa regula vnum duarum perſonarũ vicem ſuſtinere non poſſe, de qua in l.ſi plures. verſ.nam difficile eſt vt vnus homo duorum vicem ſuſtineat, vbi glo.in ver.nam difficile dat concordare.C.de pac.videre poteritis Damaſ. in Broccar.regu.40.

33 Quarto notat Abb.ibi publica perſona,ꝙ † notarius dicit̃ publica perſona, quippe qui publicum gerat officium.l.textores.2.ibi,ſub præſentia publicarum perſonarum.iuxta vl̃timum intellectum glo. infra citandæ.eſt text.in l.orphanotrophos,ibi,& pręſentibus publicis perſonis ideſt tabularijs, & ibi glo.in ver.tabularijs.verſ.vel verius dic,ꝙ notarij erãt, &c. C.de epiſco.& cleri.§.cum autem.ibi,vt caueat arrogator perſonæ publicæ hoc eſt tabellioni.Inſtit.de adoptio. Et quia notarius eſt perſona publica ſequitur ꝙ nulli partium
34 † ſuſpectus eſſe debeat.glo.in §.& quod ſępe.in ver.artificis. in Auth. de trien. & ſemiſ. quam notãt hic pro ſingulari Bal. & etiam Felyn.num.4.verſic. Et ſcias,ꝙ notarius ad euitandas ſuſpiciones,vel quia vnus contrahentium, vel litigantiũ magis faueat vni notario, alter alteri, ſeu ſtatuto id diſponente,vt per Abb.hic ante nu.33. verſi. Nota tamen ex primo dicto.vel alia ex cauſa nonnunquam duo notarij de eodẽ inſtrumento,vel actu rogantur,& tunc dubitatur an pręſumantur inſolidum,an verò ſimul rogati? Hoc aliàs in Rota Romana diſputatum fuit,& tres caſus conſiderati fuerũt: Quandoque enim duo notarij ſimul rogantur, & tunc procedat doctrina Bald.in l.iuriſiurandi. C.de teſtib.de qua per dom.meum hic colum.24.& Anan.conſil.49. & ibi Bologn. in additio. Quandoque in ſolidum rogantur, & tunc procedat doctr.Bald.in l.vlti.§.cum igitur.colum.5. C.de iu.deliberan.& glo.vni.§.ſi me abſente.in Authen.de hære.& Falc. Quandoque dubitatur an ſint ſimul,vel inſolidum rogati,& tunc in dubio videntur inſolidum rogati, per doctri.Bart.in l.1.§.ſi plures.col.2.verſ.vt igitur liqueat materia.ff.de exercito.actio. vbi quando mandatur idem officium duobus habẽtibus iuriſdictionem ordinariam,ſi officium eſt publicum authoritate,& vtilitate cenſetur inſolidum. Et hanc opinio. Barto.eſſe veriorem,& magis communem teſtatur Abb.qui illius dicta reaſſumit in c.prudentiam.col.4.verſi. aut plures ſunt deputati ad vnum officium,ſubdens exemplum ſi Papa deputaret duos legatos in eadem prouincia, vel epiſcopus duos vicarios in eodem loco, non diſtinguendo eorum officia.Quod etiã voluerunt Roma.conſi.244.ac Aret.conſ.36. & do.meus conſi.36.non obſtante tex.in c.cauſam. de offic. deleg.quia loquitur in iuriſdictione delegata.Hęc faciunt ad ſtatutum noſtrum Romanum.lib.3.c.291.ſub titu. de notarijs rogatis de inſtrumẽtis. quod incipit,item ꝙ notarius de aliquo contractu.verſic.Et idem fiat quando duo notarij de eodem contractu. Nec etiam præmiſſis obſtat id, quod poſt Inno,voluit Abb.in noſtro cap.nu.32. ꝙ ſtatuto requirente in aliquo actu duos notarios, non ſufficiat vnum adhiberi. Abb.enim loquitur in caſu claro, nos autem in dubio.Et vt ſupra dictum fuit, aliàs cõcluſum in Rota erat coram Hiero. Verallo die 21. Iunij 1540.in cauſa Romana reſtitutionis. Pro quibus tamen videri poterũt Alex. conſi.124. viſo proceſſu.col.1.vol.7.& Prob.in c.ſi duo.de procur.lib.6.

35 Inferunt etiam, ꝙ notarius † requiſitus non poſſit recuſare facere inſtrumentum,vel ſcribere acta, aliàs ab officio ſuſpenditur.l.prouidendum.§.1.C.de poſtul. Hoſtien.in ſum. de fide inſtrumen.§.ex quibus.Bald.ſuper rub. C. eod. Rip. in l.1.num.23.C.de eden. facit text.a contrario ſenſu, ſeu in ratione ſui,in l.filiusfam.§.inuitus.ff.de procura.& habemus text.in l.2.in fin.ibi,ſeruum publicum apud prætorem ſtipulari debere.ff.rem pupil.ſal.fo.ponderando dictionem debere,quod verbum neceſſitatem deſignat.l.prætor. in princ.ff. de eden.l.1.in princi.ff.quod quiſque iur.c.oblatæ.ibi poteſt vtique,immo debet.de appel.& ꝙ cogi poſſit voluerunt etiã Specu.in titu.de fid.inſtrumen.§.3. Abb.in c.ſicut. in fin. ne cler.vel mona.Roma.ſingu.259.Tabellio.dom.meus in l.inuitus.num.4.de regu.iur.Card.in clemen.1. verſi.dudum.in 13.not.de iureiuran.ſubdit Abb.vbi ſupra, in dicto 4.not.ꝙ
36 quandoque vnum† indiuiduum habet plura nomina,exemplum ponit in notario, ſic nuncupato a notis, quippe qui in notas redigat.c.monacus.iun.glo.in ver. vel notarius.77. diſtin.Specu.de inſtru.editio.§.inſtrumentum ergo publicum. num.26. De his ſenſit iurecon. in l.inter eos. §. eos qui notis ſcribunt acta pręſidum reipu. cauſa non abeſſe certum eſſe. ff.ex qui.cau.maio.Bud.in annota.in pandec. ſuper illa l.vbi declarat quid ſit notis ſcribere, & notis excipere. Ibi etiam docet qui eſſent actuarij, qui ſcribæ, qui exceptores, quive
37 ſubadiuuæ? Dicitur etiam tabellio, † vel tabularius,vt idem Abb.ſubdit,quod per iura probat, videlicet per rub.& nigr. C.de tabularijs,ſcribis,&c. Probatur etiam per Auth. de tabellio.& per tex.in c.cum P.tabellio.de fi. inſtrumen. ea forte ratione,quia antiquitus in tabulis ſcribebatur. Seruus itẽ publicus nuncupatur, quia publicè ſeruit. l. magis puto. §. exigit.ff.de rebus eo.l.non enim aliter. ff. de adoptio. l. 2. & ibi glo.C.eod.

38 Quinto noto ibi,aut duos viros idoneos,ꝙ duo viri†idonei quo ad actus de quibus hic,notario publico æquiparant̃: Nulla aũt alia qualitas in illis duobus viris requiretur, præter hanc de qua hic ꝙ ſint idonei. Hoſti. & Ioan.And.ex hoc inferunt,ꝙ iſti duo viri debent eſſe perſonæ honeſtæ, & bonæ famæ,de quibus non ſit veriſimile,ꝙ falſitatem committant, & verè dicuntur idonei, qui probitate morum præditi ſunt,iuxta tex.in l.1.ibi, idoneos probitate morũ. C.de offi. magi.offi.Rurſus ſi non erunt ignaui,& indocti, iuxta ſententiam Socratis, de qua apud Platonem lib.21.qui inſcribitur Laches,vel de fortitudine in hæc verba:De omni virtute,ac negotio quemlibet ad ea eſſe idoneum in quibus ſapit: non idoneum,in quibus eſt indoctus. Qualitas autẽ hæc propterea requiritur,quia nec ij iurant, nec eis officium hoc publicum ſolita cum ſolemnitate iniungi conſueuit, & iuxta mentem Hoſtien.iſti duo erũt perſonæ priuatæ, nec iurabunt in aſſumptione officij, vt etiam dicebat Abb.antiq.Abb. verò Panor.dixit non eſſe iure cautum,quòd iſti duo viri iurent: cautius tamen eſſe,quòd iurent,& hoc ſibi magis placere: & licet id expreſſè non caueatur in iure, videtur tamen eſſe de mente iuris,cum iſti ſint quaſi teſtes,argumen. text.in l.Domitius Labeo.ff.de teſtamen.Pro quibus Abb.in cap.propoſuiſti.hoc tit.& quia ij ſubrogantur in locum notarij,ad tex. in l.ſi eum.§.qui iniuriarum. ff. ſi quis cautio.& ibi gl.in uer. damni.poſt medium.c.eccleſia.1. & ibi glo. & Abb.in 2.not. vt lit.penden.domi.meus conſ.190. circa primum. colum.3. Quæ tanto magis procedunt cum hæc ſit ſubrogatio legis, ſeu a lege introducta, de qua ſubrogatione legis tractãt Cy. in l.vni.§.omnes quidem.C.de rei vxo.actio. Ioan.Fab.in §. fuerat.colum.vlti.Inſtitu.de actio.Albe.in præalleg.l.ſi eum. §.qui iniuriarum.colum.2.Bald.in l.1.§.ſed ſi eum. C.de rei vxo.actio.Tiraquel.de iure primoge.quæſt.40.nume.41. Et
39 quòd iſti duo viri † iurare teneantur ſicut notarius, videtur etiam in iure probari poſſe, ſuppoſito, quòd notarius antequam exercere poſſit officium ſuum, pro forma introductũ ſit,vt iurare debeat.cap.ad audientiam. verſi.nec credentes. de præſcript.glo.ſingula.in l.quædam. §.nummularios. ff.de eden.

eden.iſti ſubrogati in locum notarij,qui formam in iurando ſeruare debebat ad obſeruantiam eiuſdem formæ ſubrogati etiam cenſeri debent.Bal.in l.vlt.C.ſi mãci.ita fue.alie.Calderi.conſi.14.ſub titu.de teſta.Barba.conſi.17.& Felyn.ante num.8.in 7.amplia.in c.cum dilecta. de reſcript. Hyppol.de Marſi.ſuper rub.C.de probatio.

Ampliatur not.præmiſſum, & tex.noſter etiam ad cauſas hæreſis,vt in illis etiam in ſubſidium,& defectũ notarij poſſint duo idonei viri, ſeu duæ honeſtæ perſonæ deputari ad conſcribẽdum acta,eſt tex.in c.vt officium. §.verum. ibi,per publicam ſi commodè habere poteritis perſonam, aut per duos viros idoneos fideliter eorũdem depoſitiones teſtium deſcribantur.

40 Sexto noto ibi, iudex adhibeat.quòd † notarij pro actis ſcribẽdis electio,ſeu deputatio ad iudicem ſpectat,& de epiſcopo quòd in ſua curia de iure poſſit notarium ad ſcribendum acta deputare, & ſucceſſor epiſcopus priorem deputatum remouere poſſit, & nouum conſtituere habemus deciſ. Ioan.Bapt. Guidob. 124.incipien. Fuit retentum in vna laten. ſcribaniæ. Ampliant etiam ad iudicem delegatum. per tex.in cap.ſtatutum.verſ.notarium verò, & ibi Gemin.in 2. not.de reſcript.lib.6.dom.meus hic in 9.not.In Rota Romana,in qua ſunt duodecim Auditores, ſunt etiam 48.Rotarij, & ſic quilibet Rotæ auditor habet ſub ſe continuò quatuor notarios, & cauſa quæ ſecũdum turnum vni ex auditoribus committitur, vni ex illis quatuor notarijs etiam iuxta turnũ diſtribuitur, & ſic non cadit alia notarij deputatio, multoq; minus requiruntur illi duo viri idonei,de quibus hic.ſic etiã in tribunalibus vicarij Papæ, Camerarij, Gubernatoris,Auditoris cameræ, vrbiſq; Senatoris adeſt notariorum numerus præfixus: & actor adit vnum ex notarijs illius curiæ,quẽ vult in cauſis ordinarijs: in cauſis verò delegatis fit diſtributio per turnum, vt dixi, niſi cauſa prius ordinaria efficiatur delegata, tunc enim idem erit notarius cauſæ delegatæ, qui prius erat cauſæ ordinariæ. Prælati verò Roma.cur. (qui ſic nuncupantur) quibus nonnullæ cauſæ delegatę non grauiores committi ſolent,notarios ad libitum iuxta iuris ordinem deputant in ſuis cauſis,ſeu ſibi commiſſis,remouent, ſeu immutant.Regulariter autem nunquam fit mutatio notarij ſuper cauſa,in qua idem ſcribere incepit, niſi interueniat mors naturalis, vel ciuilis illius notarij. Intelligo autem de ciuili non ſolum quando notarius ille priuatur ob delictum, ſed etiam quando officium alienat ei renunciando,vel aliàs:Paria enim ſunt vt quis naturaliter moriatur, ſeu priuetur,vel deponatur, ſiue officiũ,vel quid ſimile renunciet.c.in apicibus.§.ecce in quibus.7.quæſt.1.clemen.1.iun.glo.in ver.mori.vt lit.penden.not.376. fuit dubitatum. in nou. Hinc dici-
41 mus paria eſſe † Papam obijſſe, renunciaſſe, vel depoſitum fuiſſe.cap.1.de renun.libro ſexto. clemen. ne Romani. §. ſanè.iun.glo.in ver.moriente.de electio. Gemin.conſi.93.videtur primo.poſt nume.10.verſ.quod autem tempus. Et ſic quo ad notarios Roma.cu.præmiſſos, præterquam prælatorum Roma.curiæ,(de quibus ſupra loquutus fui) & in nonnullis alijs caſibus ceſſat diſputatio Docto. hic, etiam illa an notarius in aliqua cauſa ad ſcribenda acta deputatus a iudice mutari poſſit. Mutari tamen poteſt, & mutari conſueuit in Roma.cur.& extra eam quando allegatur,& probatur ſaltem per proprium iuramentum ſuſpicio aliqua in illo notario,quo caſu mutari debebit.glo.in ver.artificis.in §.& quod ſæpè.in Authen. de trien. & ſemiſ.quam gl. pro ſingu.notãt Bald.hic,& dom.meus nu.42. Quod quidem intelligendum eſt, quando in principio litis notarius ſuſpectus allegatur,
42 non ſi poſt litem conteſtatam, niſi noua ſuſpicionis † cauſa ſuperuenerit: tunc enim noua ſuſpicionis cauſa emergente, etiam poſt litem conteſtatam, ſiue iudex, ſiue notarius remouebitur.cap.inſinuante.de offic.deleg.Roma.ſingu.352. tu ſcis quando exceptio.Felyn.in cap.paſtoralis.colum.1.in fi.& colum.ſequen.de exceptio. Lofre.deciſ.40. incipiẽ.exceptio dilatoria.hanc communem affirmans. In caſibus pręmiſſis ſi de ſuſpicione erga præfatos notarios Roma.cur. loquamur, de ſtylo ab antiquo tp̃e vſque in hodiernum diem ſeruari ſolito fuit, ac eſt,ꝙ in locũ notarij,vt ſuſpecti remoti, connotarius ſubſtituatur, & vt plurimum primus remotus, vt ſuſpectus participat ẽt de emolumẽtis pro quadam rata, Legitur in deciſ. Aquen.322.par.1. de ſtylo Rotæ credi notario atteſtanti de ſui ipſius deputatione, ſicut & nuncio referenti ſe citaſſe de commiſſione iudicis, quicquid ſecus ſit de iure,vt per Docto.in capit.1.de iudi.& per Riminal.conſilio 69.nume.8.volu.5.in Senagallien.caſtri Propozoni coram Veſtano 22.Iunij 1552.Limitandus ſtylus iſte,vt procedat ſolum in Rotæ tribunali in notario ac curſore ipſius Rotæ, vel alijs tribunalibus præcipuis, ac dignioribus vrbis, notarij enim,ac curſores vrbis digniores, ac candidioris fidei habere conſueuere: & ſi remiſſio iuris erga ipſos, ac rigoris relaxatio indulgetur, non debet cenſeri alijs permitti.

Septimo noto quòd officium notarij ſcribẽtis acta in tribus præcipuè conſiſtit, de quibus per Abb.& alios hic.Iux-
43 ta tertium,quòd notarius penes ſe† acta originalia retineat, vt ſi quid difficultatis poſtea emerſerit, ad ipſa habeatur recurſus. Hanc opinio.quòd acta remanere debeant penes notarium,non autem penes iudicem,vel alium concludunt Io. And.& Abb.hic,& Imo.Abb.Felyn.& communiter alij in c. vlti.circa princip. infra hoc eod. titu. Romæ hæc diſputatio ceſſat: notarij enim cauſarum, de quibus ſupra loquuti ſuimus dietim acta conſcribunt truncatè, ac breuibus plerunq; verbis in calce ſchedularum citationum,ſeu a tergo illarum, deinde in quodam ordine ponuntur, & deſcribũtur: ſucceſſiuè per ſcriptores (quos copiſtas vocamus) ipſo notario mandante, & diſponente conficiuntur extenſè regeſta particularia in quauis cauſa iuxta formulas iam diu a Rom. cur. comprobatas, & in margine paginarum, rubricæ quædam, epitomæ, ſeu ſummaria apponuntur ad faciliorem, ſuccinctam,ac diſtinctam cognitionem eorum,quæ in illis longioribus ſcripturis regeſti continentur. Originalia acta ſemper a proprio notario conſeruantur, & cuſtodiuntur: regeſtum verò cauſæ cuiuſuis modo reperitur apud proprium notarium,modo apud iudicem illius cauſę, modo apud alterum ex collitigantibus, vel eorum procuratores, & iuxta hoc vltimum membrum ſciẽdum eſt,quod regeſtum nec partibus, nec procuratoribus concedi, ac dari conſueuit niſi prius facta promiſſione, ſeu obligatione ipſi notario de illud reportando, eoque reſtituendo infra breue aliquod tempus nonnullorum dierum. Lata primã ſententia regeſtũ idem ad notarium iudicis ad quem tranſportatur remanentibus actis,& ſcripturis originarijs penes primum notarium. In ſecũda inſtantia vnus ex notarijs illius ſecundi iudicis ſimiliter acta deſcribit eodem ordine, quem præmiſimus: ſententiaq; ſecunda lata ſiue cõfirmatoria, ſiue reuocatoria, vel reformatoria primæ remanentibus pariter originarijs actis,fit etiam tranſportatio regeſti primi,fabricati a primo notario,quàm ſecundi a ſecundo confecti,& ſic deinceps.

Tractant hic glo.& Docto.de notarijs, eorumq; poteſtate,ac auctoritate,vnde mihi expediens viſum fuit diſcutere, an notarius poſſit conficere inſtrumenta extra territorium illius, qui eum notarium creauit? Pro opin. negatiua cõcludunt Specu.in tit.de inſtru.editio.§.reſtat.verſi.Quid de his. Barto.in l.cunctos populos.nume.34.in 7.quæſt. C.de ſum. Trini.& fid.catho.& in l.2.ff.de offic.proconſ. Ioan.And.in cap.Romana.colum.penult.de fo.compet.lib.6.Collecta.in c.ſi cautio.ad fin.de fi.inſtrumen.Bald.in præalleg.l.cunctos populos.col.antepen.verſi. nunc quæro circa hic alleg.Rot. Bellame.212.& Rot.in no.279. Ant.de But.in c.cum P.tabellio.col.2.verſ.Nunquid autem tabellio.& ibi Imol.col.3. verſi.Aduerte tamen.& Abb.nu.9.qui tamen in quibuſdam (vt infra aduertam) ab alijs diſſentit.de fi.inſtru.Idem Ant. de But.in c.per venerabilem.col.2. verſ.poteſt tertio intelligi.& ibidem Præpoſi.col.133.& ſequẽ.q.7. vbi hanc communem affirmat.qui fil.ſint legi.Ruin.conſi.69.colũ.3.lib.3. ac Boe.deciſ.242. Et rationem nonnulli adducunt, quia ille notarius extra territorium creantis dicitur perſona priuata. ad tex.in l.3.verſic. nam ſi exceſſerit priuatus eſt.ff.de offic. præſid.Declaranda venit concluſio prædicta, quæ communis eſt,quòd licet extra territorium creantis notarius inſtrumenta conficere non poſſit, confecta tamen in territorio ẽt extra illud vbique fidem facient, illiſq; ſtabitur.Spec.in tit. de inſtru.editio.§.reſtat.verſi.quid de his. Bart.in alleg.l.cũctos populos.nu.36.verſi.credo tamen,ꝙ inſtrumenta.C.de ſum.Trinit.Rot.291. in no. Anto.de But.in cap.per venerabilem.colum.21.ver.ſed eſt dubium.& ibi Præpo.in §.quod autem.colum.132.qui fil.ſint legi.in 5.quæſt. Bald. in c.cum dilectus.in prin.de fi.inſtrum.Imo.in alleg.cap.cum P.tabellio.colum.3.verſi.Secundo aduerte.& Abb.nume.9. de fide inſtrumen.Declara etiam,quòd notarius in territorio creantis poſſit conficere inſtrumenta inter non ſubditos illi, qui eum creauit.Anto.de Butr.vbi ſupra verſic.Secundo poteſt intel-

intelligi. & ibidem Præposi. col.133. versic.secundò potest. Abb.in alleg.c.cum P.tabellio.col.vlt.vers.si verò.vbi reside re videtur, quòd stetur consuetudini. Postremò an notarij creati a Papa, vel Imperatore possint vbique,& inter quoscunque instrumenta conficere magna est altercatio, de qua per Doct.vbi s̃.& per Abb.in c.sicut.nu.12.ne cleri.vel mona.& Felyn.in c.ad audientiam.col.4.vers.fatetur tamen.de præscrip. Tamẽ quicquid tenuerint præfati,præsertim Abb. in d.c.cum P.tabellio.nu.9.de fi.instru.consuetudo seruat,ꝙ notarius imperialis possit conficere instrumenta de partium consensu in terris ecclesiæ, & cõtra Apostolicus in terris imperij,vt etiam testatur,& concludit Fel. in alleg.c.cum P.tabellio.num.17.in 13.quæst.de fid.instru.

Successiuè colligunt hic Doct.omnes,ꝙ si exẽplar ab originali discrepet, tunc originali standum sit. Ego hanc conclusionem dilatans eam comprobo quo ad quamlibet scripturam,ẽt si illa sit instrm publicum,si ab originali discrepet,
44 vt † originali, seu matrici stãdum sit iuxta tex.in c.ieiunium quarti.cum glo.in ver.de fonte.in prin.76.dist.voluerunt gl. in c.vt veterum.in verb.greci.9.dist.glo.in §.vlti.in ver.prothocollũ. & ibidem Ang.in Auth.de tabellio. Bar.in l.Sempronius.nu.3.ff.de leg.2.vbi ꝙ prothocollo potius, quam instrumento publico statur. Bal.in l.nostram,num.4.ver.si tamen esset aliqua dissonantia. C.de test. Abb.in c.cum ex literis,in pen.not.de in integ.rest.Alex.& Ias.in l.si quis ex argẽtariis,§.prætor ait.ff.de eden.& idem Alex.cons.105.in causa.lib.2.Corn.cons.28.nu.2.lib.1.Soc.cons.94.in prin.lib.1. Fel.hic,num.10.D.meus post Bar.in l.librarius.ff.de reg.iur. In Rota Romana fuit data fides cuidam comparationi, quę non erat in regesto,nec in manuali,sed in quodam libellulo, quem broliardum, seu bastardellum vocant. super quo habemus decis.Achil.1.sub tit.de fi.instrum.

Octauò no.ibi conclusiones,& cætera,quæ occurrẽt, ꝙ in
45 hoc tex.comprẽhenduntur etiam snĩæ diffinitiuæ,†quod duplici ratione ostẽdam. Vel quia snĩa veniat appłone actorũ: vel ex mẽte,seu verbis huius tex.Et primò,quia communis, & verior sit opin.ꝙ actorum appellatione,vt præmisi,snĩa ẽt diffinitiua veniat,vt post longam discussionem concludunt hic Docto.de communi attestantes, ac Alex.& alij in l.acta. & in l.actorum.ff.de rei vendi.quorum argumenta, responsiones,ac replicationes referre superfluum existimaui. Alter quia probari videtur conclusio præmissa in partem affirmatiuam ex illis verbis huius tex. Conclusiones & cætera, quę occurrerint:sub termino conclusiones potest comprẽhendi,
46 vel subintelligi snĩa: Tum quia idem iudicamus † de conclusione in causa,quod de snĩa,& idem operantur. c.auditis. de in integ.rest.c.auditis. & ibi Doct.de procur.c.pastoralis, de cau.poss.& propr.Io.Mo.Io.An.& Gemin.in c.2.de in inte. rest.lib.6.Bal.in l.incerti. C.de interd.Fel.in c.vlt.col.6.vers. considerabam,ꝙ opin.s̃.de constit. & latè in c.cum dilectus, nu.1.cum pluribus seq.de fi.instru.Verum si dubium adhuc remaneat, ꝙ in illo verbo conclusiones non comprẽhendat sententia, & illis verbis immediatè sequen. Et cętera, omne dubium tolli vĩ,& ad omne dubium tollẽdum affirmare debemus illa verba apposita fuisse. Et quia acta hic relata, seu specificata,sunt omnia præparatoria ad ipsam sentẽtiam, vt etiam ponderat hic D.meus, num.59. & dixit Bal.in c.cum super,ad fi.de cau.pos.& propr. ꝙ acta dnĩr vehiculũ quoddã ad snĩam.& Soc.cons.181.num.79.li.2. Hinc etiam dicimus
47 †processu regulari snĩam.l.hęc enim ff.de susp.tut.no.in l.2. §.ignobilis.ff.de his,qui no.infa.& per Signor.cõs.103.nu.4. Ideo illa cła generalis, & cætera,congruè etiam ad sententiã diffinitiuam refertur, seu illam cõprehendit,vt per Dec.vbi supra. & ad tex.in l.his solis.ibi,in dotem,cęterisq; causis legitimè alienata. C.de reuoc.donat.& §.1.cum glo.Insti.qui. mod.tolli.oblig.per Fely.hic,post num.7.vers.Vnde istud.& cætera comprẽhendit omnia acta. & per D.meum,num.66. ac Bero.num.57.Quæ autem comprẽhendat dictio,& c.per notarios, passim apponi solitaꝫ dicatis,ꝙ dependentia, & accessoria actus tantum, non autem quid diuersum,vnde oportet primum apparere de intentione partis, quam postea notarius extendet.Aymo cons.34.proponitur in facto,num.7. & seq.Ceph.cons.88.originalis,num.1.

48 Vltimo not.Abb. quòd † constitutionis transgressor non incurrit in pœnam, si finis ad quem tendit,constitutio non violatur, quod ampliat etiam respectu peccati mortalis, adducit Archid.post diuum Thom.in ca.vtinam.76.dist. vbi ꝙ
49 † iciunij transgressio non inducit peccatum mortale, quando non lędit̃ur effectus, propter quem ieiunium institutum fuit: & quando non fieret ex contemptu. Quod etiam voluit Cardin.in clem.ad nostram. versic.2.in penult.quæst.de hæret.ac Gemin.in c.generali,col.penult.de electio.lib.6.Et hos sequuntur Aret.hic,& Felyn.num.11.vbi alios ad idem citat, ac D.meus,num.63.& seq.

Limitant nisi lex,vel constitutio,seu statutum loquat̃ præceptiuè: tunc enim præcepto† omnino parendum esset,ad tex.in §.vlt.14.q.1.in c.omnes.de maior.& obed.Et pro hac limit.concludit Abb.super rub.de obser.ieiu.circa fi.

Glo.prima tractat materiam probationis negatiuę,remittens se ad dicta super c.bonæ, de elect. vbi latè examinat. Et quia hanc materiam supra latè tractauit, ad alias gl.transeo.

Glo.2.in versi.extraordinario, primo interpretatur hunc
51 tex.loquentem etiam de iudicio † extraordinario,vt intelligi debeat de delegato:& sic exponit iudicio extraordinario, i.delegato.ad quod adducit tex.in c.induciæ.§.spatiũ.3.q.3. vbi ꝙ dilatio est deneganda ei, qui rescriptum ad iudicẽ extraneum deportauerit:exponendo,extraneum iudicem.i.delegatum.& est tex.in iure ciuili,in l.2.quæ incipit,si quando quis rescriptum ad extraordinariũ iudicem reportauerit dilatio penitus ei deneganda est. C.de dilat. Pro hoc primo in
52 tellectu glos.& ꝙ iurisdictio delegati † dicatur extraordinaria, & ipse delegatus non ordinarius, sed extraordinarius iudex, qui nihil habet proprium, sed alieno iure exercet, probatur ex tex.in l.1.§.qui mandatam. & in l.& si prætor. ff.de offic.eius,cui mand.est iurisd.in c.præterea.& c.sanè.de offi. dele. Et quia iurisdictio delegati dr̃ extraordinaria:ꝫ̃ir etiã
53 †dr̃ odiosa: prout econtra illa ordinarij fauorabilis est.gl.in c.1.in vers.processus.versus fi.de rescrip.li.6.voluit Alex.in l.1.ff.de dam.infec.& in l.1.col.15.ff.de offi.eius.

Alter intellectus glo.est,ꝙ iudicium extraordinarium di-
54 catur inquisitio,vel denunciatio.Et ꝙ iudicium † inquisitionis dicatur extraordinarium, non autem ordinarium proba
55 tur, quia extraordinarium id dr̃,†quod fit contra regulas iuris communis.l.in causæ.2.vers.Nam si communi auxilio.ff. de minor.vigintiquinque anno.l.solent.ff.de offi.procon. & lega. & ibi Bal. & idem Bal.in l.pecunia. C.de priui.fisci. Et dum subdit glo. nostra, ꝙ tunc iudex non procedit in figura iudicij,sed ex officio suo in modum inquisitionis,adduci potest tex.in l.cum filiusfamilias.ff.si cer.pet.cum glo.in versic. extraordinario iudicio,quę exponit.i.officio iudicis.est tex. in l.pecuniæ verbum.§.persecutionis.ff.de verb.oblig. Iudicium item via denunciationis Euangelicæ, quod extraordinarium dicatur,probatur ex tex.in c.nouit,de iudic.& in ea.
56 omni,de testib. Et in vtroq; † casu inquisitionis,& denũciationis considerari potest,ꝙ non interueniunt personę necessariæ,& ordinariæ in iudicio, videlicet, iudex,actor, & reus, iuxta tex.in c.forus,de ver.signi.in c.1.4.q.4.quo fit, vt cum deficiat persona actoris,seu accusatoris,iudicium dicatur extraordinarium:vt contingit,quando ordinarius procedit cõtra aliquem ex officio per denũciationem Euangelicam, vel per inquisitionem, ad tex.in c.inquisitionis. & in c.qualiter, & quando.de accus.& alios per glo.hic citatos.& per Bar.in l.2.§.si publico.ff.de adulte. vbi remedium inquisitionis vocat extraordinarium. Voluit etiam Innoc.iudicium inquisitionis dici extraordinarium in c.cum oporteat,de accusa.Et hæc est communis Legistarum post Bart. in l.maritus. §.sin autem exiens. ff. de adulter. Et voluerunt Bal. Ang. & Pau. Castren.in l.1. C.de libert. & eor.libe. Est etiam communis Canonistarum,vt post glo.hic, & Doc.Abb.& alij super rubri.de iudic. Et quòd iudicium omne,in quo proceditur of-
57 ficio † iudicis dicatur extraordinarium, probatur etiam per tex.in l.falarium, iuncta glo.ff.manda.in l.1. §.& hoc rescripto.ff.de ventre inspic. & per Alex.latè in alleg.l.filiusfamilias.ff.si cer.pe. Ratio illa adduci potest, quia regulariter nemo sine actione experitur,l.pupilli.§.videamus. ff.de negot. gest. Ergo vbi agitur ex officio sine actione,agitur contra regulas iuris: ergo iudicium vocabitur extraordinariũ.Quantum ad iudicium inquisitionis attinet, aduertendum est, ꝙ Doct.plures,& hic,& super rubr.de iudic.& alibi plura contra illam communem opinio.adducunt,quæ videri possunt. Ego præter alios contra communem, seu ad illius limitationem pondero, ꝙ hodie de generali consuetudine in quocun
58 que casu procedi potest, & procedi solet per † inquisitionẽ, vt dixit Gandi.in tracta.malefi.tit.quomo.de malef.cogno. per inquisit. col.1. versic.sed hodie. Alberic.in l.ea quidem, col.2. vers. de consuetudine tamen. C.de accusat.& Aret.in tract.

tracta.malefi.in ver.hæc est quædam inquisitio.colu.5. & ibi addentes ad ipsum.ac M.Ant.Blan.in tract.de inditijs. circa princ. num.9. vbi etiam testatur de vniuersali consuetudine Lombardię: Et dicit se credere etiam alibi id seruari:quo fit, vt hodie hæc via inquisitionis non extraordinaria, sed ordinaria potius vbique videri debeat. Et pro hac mea noua limitatione,seu declaratione adduco dictum Bart. illiusq; rationem in l.si maritus.§.si ante extraneus.num.3.ff.de adult. vbi postquam ostenderat cessare inquisitionem inchoatam superueniente accusatore,ea ratione, quia accusationis iudicium est ordinarium, inquisitionis verò extraordinarium: tamen si ex forma statuti iudex per inquisitionem potest in distinctè inquirere,& sic inquisitionis remedium, quod passim admittitur,efficitur ordinarium, cum ex lege municipali regulariter concedatur, & consequenter non cessabit illud iudicium inquisitionis superueniente accusatione. Sequuntur Bald.in c.super literis.colum.penul.de rescrip. & Ang.in præalleg.§.si ante extraneus.& Aret.hic.

Ex gl.3.in 3.par.colligunt Abb.& alij communiter hic,ꝙ
59 licẽt scripturis notarij † in contractibus, & alijs extraiudicialibus non sit fides adhibenda,nisi habeant testes in eis descriptos,ad tex.in §.sancimus.in Auth.de here. & falc.gl.in l.iurisgentium.§.quod ferè.ff.de pact. Lap.alleg.81. non valuit. col. 2. vers. nec facit fidem instrumentum iconomatus productum,quia sine testibus, & solemnitatibus debitis,&c. Actis † tamen notarij,seu scripturis acta iudicialia continentibus absq; testibus statur,per text.in l.in donationibus. C.de
142 num † citationis ad dicendum, & opponendum contra iura producta, vel contra certa acta, pars vlterius audiri non debet, vt amplius opponere possit. Ang. in l. peremptorias. col. vlt. C. senten. rescin. non pos. Purpurat. in l. 2. num. 78. in 3. limi. C. de eden. Amplio vt contumax etiam refectis expensis 148 post terminum ad opponendum, opponere non possit. Spec. in tit. de appel. §. qualiter. versi. sed pone, quòd processum. glo. in c. 1. in §. sed si pars. in versi. absentia. de elect. lib. 6. Ias. in l. sancimus. nu. 19. in 7. q. Duæ limitationes dari possent, quas alibi discutiam: prima est si in termino dictum sit Generalia contra. Altera, si res sit integra.

143 Nono quæro an † dilatio concedi debeat propter absentiam aduocati? Distingue primo, aut quis habet plures aduocatos: & negatiuè responderem, si alius sit sufficiens, ido neus, ac bene instructus. Ange. in l. idcirco. per illum text. ff. de iudi. Inno. & Feli. post eum in c. 1. vers. suas etiã. vt li. non contest. Aut is habet vnum aduocatum solum: vel vnum excellentem, alios non: vel vnum instructum, alios status, & meritorum causæ ignaros: Et hic vnus aduocatus, aut est cito reuersurus, aut non: primo casu danda est dilatio: altero non, argu. tex. in l. si longius. & ibi Ang. in prin. ff. de iudę. & voluerunt Bar. in l. ait prætor. num. 2. per illum text. ff. ex qui. cau. maio. Idem Bar. in l. sed si vnius. §. quod autem. ff. de iniur. Innoc. & Felin. in princ. in alle. c. 1. vt lit. non contesta. Ioan. Andr. in addit. ad Specu. quæ incipit in prædictis. titu. de dilatio.

144 Decimo quæro † an pendente dilatione officium iudicis conquiescere debeat? Pro affirmatiua est text. in l. siue pars, 149 siue integra dilatio fuerit data, eousque iudicis officium cõ quiescat, donec petiti temporis defluxerint curricula. C. de dilatio. est etiam text. in c. significante. de appel. quod & voluit glo. in c. commissa. & in c. vbi periculum. de electio. lib. 6. ac in clem. sæpè. in ver. post dationem. de verb. signi. glo. in l. 1. in ver. nullus. ff. de ferijs. Ancha. consi. 36. visa quadam. nu. 6. vbi quòd dilatione pendente adeo iudicis officium conquiescit, vt non valeat ipso iure, quod fit in præiudicium dilationis. Innò. Abb. & alij in c. 2. de procur. Barto. & Bald. in l. penul. C. quomo. & quan. iud. Bart. in l. seruum. §. publicè. in fi. ff. de procu. Bar. in l. quæsitum. ff. de re iudic. & in l. 2. §. si quis in iudicio. & ibi Ias. hanc communem affirmans. ff. si quis cautio. Idem voluit Rot. 37. Nota ꝙ si iudex. nume. 2. de appel. aliàs 406. in ant. Mil. in Reper. in vers. iurisdictio sicut. Fran. in alle. c. significante. num. 15. de appell. Et processus factus post dilationem est ipso iure nullus, sicut post appellationem, vel recusationem, vt cauetur dec. Tho. de Thanis in Recollectis 108. incipien. In eadem. & voluit Prob. in Addi. ad Ioan. Mona. rubr. vt li. penden. lib. 6. Immo dicunt sententiam latam pendente termino adeo esse ipso iure nullam, vt illa consensu partium ratificari non possit, prout per Bald. in l. penul. col. vlt. ver. Et illud, quod dico. C. de arbitr. Cy. & Bal. in alle. l. siue pars. C. de dilatio. Fran. in c. personas. num. 16. de appel. sequitur Ias. consi. 44. col. 1. lib. 3. & in l. 2. col. vlt. ff. de re iudi. Insuper arguendo a bello † ad iudicium, 145 seu ad lites, ad tex. in l. fori. ibi, Ad exemplum militum. & l. aduocati. ibi, Non minus prouident humano generi, quàm si prælijs, atque vulneribus patriam, parentesque saluarent, cum ijs, quæ sequuntur. C. de aduo. diuer. iudicio. Videmus 146 quòd † induciæ, quas cessationem a bello in certum tempus inter hostes pactam describere possumus, interim a pugnando otium præbent. Cice. lib. 1. Officio. Cum triginta (inquit) dierum essent pactæ cum hoste indutiæ, noctu populabãtur agros, quod dierum essent pactæ, nõ noctium indutiæ. Et sic regula præmissa, quòd dilatione pendente nihil fiat, ampliatur ad dilationem conditionalem, seu ex pacto, vt sentire etiam videtur Franc. in alleg. c. significante. num. 21. de app. ac ad dilationem militarem, seu bellicam, ad supra adducta. Ampliatur etiam ad dilationem iuris, vt quemadmodum quod fit dilatione hominis pendente nullum est, ita quod fit dilatione iuris pendente. Lap. alleg. 2. num. 7. & præalleg. Dec. Rotæ 406. nota quòd si iudex. nu. 2. in antiq.

Limitationes 11. ad hanc † regulam quòd dilatione pendente iudicis officium conquiescat ponit Franc. in alleg. c. significante. de appel. & xxij. Soci. Regu. 127. in ver. dilatione pendente. Generalior, & verior declaratio ad dictam regulã est, quòd illa procedat, nisi simus in penitus diuersis, vel in non repugnantibus dilationi. ad l. generaliter. §. nullo. & ibi Bar. ad fi. vers. Nota quinto. C. de reb. credi. Rot. 128. Iudex. in 1. addi. post medium. ver. illud autem quod in termino. in no. in c. significante. vers. & hæc est ratio, Imo. col. 3. in 3. fallen. Abb. num. 9. & Franc. in 8. limi. de appel. Et præmissa faciunt ad corroborationem Deci. Rotæ Romanæ, quòd concessa dilatione ad partes apprehenso in Curia Auditor possit decernere † compulsoriales, & facere alios actus, dilationi non repugnantes. prout Deci. accoram. 30. incipien. penden te dilatione. sub titu. de dilatio. ac Putei. 12. & pereg. 10. eod. titu. pro qua conclusione adducitur etiam Georg. Natta in cle. sæpè. col. 3. de verb. signi. Et præmissam cõclusionem declarat etiam Lap. alle. 82. In causa matrimoniali. num. 6. con cludens verum esse dilatione pendente iudicis officium con quiescere circa ea, quæ impedirent, turbarent, vel implicarent actum comprehensum in dilatione, sed non alia extranea. Inferens quòd si iudex assignet terminum partibus ad probandum in causa, & dilatione pendente altera partium aliquid attentauerit in præiudicium litis, vel partis alterius, nulli dubium, quod iudex poterit officium suum impendere circa reuocationem attentatorum, non obstante dilatione assignata. Pro præmissa declaratione, & limitatione Lapi videri poterũt, quæ scripsi super 14. formula cõmission. in 5. q.

Sciendum item est, quòd si data sit dilatio ad probanda ea, quæ sunt de articulis iuris, ea pendente iudex, qui ex inspectione librorũ potest se informare, procedere potest, ac sententiam ferre, vt sensit post Bart. & Bal. in l. cum pater. §. curatoris. ff. de leg. 2. & Ias. in l. 2. ff. de re iudi. Grat. consi. 77. duo principaliter. num. 20. ver. præterea dico. lib. 2.

Ex præalle. glo. in ver. dilationes. Abb. & alij nonnullas cõ clusiones eliciunt, quarum prima est, quòd † missio in possessionem fieri non possit, nisi pendente citatione perempto ria, ad quod adducitur glo. in l. si finita. §. Iulianus. quæ glo. magna

magna, est clauis totius materiæ primi, & secundi decreti, quæ glo.post princ.inquit, quòd quando peruenitur ad primum decretum citatur aliquis peremptoriè, & si nec venit, nec mittit, tunc aduersarius immittitur in possessionem bonorum, licet aliter olim, aliter hodie. Et quòd citatio peremptoria requiratur vt missio in possessionem prædicta fieri possit, adducitur text.in l.præsenti.§.cum autem.C.de his, qui ad eccle.confu.qui text.generaliter loquitur, & sic non restringendus ad secundum decretum tantum, vt nonnulli voluerunt. Et hanc communem affirmat Alex.in d.§.Iulianus.cum quo post subtiles considerationes contra dictam communem, tandem residet hic D.meus post num.90.versi. Non tamen recedendum.

Secunda conclusio, quæ ex dicta gl.& nota.per Abb.col-
150 ligitur est, quòd † contumax in prima citatione punitur in
155 expensis.vt etiam voluit Bar.in l.contumacia.& ibi Alex.ff. de re iudi.& in l.sancimus.& ibi Bart.C.de iudi.Idem Bar.in authen.qui semel.C.quomo.& quan.iudi.c.querelam.& ibi glo.& Abb.de procu.c.cum dilecti.de do.& contu.Et contumax tam diu a iudicij limine repellitur, quandiu expensas,& damna ob ipsam contumaciam illam refecerit.l.sancimus.C.de iudi.cum authen.ibi posita. Et iudicis æstimatione istæ expensæ enumerari solent, vt dicit text.in d.l.sanci-
156 mus.& ibi Ias.nu.8. Et licet ibi velint etiam expensas factas in hospitijs,& itineribus reficiendas esse, vt etiam per Ias.in l.properandum.§.sinautem alterutra. num.14.C.eo.titu.de iudi.quod intelligit deducto eo, quod domi existens expendisset, quod probat Plotus in l.si quando.num.674.C. vnde vi.quod tamen Gui.Papæ q.625.ex stilo in curijs Delphinatus aliter obseruari affirmat: Romæ tamen hoc non seruamus, seruari tamen vidi, & in causa propria obtinui eas litis expensas, quas aliàs facissem si aduocatum conduxissem: ea præcipua ratione quia occupatus, & continuè vexatus in mea causa pensionis, plures clientelas dimittere iuraueram.pro ijs plura adducit Boe.decisi.210.num.3.Contumax item quas expensas accessorias reficere debeat ponunt Purpurat.in l.edita.num.305.C.de eden. ac Neuiza.consi.
151 17.num.16. An autem † contumax absque noua citatione mulctari possit, cõmunior, & verior opin.est pro negatiua, per tex.in l.2.ibi Ex causa competenti iudici mulcta pro iu-
157 risdictione iudicis damnabitur.& ibi Bart.num.17.ff.si quis in ius voca.non ier.& per omnes in l.2.ff.si quis ius di.non obtem.per Maria.Soci.in c.veniens.num.9.in vlt.not.de accusa.per Aret.post alios in c.1.num.6.ac Rip.num.80.in 2. conclu.hanc communem affirmantem.de iudi.

152 Tertio dubitatur hic per scribẽ.an † excommunicari possit contumax absque noua citatione? Et pro negatiua videtur verior, & tutior opi.ex quo ad excommunicationis fulminationem deueniri non debeat nisi ex magna causa, & omni cum moderatione.c.sacrosan.de senten.excomm.c.1.
153 vbi omnes.de iudi. Et contumacia † propter quam quis excommunicandus venit duobus modis considerari potest, vel quia contumacia sit in non comparendo, iuxta text.in c. quoniam frequenter ad fi.vt li.non contest.in c.ex parte.1. ibi Ad intelligendam.de verbo.signifi.in c.venerabilibus.§. porrò.de senten.excommu.lib.6. Altero modo contumacia huiusmodi considerari potest, videlicet in non parendo, vel in contraueniendo præcepto facto.præallega.c.ex parte.ibi Quia videlicet iustus noluit maleficium emendare.c.excellentissimus.ad fi.11.q.3.Docto.in c.1.de iudi.stilum Romanum circa excommunicationes fulminandas latè prosequutus fui in tracta.Monitorio.q.31.ideo multa huc spectantia, ibi posita, hic non repeto.

Glo.in versi.recusationes.in 3.par.diuiditur.In prima infert recusationes in scriptis redigendas. In 2.quæ est ibi Et recusatione.infert recusationem impedire processum faciẽdum super negocio principali.In 3.ibi Quid iuris.quærit, & remittit se. Illatio, quæ elicitur ex prima par.glo.in se vera est, & probatur ex tex.ac glo.in l.apertissimi.& in l.vlt.C.de iudi.vbi glo.docet qualiter hæc recusatio proponenda sit. Quod etiam voluit Spec.in tit.de recusa.§.vlt.versi. ad hoc. Negat autem Abb.hic illationem præmissam ex hoc tex.eli-
159 ci posse, in quo solum cauetur, vt acta redigantur in scriptis
160 per notarium causæ, non autem quid pars facere debeat. Verum quia parui refert scire an etiam ex hoc text.idem, quod aliàs de iure statutum erat disponatur, cum sat sit nouisse & iure ciuili, & iure Pontificio id cautum esse, vt præalleg.l.apertissimi.& ibi omnes,& alijs in locis supra citatis,

154 vbi probatur † recusationes in scriptis per ipsas partes porrigendas esse, quod etiam voluit Soci.regu.169. in versi.exceptio in actis redigenda est, in 1.fallen.Ideo super præmissa Abb.oppositione amplius nobis immorandum non erit. Causas autem propter quas recusationis libellus in scriptis porrigi debeat, tres adducit Bero.hic post num.148.versi. Cur autem sit porrigendus in scriptis. Illa ratio videtur validior, vt instar appellationis ab interlocutoria, requirentis expressionem causarum descriptarum apparere possit an sint legitimæ, efficaces, & admittendæ.cap.1.de appel.lib.6. Idem dicendum sit in schedula, seu libello recusationum.d. l.apertissimi.& l.vlt.vbi etiam glo.C.de iudi.Aequiparationem etiam appellationis ab interlocutoria, & recusationis habemus in c.cum speciali.ibi, frustratoriæ recusationis.de appella. Ex quo text.sumi potest argumentum † ab appellatione, ad recusationem.Hinc dixit Mil.in suo Reper.Iurisdictio sicut suspenditur per appellationem, ita per recusationem.Quod etiam voluit Vitali.super clausu.Nil noua.recusa.iudi.penden. Et pro hoc argumento videatur alle.1.Lapi in princ.vbi quòd appellatio, recusatio, & relatio simul intitulantur,& ibi nonnulla addo in ver.appellatio.

Pro intellectu 2.par.glo.& infra subijciendorum præmit-
156 to, quòd de iure ciuili † delegatus, vel subdelegatus propter suspitionem potest in totum recusari, & vt suspectus remoueri, ordinarius verò non recusatur in totum, sed ei datur adiunctus, præallega.l.apertissimi. iun. sua authen. C. de iudi.vbi etiam Barto.& alij Aduertendum tamen est, quòd id quod dicitur in dicta authen.de episcopo, de consuetudine non seruatur, sufficit enim, quòd alius associetur secundum Guil. de Cun.Bald.Saly.& Pau.Cast.ibi Quod etiam voluit Alex.consi.12.viso processu.volu.6. De iure vero canonico tam ordinarius, quàm delegatus in totum recusari potest.c.si quis contra clericum.vbi Abb.& alij.de fo.comp. præalleg.c.cum speciali.vbi Abb.in 1.not.de appel. Roma. singu.455.Bart.in differen.iuris ciuilis, & canonici.differen. 27.Ego Romæ vtrunque seruari vidi: vidi enim ordinarijs dari adiunctos: vidi rursus illos in totum recusari stantibus vrgentibus suppositionibus.

Super dicta 2.par.glo.in versi.recusationis.quærunt hic
157 an † post recusationem, & allegationem suspitionum processus sit ipso iure nullus? Quinque fuerunt opin.quas refert Roma.in l.quia poterat.num.12.ff.ad Trebel.& consi. 220.circa primum.num.3.& seq. Innoc.in c.cum speciali.de appella.voluit processum non esse nullum.& ibidem idem voluit Ant.de But.Cardi.& alij relati per Alexan.in alleg.l. quia poterat.num.6.In hac opin.residet Lanfran.super dicta glo.in ver.recusationes.vers.vos autem teneatis sententiam Inno.idem concludit D.meus Phili.Deci.consi.175.in causa.post num.2.versi.& licet nonnulli.vbi hanc veriorem dicit.Contrariam opin.quòd immo talis processus sit ipso iure nullus tenuerunt Hostien.in alleg.c.cum speciali. Bart.in allega.l.quia poterat.num.3.versi.sed quæro quid si recusatus vt suspectus.Lap.allega.1.in princ.vbi alios idem tenere refero in 1.addi. Et hanc opin. esse magis communem tam de iure ciuili, quam canonico attestatur Claud.Seysel.in d.l. quia poterat.col.2. Et quia super hoc articulo latè scripsi in d.1.addi.ad 1.alleg.Lapi, ad ibi dicta me remitto.

Ibi tamen dictis addo, quòd si is, † qui suspectum allega-
158 uit iudicem, & postea coram eodem litigauit super negocio principali: sibi omnino præiudicauit, & illi exceptioni, seu oppositioni renunciare visus fuit, argu.text.in c.sollicitudinem.de appel.& in c.gratum.vbi glo.vlti.dat concordan.de offi.deleg.Et in proprijs terminis concludit glo.in ver.in dilatorijs.post prin.de exceptio.vers.& qui illam omittit transeundo ad alias. Abb.in c.inter monasterium.in 3.not.post num.3.versi.& ex prædictis, & ex text.infero, quòd si quis post propositam recusationem.de re iudi.Hoc etiam voluit Alex.in l.non solum.§.morte. col.4.vbi dicit esse communem opi.q̃ si reuocans postea coram eodem iudice compareat & non repellit sententia valeat.

Secundo quæro quando proponenda sit exceptio recu-
159 sationis † iudicis? Respondeo, quòd a principio: & sic ante
160 alias exceptiones, quod ꝓbo † arguendo ab ordine, qui maximè attendi debet, videmus enim præposteram petitionẽ, & commu.ordinem reijci.l.fundum.& l.fundi.ff.de except. l.indebitum.C.de hæredi.actio.Et dixit Bald.con.Schisma. posito in rub.C.si quis ali.testa.prohi. scire quid facias, nescire autem quo ordine facias, nõ esse perfectæ cognitionis.

Ex

Et ex ordine præsumitur,& colligitur mens, & voluntas disponẽtis.l.quoties.in prin.ff.de vsufru.vbi vsusfructus alternis annis duobus relicto, illum prius nominatus incipiet habere. Facit tex.in l.Gallus.§.quidam rectè.iun.glo.in ver.nõ exprimatur.ff.de libe.& posthu.est tex.in l.generaliter.§.q̃d ergo.ff.de fideicom.liber.in l.qui soluendo.2.ff.de hære. insti.in c.mandato.de præb.lib.6. Et per illos tex.Ange.& Ioã. de Imo.in d.l.qui soluendo. dicunt, q̃ ex ordine verborum designatur ordo intellectus,& inducitur prælatio in his, quæ applicari non possunt nisi vni ex nominatis.Quod etiam vo luit Bald.in l.1.C.de edi.di.Adri.tollen.Hinc lepidum dictũ refert Felin.in c.cum dilecta. de rescr.post nu.4. ver. & ideo. refert Angel.in d.l.generaliter.§.si quidem. quòd cum Papa Vrbanus dixisset fratribus minoribus, vt darent ei in scriptis nomina trium religiosorum, quorum vnum promoueret ad Cardinalatum: Illis scripserunt tria nomina in forma spherica, ne ex ordine scripturæ apparere posset, quem digniorem existimarent, quo viso respondit Vrbanus, Ordinem peruertistis, ordinem peruertam, & illorum neminem Cardinalem creauit. Credendum est igitur Inno.III.huius canonis conditorem, qui (vt iam dixi) fuit magnus iurista, rursus magnus Canonista, non ex abrupto, confusè, & absq; ordine verba hic collocasse, immo illa vbi maximè cadebant disposuisse. Quæ tanto magis præsumi debent, cum hæc cõstitutio, vt ipsius ex inscriptione apparet, sit conciliaris. Postremò pars vna dispositionis testamenti, iuramẽti, legitimationis, statuti alteram declarat.l.qui filiabus.in prin.ff.de leg. 1.l.cum proponebatur.ff.de lega.2.Abb.consi.36.colũ.vlti. lib.1.Grat.respon.1.nu.25.lib.1.Infra autem dicitur, q̃ omnia competenti ordine conscribantur. Et ex ponderatione eorundem verborum infertur etiam, quòd licet tacitè inesset, quòd ordo seruandus esset in describendo, & ordinatè verba, & alia collocando, propter expressionem eorum, q̃ tacitè inerant, concludendum est, expressum vltra tacitum operari debere.l.vlt.C.de nouatio.l.a Titio.ff.de furt. vbi si res expresè legatur, dominium in legatarium transit: secus in tacito relicto.Bar.in l.emptor.§.ancilla.ff. de rei uendica. vers.ex quo nota.& in l.seruum filij.§.vlt.in fi.ff.de lega.1.& facit regula, expressa nocent, non expressa non nocent.ff.de regu.iur.vbi notant Scriben.q̃ expressa plus nocent ad annullandum actum.l.nonnunquam, vbi glo.& Doct. ff.de cõdi.& demon. Alex.in l.cum quid.ff.si cer.pet.Et cum hic mãdetur iudicis recusationem, deinde alias exceptiones describi debere: consequens est, vt dicamus illam in principio litis, & ante alias exceptiones, vel oppositiones proferri,& deduci debere.Quod ét ꝓbo, quia oppositio recusationis iudicis
161 est declaratoria fori, at exceptio † declinatoria fori ante alias exceptiones opponi debet, iuxta tex.in l.præscriptiones fori in principio a litigatoribus opponendas esse legum decreuit authoritas.C.de excep.similis est tex.in c.cũ inter monaste-
162 riũ.vbi ét Abb.nu.3.& alij.de re iudi.Et q̃ recusationis † causæ statim exprimi debeãt ꝛcludũt gl.ĩ ver.dilatorijs. cir.prin. in c.exceptionem.per hunc tex.de exceptio.D.meus Philip. Deci.post alios in c.cum speciali.num.9.de appel.& Bero. hic num.162.ibi, De quibus in principio ante omnes alias exceptiones cognoscendum est.Idem Bero.consi.16.nu.15. & 27.lib.3. Maran.de ordi.iudi.par.6.nu.25.Practi.Papien. in forma declination.iudicis.in vers.iudicem suspectum nu. 7.& communem affirmat Natta consi.151.num.9.lib.1.Videri poterunt quæ dicam infra super 2.par.glo.in versi.exceptiones.num.168. Et pro his adduco deci.Achil.1.sub tit. de recusa. iudi. quæ incipit processus per iudicem.versus fi. in hæc verba.In quam etiam dixerunt esse aduertendum si a principio non fuerat opposita, quia post primum actum,
164 qui habet effectum litis contestationis in summarijs.l.nulla, per Bart.de procura.quia tunc vbi ex noua causa potest recusari. Declaro illa verba præmissæ deci. quæ magni sunt ponderis, sed satis quidem dubia. Infertur ex illis, quòd regulariter ante litis contestationem, non autem post opponi possit exceptio recusationis iudicis: Et hæc procedunt in causis, quæ ordinariè tractantur. At si sumus in summarijs,& in ijs, quæ tractantur de plano, sine strepitu,& figura iudicij, in quibus non requiritur litis contestatio, immo primus
163 actus † iudiciarius æquipollet litis contestationi, pro quo ad ductus fuit Bart.in alleg.l.nulla.de procur.dicite vos.C.ver. quicquid est in causis, in quibus non contestatur lis: & hoc casu Rota sensit, quòd in primo actu iudiciario opponi, & specificari debeat causa suspicionis iudicis. Alibi dicunt actũ primum, qui fieri potest post litem contestatam, æquipollere litis contestationi, vbicunque lis non contestatur. glo.in ver.absentia.in c.1.de electio.lib.6.Inn.Ant.de But.& Abb. in c.si duobus.de appel.Fely.in alleg.c.insinuante.nume.16. de offi.dele. Tandem ex vltimis verbis dictæ dec.& ex dictis Doct.in alleg.c.cum speciali.de appel.& in hoc c.nostro cõcludendum est, quòd etiam post litis contestationem, & in quacunque parte iudicij si suspitio erga iudicem de nouo oriatur, vel de nouo detegatur, validè deduci, ac proponi, & probari possit,& admitti debeat. Exempla, quando suspicio de nouo oritur, vel diu celata apparet aliquando, pluribus in locis habemus, puta iudex coram quo litigo, siue ordinarius sit, siue delegatus accepit in vxorem Calphurniam contra quam litigo, vel lite pendente, vel diu ante: sed non prius id scitur, quam in lite plures actus facti sint. Iuxta hos, & alios terminos l.qui iurisdictioni.& ibi per omnes.ff.de iurisd.om. iudi.& per Abb.& alios in c.causam quæ.de offi.deleg.Constituenda est igitur regula ex supra dictis, quòd recusatio nõ solum ante litem contestatam, sed & ante omnes dilatorias exceptiones opponi debeat.l.sed & si susceperit. in princ. ff. de iudi.præalleg.l.vlt.C.de except. glo. & Docto.in c.inter monasterium.de re iudi.Lanfran.in præalleg. versic.recusationes.in princ.Et pro concordia glo.& Bart.ac aliorum in l. quidam consulebant.ff.de re iudic.& in l.si conuenerit. ff.de iurisd.om.iudi.ac pro faciliori intelligentia dicendorum super proxima,& alijs sequen.glossis super præmissis distingui ét posset hoc modo, Aut quis opponit aliam exceptionem dilatoriam ante litem contestatam, & tunc videtur prouocare iudicem, vt super ea pronunciet,& censetur eo ipso in iudicem consentire. Innoc.in c.inter monasterium. de re iudi. Lanfran.in dicto versi.recusationis.in princ. versi. & aduertendum est, q̃ exceptio recusationis. Si verò non opponitur aliqua exceptio, & requiritur litis contestatio, cadit etiam alia distinctio, videlicet, Aut ante litem contestatam apparebat causa suspicionis, seu apparere poterat, quòd esset locus exceptioni cuiusuis dilatorię, & procedat regula præmissa. Aut (vt præmisi) nuper emergit suspicio, seu post litem contestatam quæ ui alia exceptio dilatoria apparet, & tunc quã docunq; opponi poterit.l.non distinguemus.§.cum quidam. ff.de arbit.l.Iulianus.ff.de iudi.Ange.in l.vlt. C.de iurisd.om. iudi.c.insinuante.ff.de offi.dele.Rom.sing.362. Tu scis quãdo exceptio.Fely.post alios in c.pastoralis. de except. Idem Fely.in alleg.c.insinuante.num.15.vbi q̃ hanc veriorem putat.de offic.deleg.Et hanc cõmunem affirmat Loffre.decis. 40.quæ incipit exceptio dilatoria. Et quòd superueniente suspicione ipso tempore conclusionis causæ, vel etiam post causæ conclusionem, vel notitiã ipsius suspicionis possit iudex recusari,& exceptio huiusmodi admitti debeat est text. in l.2.C.de consor.eiusdem.in alleg.c.pastoralis. de exceptio. voluit glo.in c.cum speciali.de app.Bar.& alij in l.vlti. C.de senten.Ange.Sali.& Pau.Castren.in l.apertissimi.C.de iudi. Idem Ange. & Imo. in alleg. l.quia poterat. ff.ad Trebel. Et causam suspitionis de nouo superuenisse, etiam solo iuramento probari posse voluerunt Ange.in l.nemo carcerem. C.de exa.tribu.lib.10.& vterque Imo.in l.2.in princi.ff.solu. matrimo.

Glo.in ver.exceptiones. diuiditur in 4.par. per Bero. hic.In prima infert vnum ex text.In secunda, quæ est ibi, Et hic propriè.quæritur de quibus exceptionibus tex.hic loquitur.In tertia ibi proposita exceptione, quæritur an simul cognosci possit de dilatorijs cum negocio principali.In quarta ibi, Et ex ordine, quæritur quo ordine sint proponendæ recusationes,& aliæ exceptiones.Ex prima parte gl.colligitur,
164 vt etiam per Abb.& alios hic, q̃ exceptio † porrigenda est in scriptis,& redigenda in actis postea per notarium, quod etiã sentire videtur glo.vlt.in fi.quæ est Ioan.Andr.in c.appellatio.de appel.lib.6. Primum fatentur omnes falsum esse, siue loquamur de iure antiquo, siue posteriori: De iure enim ff. non solum cautum non erat, quòd exceptiones in scriptis dari deberent, immo nec etiam q̃ actoris petitiones.l.1.iun. glo.in ver.edere.& ibi Bart.num.4.ff.de eden. De iure verò posteriori, videlicet ex tex.in authen.offeratur. cum glo.C. de lit.conte.in c.inducię.§.offeratur.3.q.3. & in c.1.de libel.
165 obla. decernitur † libellum in scriptis esse dandum. Et dixit Bart.in l.in sacris 3.num.3.C.de proxi.sacro.scrinio.lib.12. quòd non sufficit ire ad banchum iuris,& dicere, quòd notarius scribat suam petitionẽ: & ibi Alex.in sua addi.alios ad idem citat vbi supra: nihil autem vbi supra de exceptioni-

bus,

bus,quòd in scriptis produci debeant,& sic casus iste per ius nouum immutatus non fuit, vnde remansit in dispositione iuris communis.l.commodissimè.ff.de liber. & posthu.l.si cum dotem.in princ.ff.sol.matri.Vera,& communis est conclusio, ꝙ exceptionis productio non requirat scripturam nec exceptio in scriptis necessariò danda sit: Quod & voluerunt Abb.hic post Hosti.Bart.in alleg.l.1.post princ.ff.de eden.& ibidem Ange.in princ.& Alex.idem Bart. in l.1.nu. 4.in 1.q.ff.de exceptio.Bal.in l.ne causas.C.de appel.Anto. de But.in c.1.de li.conte.Et in hoc resident hic D.meus Phi. Deci.nu.102.& Bero.nu.163.qui ita acerbe infurgunt contra Lanfran.hic,contrariam opin.substinere præseferentem, vt nimis in cum sæuire videantur Lanfran.argumenta contra communem, rursus congruas ad illa D.mei, & Beroi responsiones per vos videre potestis, sed aduertatis, ꝙ antequam Lanfran.deuenisset ad illa argumenta,iam in cõmuni opin.pedes fixerat,dum sic locutus fuisset,videlicet simlliter exceptio est de actis,nam exceptionem non est necesse fieri in scriptis,sed sufficit oretenꝰ exprimere,vt deinde illa apud acta redigatur,iste est text.in l.scire oportet.ff.de excu.tuto. Dicite vos in §.oportet.vbi excusatio tutoris potest nõ minus viua voce, quam in scriptis coram iudice proponi.Subdit idẽ Lanfran. Hoc tenet expresè Bar.in l.1.ff.de aceptila. & ita tenendum est in iudicando. Hæc sunt verba Lanfran. qui cum resideat cum Bar.in d.l.1.Dicite vos de exceptio.& tandem concludat in iudicando nõ esse recedendum ab hac opi. Mihi videtur,ꝙ quicquid postea dixerit id fuerit disputandi causa, vel potius vt ingenij acumen ostenderet. Et dixit infra in versi.exceptiones ad fi.in praxi seruari exceptionem propositam in modum exceptionis non requirere scripturam.

Ex 2.par.Glo.Abb.notat, quòd illa est propriè exceptio, quæ contra aduersarium, vel contra rescriptum opponitur, recusatio verò contra iudicem, & sic respondet ad oppositionem de superfluitate, quòd immo non superfluè post recusationes,exceptiones hic exprimantur,tanquam diuersę, videamus qualiter accipiatur exceptio, qualiter recusatio.
166 Exceptio † iuxta terminos nostros dicitur rei defensio aduersus actoris petitionem. Sic apud M.Tullium 2.de Inuentione.Prætorijs exceptionibus multę excluduntur actiones. l.1.& 2.ff.de exceptio.vbi etiam, ꝙ exceptio dicta est quasi quædam exclusio, quæ interponi actioni cuiusque rei solet. Pro quibus Azo in sum.C.eo.titu. Et hoc modo strictè, & propriè accipiemus exceptionem pro illa defensione quæ competit reo contra actionem competentem in eum. Et sic exceptio propriè,actionis exclusio erit,prout etiam per glo.
167 in versi.irritari.ad fi.in c.dudum.de electio.2.Recusatio † (vt iam diximus) est iurisdictionis,vel audientiæ causa suspitionis propositę declinatio.vt l.apertissimi.& ibi nota.C.de iudi.c.secundo requiris.de appel.& per Specu. titu.de recusatio. Recusationem pro defensione, & sic pro exceptione vsurpauit M.Tullius 1.de legib.in hæc verba, pœna violatæ religionis iustam recusationem non habet.propriè igitur loquendo recusatio non dicitur exceptio,sed impropriè,& sic statutum imponens pœnam excipienti, non comprehendet recusantem iudicem vt voluit Abb. hic, quod verius est quicquid dixerit Soci.in l.2.num.4.ff.de exceptio.Ratio est quia statutorum verba sunt propriè, non impropriè, vel fictè accipienda.l.3.§.hæc verba, cum glo.in versi.hæreditatem.ff.de nego. gest. l.hæres quandocunque.cum glo.& ibi Bart.ff.de acqui.hære.Tanquam igitur inter se diuersæ, positæ hic fuerunt recusationes, & exceptiones,prout probat hic Bero.num.166.qui postea num.173.concludit,& rectè,
168 prius proponi debere † declinatorias exceptiones,quam recusationem iudicis, per declinatorias enim quis non consentit in iudice,nec fatetur illum contra quem declinatorias proponit iudicem esse.l.2.versic. eadem æquitas. ff.ne quis eum,qui in ius voca.est.l.non videtur.cum duabus seq.ff.de
169 iudi.l.1.& toto titu.C.si a non compe.iudi.At is qui † recusatur,iudex supponitur,& iurisdictionem habere.l.apertissimi.&l.vlti.C.de iudi.c.secundo requiris.§.tertio.& c.cum speciali.de appel.si igitur prius iudex recusatus fuisset, non potuisset postea eius iurisdictio declinari.At postquam constat aliquem esse iudicem,tunc ille suspectus allegari potest, & tanquam suspectus recusari,ad supra adducta. Et ex ijs pridiè dixi, & ita fieri debere obtinui in collegio nostro Pisano in lite, & causa mota per Magnificum D.Rectorem, huius præcessorem, super præcedentia annali coram moderno D.Rectore hoc ordine procedendum esse, vt prius obijciamus declinatorias exceptiones, videlicet quòd ipse non sit iudex ordinarius collegij nostri,& quatenus esset, ex quo processit vti subdelegatus, seu potius procedere velle comminatus est,prius discutiendum esse super delegatione, ac rescripto, desuper subdelegatione, & an subdelegatio sit sup vno articulo tantum,non autem ad totam causam:Quibus discussis quatenus ipse D. Rector iurisdictionem haberet,tunc suspectus allegaretur,ea prę sertim ratione,quia sua intererat pronunciari in fauorem annalis præcedentiæ: breui enim futurum erat,vt finito eius officio,eodem annali priuilegio ipse vsurus esset, & sic vel esset iudex in causa propria contra text.in l.vni.C.ne quis in sua cau.iudi.vel statim ad litem hanc admittendus veniret.

Postremò in materia recusationis vnum nouum subijciam,cuius nũquam obliuiscamini,Dux Albæ Prorex Neapolitanus suspectus allegatus fuit, & recusabatur,quærebatur an omnia oppida in Regno Neapolitano, quæ sub ipso erant censerentur allegata suspecta, & recusato capite alicuius Regni tanquam suspecto,omnes alij iudices eiusdem Regni censerentur recusati, & consequenter a iudicando abstinere deberent? in specie consuluit,& pro affirmatiua ꝛclusit nouissimè Port.Imo.consi.91.inci. Inter Illustrissimum.nu. 14.& per totum consi.lib.2. Idem voluit Brun.consi.31.nu. 9.dicens vbi superior est suspectus eius officiales etiam suspecti erunt.

Quęro cũ Lanfran.hic in ver.exceptiones.ver.illud quoq;
170 est notandum, an excipiens † fateri videatur? Negatiuè respondendum est,per tex.in l.nemo prohibetur.ff.de except. & in l.nemo ex his.ff.de reg.iu.in c.nullus pluribus.eo.lib.6. Lap.alle.119.versi.quæro pone.ante nu.5.Abb.in c.cum venerabilis.de exceptio. Et ꝙ excipiens simpliciter nunquam fateri videatur, sed conditionaliter, hoc est si actor suam intentionem probauerit, cõem affirmat Io.de Ami.de Venas. 49.num.6.Limito conclusionem, & regulam præmissam nisi simpliciter, & explicitè aliquid in exceptionibus dicatur, vt post Fely.in alle.c.cum venerabilis. voluerunt Domini Rotę Romanæ decis. 26. Acco. incip.Diximus supra super Regu.de publican.acceptatio.

Secundo quæro an † exceptio apposita per processum ad
171 vlteriora videatur reiecta? Pro opi.negatiua est glo.in versi. quorum.in fi.& ibi Gemini.ad hoc notat in c.2.de rescri.lib. 6.est etiam glo.in c.dispendia.in ver.processus.eo.tit.& lib. Idem voluit Ant.de But.in c.super literis.col.21.de rescri.ac Pau.Cast.in l.2.nu.10.in 3.& vlt.no.& Ias.nu.46.ff.si quis in ius voca.non ier. Hyppo.de Marsi.in l.si quis de quæstione. col.18.ff.de quæstio. Calcan.consi.114.in fi.Alex.consi.83. ad fi.vol.4.Aret.consi.106.col.2.Rui.consi.114.col.vlt.hanc communem affirmans.& consi.164.col.6.vol.5.

Pro opi.affirmatiua, ꝙ imò per ꝓcessum ad vlteriora exceptio opposita reiecta videatur probat tex.in c.ex parte, 2. de appel.& ibi Bal.col.2.ver.item no. Anch.in 3.not.Cardi. in 1.Imo.in vlt.Abb.in 4.Phi. Fran.in 5.& D.meus in 4.not. nu.8.Idem voluerunt gl.in c.suborta.in ver.reprobasse.de re iud.glo.2.& ibi Abb.ac D.meus nu.28.in c.cũ super.de offi. dele.Io.And.in c.dilecto.col.1.de appel.& in cle.cũ a repulsion..in gl.1.in prin.de appel.Spe.in tit.de except.§.2.ver.& nota ꝓm Vber.Bar.in l.a procedẽte. C.de dila.& in l.eius q. in 1.no.de appel.reci.Idem Bar.in l.vlt.§.finautẽ.ff.neg.gest. Bal.in l.1.col.penul.C.de ordi.cogni.& in l.pactum.2.C.de pact.Ang.post gl.in l.2.§.si dubitet.ff.de iudi.Imo.in c.exhibita.col.2.Aret.col.pen.& Fely.col.3.de iudi.Doct.in l.prolatam.C.de sent. Rot.595.in anti.Roma.consi.220.col.pen. versi.tertiò ista conclusio confirmatur. Alex.consi.37.col.3. lib.2.Rui.consi.61.col.13.vol.5.Rip.in l.4.§.condemnatum. nu.25.ff.de re iud.Grat.consi.37.col.4.lib.1. Hæc opin.vera est,& tenenda: At procedit in eo,qui iurisdictionem habet, sed elidibilem per exceptionem:Contraria verò procedit in eo, qui nullam habet iurisdictionem ipso iure, vt est delegatus,in quo requiritur expressa declaratio,& non sufficit tacita,vt voluit Ant.de But.in alleg.c.super literis.col.13.ver.& conclude.Fely.in c.suborta.in 4.limi.in 3.casu.de re iudi.

Insuper ex dictis Ant.de But.vbi supra col.20.vbi plures glossas ad hoc citat,colligitur, quòd vt per processum ad vlteriora intelligatur tacitè reiecta exceptio opposita, requiritur,quòd absit fundamentum iurisdictionis,at vbi deficit, processus, qui postea fit, nullus est, & ex processu inualido non potest intelligi exceptio reprobata. Infert ad statutum Perusij,

172 Perusij, ego ad statutum Florentinum, quòd † gabella non soluta instrumentum executioni nõ mandetur,alioqui processus nullus sit,opponitur non solutio gabellæ cõtra ipsum instrumentum,iudex non obstante tali exceptione procedit ad vlteriora, an per hoc intelligatur talem exceptionem reiecisse? concludit pro negatiua.Idem voluit Alex.consi.84. consideratis his.cir.fi.volu.4.sequitur Ias.in alleg.l.2.nu.46. ff.si quis in ius voca.non ier.subdens, quòd dicta regula, ꝙ per processum ad vlteriora exceptio exclusa videtur,intelligitur, & procedit quando super tali exceptione proposita plene cognitum, & discussum fuit.pro quo citat Io.And.in addi.ad Spe.tit.de senten.in ver.item est sciendum, & etiam alios ad id refert. Quod etiam voluerunt præter relatos a Ias.vbi supra idem Io.And.in c.inter monasterium.col.pen. de re iudi.Bart.& Ange.in l.a procedente. C.de dilatio.Pau. Cast.in l.nam & postea.§.si damnetur.num.2.ff.de iureiur. Roma.consi.241.colum.2. Aret.consi.106.colum.6.versic. & hoc est verum.

Contrarium tenuerunt Corn.consi.85.col.3.vol.4.Phili. Franc.in c.ex parte;col.3.de appel.ac Fely.in c.suborta.in 1. limi.de re iudi.Concordant præfati Fran.& Fely.quòd non sit necesse vt constet iudicem cognouisse, sed sufficiat tantum temporis spacium interuenisse, vt de hac exceptione ipse cognoscere potuerit, ex hoc enim præsumitur exceptionem huiusmodi vidisse,& cognouisse. Et hanc magis communem affirmat Hiero. Grat.respon.37.nu.35.lib.1.

Glo.in versi.petitiones,vult,& bene libellum ab actore in scriptis porrigendum esse,iuxta text.cum glo.in authen.offeratur.C.de li.conte.in c.1.de libel.obla. & probaui supra num.165. Verum hoc non potest colligi ex text.nostro, sed tantum,quòd notarius petitiones in scriptis redigat. An au-
173 tem differentia sit inter † petitionem,& libellum,nemo hic, quem viderim tangit.Ioan.Fran.Rip.in l.edita.num.1.C.de eden.ostendit libellum esse nomen æquiuocum plura significans, postea num.3.libellum iuxta terminos nostros sumptũ, in tribus a petitione differre affirmat;primo differt (inquit ipse) in scriptura,libellus enim scripturam requirit.c.1. de libel.obla.& supra probaui.petitio verò non,quippe quæ simplici verbo fieri potest. Hanc differentiam inuenietis etiam apud Lanfran.de Oria.in repet.cle.sæpè.de verbo.signifi.in versi.libellus.post princ.versi.secunda conclusio. Si vera esset hæc differentia incongruè in text.nostro petitiones pro libellis expressæ fuissent. Vnde dicendum erit hanc differentiam iuxta terminos nostros veram non esse, & in iure non probari, vel adeo limitandom esse, vt petitio de qua Rip.hic sensit,sit quædam informis, & simplicissima, ac nuda intentionis actoris explicatio. Quod etiam sentire videtur Lanfran.in dicta cle.sæpè: in ver.libellus.versi.petitio verò oretenus fieri potest, & istam vocare poterimus qualemqualem petitionem. Secunda differentia secundum eundem Rip.in hoc consistit vt libellus ita concipiatur, vt
174 suam formam habeat & intentionem † clarè explicet, prout per Inno.in c.examinata,de re iudi.Bal.in l.edita.col.8.C.de eden.Et libellum cõtinere debere claram intentionem actoris,& idem etiam dicendum esse in exceptione rei communem affirmat Cur.iun.consi.149.nu.6. Et adeo clarus debet esse libellus,vt reus possit ex eo deliberare, an velit cedere, vel contendere.l.1.in princi.ff.de eden.authen.offeratur.C. de lit.contest.Bart.in l.si in rem.ff.de rei vendi. petitio verò inquit Rip.defenditur quoquo modo intentionem petentis demonstret. Tertio ait Rip.differunt effectu quo ad responsionem, & sententiam ferendam. In summa negari nõ potest, quin inter se differant: Verum iuxta terminos nostri text.& ex ijs, quæ supponunt hic Docto.petitiones, de quibus hic debent accipi vt libellorum vicem (vt præmisi) obtineant. Et hodie sufficit libellum narrare factum, & taliter concludere, quòd qualitas actionis colligatur iuxta communem sententiam, de qua Curt.in cap.vlti.de consue. fol.
175 56.præsertim stante clausula † poni solita, quam salutarem appellant,videlicet,Ius,& iustitiam ministrari, non tantum eo modo, quo petit, sed omni alio meliori,vt per Bal.in c. cum venissent.colum.penult.de testib. Ias.Institu. de actio. ad fi.princip.Abb.in cap.2. de ordin. cognit. Corne. consi. 138.lib.1.& consi.18.lib.3. Gui.Papæ consi.24.& consi.47. Cessan. tracta. clausu. clausula in ver.ius, & iustitiam ministrari.decisio.Neapo. Cap.10.num.22.& sequen.Bologn. in l.1.num.20.in 2.fallen.ff.de offic. assess. & ibidem Iaco.de Nig.col.4.versic.tertio fallit,quando in libello esset adiecta. Ampliat Hyppo.de Marsi.ad inquisitionem, vt hæc clausula salutaris in inquisitione posita multum operetur cõsi.75. clementissime.nu.20.ver.nec istis.Sic etiam dicimus per hãc clausulam venire petitorium,& possessorium,facta mentione de vtroque in narratione,licet non in conclusione.Alex. consi.42.col.3.vol.4.Aret.consi.17.col.4.Rip.in l.naturaliter.§.nihil commune.ad fi.ff.de acqui.pos. & nonnulli supra citati,& hæc est communis opin. Quando illa clausula salutaris non operetur, vel tantum in aliquibus prosit,non omnibus, declarat Marsi.dicto consi.alios ad id citans, nu.21. & seq.videatis dictum consi.75.

Abb.notat ex hac glo.colligi,ꝙ non solum interest partis libellum offerre, sed etiam iudicis, qui sententiam formare
176 debet, † iuxta formam libelli, de quo est tex.in c.licet Heli. de simo.est tex.in l.vt fundus.ff.commu.diui.in l.1. C.vt in posslega.Soc.regu.442.in ver.sententia ad hoc vt valeat libello,conformis esse debet,& secundum illum intelligi, vbi subdit plures fallen.& facit glo.in c.dudum.de deci.Et adeo sententia conformis esse debet libello, ꝙ licet ex tex.§.non videri.in l.cohæredi.ff.de vulga.iuxta primum intellectum Bar.super §.illo habeamus, quòd substitutus in partem admittatur in totum nisi reperiatur alius,tñ conclusum fuit in Rota Romana,ꝙ quia in libello Bernardini vigore fideicõmissi petita fuerat rata, seu tertia pars cuiusdam casalis, & dicebat ipsum Bernardinum solum venire ad fideicommissum, & non alium, & propterea licet in libello fuisset dictum pro rata venire tamen totum, ex quo nullus alius in dicto fideicommisso prætendere posset.Rota tamen contrarium conclusit, propter præmissa,& quia absona,& improprijssima esset interpretatio, vt appellatione partis veniret totum, vt Docto. Crescen.133.lib.1. incipien.Bernardinus de Bubalis.

Infert Abb.partem inuito iudice non posse remittere cõ-
177 fectionem † libelli,ratio est; quia libellus est de substantia iudicij,præalle.authen.offeratur.C.de lit.contest.& 3.q.3.offeratur.c.1.vbi omnes.de libel.obla.clem. sæpè.cum glo.de verb.signifi.glo.in c.de causis.in ver.consensus.ad fi.vbi hæc dicit de substantia iudicis,videlicet libelli oblationem, litis contestationem, & quòd sententia feratur in scriptis.de offi. deleg.Bar.in d.auth.offeratur.nu.13.versicu.Vltimo quæro vtrũ productioni libelli possit renunciari, veram putat opi. negatiuam,ex quo illa solennitas non requiritur ad vtilitatem partium tantum,sed etiam iudicis, argu.text.in l.nemo potest.ff.de leg.1.& in l.ius publicum.ff.de pact. Contra verò ꝙ imò libellus de consensu partium omitti possit, non autem qualisqualis petitio voluerunt Iaco.But.& Bal.in dicta authen.offeratur.ac Lanfran.in clem.sæpè.in ver.libellus. in princip.de verbo.signi.vers.& omissis opinionibus.vbi subdit qualemqualem petitionem, quæ continet nudam intentionem, esse de iure naturali, seu gentium, & propterea omitti non posse.Et propter sententiam ferendam esse necessariam qualemqualem petitionem, qua non data iudex sententiam formare non posset.

In tanta opinionum varietate, quarum nonnullas refert, & discutit Abb.post glo.& Anton.de But.in cap.1. de libel. obla.num.9. cum alijs sequen. & ibi addentes ad Abb.plura congerunt, quæ videri possunt, verior videtur in iure opinio quòd in causis ordinarijs,& iuxta terminos iuris tractandis libelli porrectioni per partes renunciari non possit. Verum hodie tum ex forma statutorum vbique ferè vigentium: Tum quia per principes, & alios iurisdictio datur, vt procedatur summariè,sine strepitu,& figura iudicij, quo casu libellus non requiritur: sed tantum qualisqualis petitio, & sufficit seruare solemnitates iurisgentium. Lanfran.in alleg.clem.sæpè.in ver.& figura. & in ver.libellus. de verb.significa.per Barto. in extra.ad reprimen. in ver.de plano. & per text.& omnes in alleg.cle.sæpè. Oldra.consi.115. Corn. consi.54.colum.2.versicu.illa enim verba.lib.2. Et in causis breuioribus non requiritur etiam libellus, nec aliæ solemnitates iudiciariæ. authen.nisi breuiores.& ibi Barto.& alij. C.de sentẽ.ex breui.reci. & in corpore vnde sumitur in Authen.de manda.princi.§.si tibi. Et omnes causæ ecclesiasticæ,beneficiariæ,& spirituales terminandæ veniunt simpliciter,de plano,ac sine iuris solemnitatibus, clem.dispendiosam.de iudi.Ideo in illis pariter libellus non requiritur.Et sic hodie in causis vel nullus libellus requiretur, vel simplex facti narratio sufficiet.

Glo.in ver.responsiones, & Doct. super ea discutiunt, de quibus

quibus responsionibus interpretatio facienda sit? Vera mihi
videtur interpretatio, vt intelligamus de responsionibus,
quæ fiunt per reos petitionibus actorum. Et cum immediatè Papa loquutus fuerit de petitionibus, merito statim sequitur loqui de responsionibus, quę fiunt ipsis petitionibus,
178 negando, vel concedendo, & sic litem contestando, † litis
enim contestatio fit per responsionem narrationi, vel petitioni.l.2. ibi, nisi post narrationem, & responsionem, & ibi glo.C.de iura.calum.l.rem non nouam.§.patroni.ibi cum lis fuerit contestata post narrationem propositam, & contradictionem obiectam.C.de iudi.c.prout nobis. versi.tandem actore instante respondit. de do.& contu.c.vni.ibi,sed per petitionem in iure propositam, & responsionem sequutam,litis contestatio fuit. de lit.contest. c.dudum. 2. versic. tandem Archidiaconus electionem ex præmissa causa petiit irritari, electo respondẽte prædicto,quòd non erat eius electio irritanda.de electio.& ibi glo.in ver.electo.Et ex verbis dictorum iurium sumitur declaratio nostri tex.sicut enim ibi præmittitur petitio actoris,& postea subijcitur contestatio litis, per responsionem rei,vt etiam per Barto.in l.is qui reus.num.4.ibi,Cum contestatio debeat fieri per interrogationem, & responsionem vtriusque partis.ff.de publi. iudi. Ita hic facta mentione petitionum, cum postea respõsiones exprimantur,pariter interpretatio faciẽda est, vt de illis responsionibus intelligamus, per quas lis contestatur. Lex
179 † enim vna ab altera declarationem,interpretationem,& limitationẽ sumit.l.vt gradatim.ibi,Et ita rescripto diui Marci continetur,secundum quod edictum declaratur, & regulatur municipalis lex.ff.de mune.& hono.l.vlt. C.qui testa. face.pos.Paris.consi.157.nobilis.nu.39.vol.4.Circa litis cõtestationem sciatis,q; hodie ex cõi praxi seruatur, vt reus li-
180 tem contestando,vel respondendo† libello,seu petitioni dicat, Nego narrata prout narrantur, & petita prout petũtur vera fuisse,& esse, saluis iuribus,& defensionibus suis loco, & tempore deducendis, ac probandis. Et reus sic respondens non incurrit pœnam negantium, de qua in l.1.ff.de rei vendi. & in l.5̃ negãtem. C.ad leg.Aquil.pro quibus Bar.in l.si dubitetur.§.ita demum.quem ibi sequuntur Io.de Imo. & Pau.Castren.num.4.ff.de fideius.ac Ias.in l.eum qui. post nu.14.in 4.limi.& num.seq.ff.de iureiur. Et de negante esse feudum, vel se feudum possidere tracto.de ingratitu. vasal. ad do.nu.67.& seq.incipien.Mendacis. Et ibidem qñ negatio fuit per verba,Nego narrata, prout narrantur.

Glo.præmissa in 2.par.ibi, Qua omissa, concludit iudicium non valere omissa litis contestatione, etiam si positiones factæ fuissent, & illis responsum esset per dicta iura, videlicet, c.vni.de lit.contest. & c.dudum.2.de electio. Et dixit Bald.in d.c.vni.col.1.quòd litis contestatio est lapis angularis totius iudicij. Et quòd litis contestatio sit vnum de
181 substantialibus iudicij,adeo quòd si omittatur † totum processum vitiet:vltra gl.hanc,& in alleg.c.dudum.2. de electio. voluerunt Bart.& alij in l.prolatam. C.de senten. est text.in Authen.de exhi.reis.§.si verò etiam quidam iurent.ibi Iudice aliquid facere non valente &c.& toto titu.vt lite non contest.Soci.consi.47.col.1.vol.4.Cardi.in clem.sæpè.in princ. in 4.oppo.de verbo.signi. Et lite non contestata regulariter ad sententiam diffinitiuam peruenire non potest, vt nota.in l.vlt.§.illud.C.de tempo.appel. & per Bal.in authen.qui semel.col.3.C.quomo.& quan.iud.c.quoniam frequenter. & ibi Bald.& alij,vt li.non contest.Soci.Regu.297. incipien.lite non contestata ad sententiam.Fallit regula præmissa præ
182 sertim in duobus casibus. primus est † in causis criminalibus, in quibus procedi potest etiam ad sententiam absque litis contestatione. glo.singu. in l.absentem. ff.de pœn.licet cõtrarium senserit Azo in sum.C.de requi.reis. Cuius opi. veriorem affirmat Soci.in 6.fallen.vbi supra.Vos autem teneatis primam opinio.nam responsio rei habetur:& ita seruatur in praxi.Barto.in l.is qui reus.num.4.ff.de publi.iudi. Iul.Clar.senten.lib.5.quæst.45.num.2. Secundo fallit in cau sis beneficiarijs, & spiritualibus, in quibus non requiritur
183 † litis contestatio. cap.vni. de eo qui mit. in posses. cau. rei seruan.lib.6.clemen.dispendiosam.de iudi. iun.clemẽ.sæpè. de verbo.signifi.& vtrobique Docto. ac dec.Tholos.226. & ibi Aufre.in additio.

An autẽ in iudicijs possessorijs litis contestatio requiratur,dubium non modicum est, & pro affirmatiua adducitur text.in l.vlti.cum glo.ff.quo.lega. vbi de interdicto adipiscendæ.& tex.in §.hodie.Instit.de interdi. qui loquitur in interdicto retinendæ.& in l.vlt.ad fi. cum glo.C.si per vim, vel alio mo.vbi de interdicto recuperandæ.Et quòd in omni possessorio litis contestatio requiratur videtur text.in l. properandum.in princ.C.de iudi.& l.interdictis. iun.glo.ff. de interdi.& in c.accedens.vt li.non contest.glo.& Bart.in l. 1.C.si de momen.posses.glo.Ioan. And.Bald. & Abb. & alij in c.consultationibus.de offi.deleg. & ita communiter affirmat teneri Saly.in l.vlt.C.si per vim,vel alio modo. Et eandem communem affirmat Alex.in l.naturaliter.§.nihil commune.col.penul.alios citans.ff.de acqui.posses. Ratio etiam adduci potest, quæ est, quòd sententia lata in possessorio est diffinitiua secundùm Bart.in l.quod iussit.ff.de re iudic. & Fel.in rub.extra eo.ergo necessaria est litis contestatio ad validitatem sententiæ diffinitiuæ,vt etiam voluit glo.in l.,platam. C.de senten.& interlo.om. iudi. Ampliant etiam ad interdicta exhibitoria.l.4.§.penult.ff.de lib.homi.exhi.Rip. in alle.§.nihil commune.num.183.Ampliant etiam si agatur remedio.c.reintegranda.3.q.1.prout per Archid.ibi,Alexã. consi.2.lib.3. quem sequuntur Ias.in dicto §.nihil commune.& Rip.ibidem post num.183.Limitatur dicta communis conclusio primo in possessorio recuperandæ, in quo delegata sit iurisdictio iudici ad certum tempus limitatum: tunc enim procedi posset contra reum etiam ad diffinitiuam sententiã lite non contestata.Io.And.in c.consultationibus.de offi.deleg.Alex.in alle.§.nihil cõe.col.pen.Bologn.in repet. dicti §.nihil cõe.col.pen.& ibidem Rip.post num.185.vbi tñ fallen.hanc communiter reprobari affirmat.Secundo limitatur quando periculum est in mora, tunc enim litis contestatio non requiritur,vt voluit Bald.in l.certi.q.13.C.de interdi.quam tñ fallen.impugnat Alex.cuius Alex.fundamentis rñdet Ias.vbi s̃.cum quo residet Rip.ibidem ante nu.186.videat ibi,ibidem Bologn.Alias fallen.& alia huc spectantia videre poteritis per Alex.Ias.Rip. & Bologn. in d.§.nihil cõe.

Tandem quero quis erit effectus harum responsionum
184 petitionibus actoris,& consequenter † litis contestationis? rñdeo quòd inter alios erit, quia tunc verè,& propriè dicet
185 † lis pendere.l.nemo.C.de iuris.om.iudi. l.placuit. C.de peda.iudi.l.amplius nõ peti.iun.gl.in ver.iudicium.ff.rem rat. hab.§.oẽm.& §.si verò.in Auth.de litigio. c.super qõnum.§. 1.de offi.dele.c.ex parte.2.vbi gl.vlti.distinguit, & declarat. de ver.sig.Alter effect⁹ erit, quia† litis ꝓtestatio ꝑcludet viã
186 opponẽdi dilatorias.l.Põponius.§.rati.ff.de ꝓcu. c.inter monasteriũ.de re iudi. Tertius effectus est,vt litis ꝓtestatio† ꝑpetuet actionẽ,& sic ꝑ eã actio, q̃ anno durabat, lite ꝛ̃.annũ
187 ꝓtestata,ꝑpetuò durabit,iuxta tex.in l.vlti.C.de ꝑscri.xxx. ann.& in l.1.C.de lon.tẽpo.ꝑscrip.iun.not.ꝑ Matth.Mathesi.in l.litigator.post nu.3.ver.nos possum⁹ cõsiderare in hoc articulo.C.de fruct.& lit.expẽ.& est tex.in l.ordinata.ĩ prin. ff.de lib.cau.voluit gl.in l.in honorarijs.ĩ ver.sed reddit̃. ver. sed nisi lis sup̃ ea cõtesteť.ff.de act.& obli.glo.in ver.finiẽdã. ad fi.ibi,Sed põt ꝑpetuari litis cõtestatione. C.de tempo.in inte.resti.gl.vlt.l.vlt. C.de dolo.Alex.in l.si eũ.§.q iniuriarũ.
188 ff.si quis cautio.Quarto litis† ꝓtestatio ꝓstituit aduersariũ in mala fide, quo ad fructus.l.certũ. & l.mora.C.de rei vendi. Bar.in l.litigator.C.de fruct.& lit.expẽ.q;q̃d dicat gl.2.ibi, q̃ reprobat̃ per Pet.Cyn.& eũdẽ Bar.ibi,q; voluit fructus deberi a die litis ꝓtestationis, ꝑ put ẽt ꝓcludit ibidẽ Matthe.de
189 Mathesi.nu.3.sup̃ illa gl.in fi.Quinto† litis ꝓtestatio ꝓstituit in mora.Alex.ꝛ.48.col.vl.vol.4.maximè in his, q̃ debentur officio iudicis.l.cũ postulassem.ff.de dam.infe.Sexto operat̃
190 interruptionẽ † præscriptionis, vt præalle. l.mora. C.de rei vendi.l.sicut.& ibi Bal. C.de ꝑscr.xxx.vel xl.anno.& no.in l. naturalt̃.ff.de vsuca.Limitant nisi litis ꝓtestatio sit facta sup̃ inepto libello,quo casu illa ꝑscriptio nõ interrũpit, ad tex.in l.accusaturus.ff.de adult.gl.in auth.offerat̃.C.de lit.ꝓte. Nico.Boe.in suis singu.in ver.litis ꝓtestatio.nu.4.Septimo operat̃,vt ad sn̄iam diffinitiuã ꝑcedi possit de iure cõi,ad quam sine ca ꝑcedi non põt,vt in §.si verò etiam.in Auth.de exhiben.reis.& ad alia,q̃ adduxi s̃.nu.181. Est tñ aduertendum,
191 q; si reus faciat ne lis cõtesteť, † pro contestata habebitur.l.si eum.in fi.ff.si quis cautio. Et illum text.ꝑ singu.notat Bald. in 6.not.Lud.Roma.& Ias.vterq; in vlt.not. Et licet Ias.post nu.9.subdat,q; videtur verus intellectus ad illum tex.& contradicat: tamen postea num.11.versi.tenendo tamen, dicit hanc esse communem cõclusionem. Idem etiam voluit Bal. in l.vlt.in prin.& Ias.nu.14.vers.Nam debes scire. ff.de eo,ꝑ quem fac.er.Alex.in l.insulam,col.3.post num.12.versi.vno tamen casu. Ioan. Franc.Balb.in tracta.præscrip.in 4.quæst.

prin.

prin.6.par.in 3.specie prescrip.post numerũ 32.in 2.amplia. Alios effectus litis contestationis inuenietis apud Spec. tit. de lit.conte.§.penul.& vlt.

Glo.in verticulo interrogationes.diuiditur in 2.partes:in prima exponit idest positiones.sentiens,quòd idem sit interogatio,quod positio.In 2.quæ est ibi,vel propriè, ostendit hic interrogationes propriè poni: & sic positiones, & interrogationes diuersæ erunt. Videamus quid sit positio,& di-
192 camus,† positio est breuis narratio factum continens,ad eliciendam veritatem concepta. vt per gloss. & Ioan.And.in capitulo primo, de confess. libro sexto. per Bartol. in l.2.§. quod obseruari.in fin.numero 25.in fin.C.de iura. calumn. & per Maria.Soci.in repet.cap.fraternitatis.colum.secunda, versiculo Positio verò, de testib. Vel secũdum eundem Bal. in l.generaliter.§.sed iuro.C.de rebus credi.Positio est pars intentionis,continens id super quo quis petit ab aduersario responderi.Vel secundum Archi.& Ioan.And.in alle.c.1.de confess. libro sexto. Positio est assertio alicuius facti, quo per responsionem ad ipsam pertinentem obligatur reus, & 197
actor onere probandi releuatur.Ioan.Mona.inquit, positio est narratio facti non dum probati, ad experientis intentum directè,vel indirectè spectantis, quod intẽditur probari per responsionem aduersarij: Specu. verò in titu.de positio.in prin.inquit, Positio est dictum loco interrogationis positũ: vel est breuis verborũ formula mentẽ proponentis cõtinens ad veritatem eliciendam concepta.prout per Docto. in alle. capitulo primo,de confes.libro 6. & per Maria. Soci. vbi supra.Vincen.doctor antiquus sic diffiniebat, positio est assertio alicuius dicti, vel facti, vt ad ipsum respondeamus.Iaco. de Aret.in alle.l.2.C.de iura.calum.numero 4.dicebat,positio est alicuius substãtialis, vel adminicularis articuli in iure facta expressio.Barto.verò ibidem numero 20. sic diffiniuit, positio est alicuius particularis rei ad causam pertinentis assertio. Idem Barto.in repet.l.vbicunque.ff.de interro.actio. comprobat tantum definitionem Domini sui, quæ erat, positio est quid positum ad causam pertinẽs, probationis loco succedens,habens interrogationẽ annexam. Plures aliæ afferuntur definitiones, vtrum potius dicendæ erunt descriptiones, & effectus demonstrantes. Et dixit Specu.in titu. de positio.illas originem traxisse a iure scripto, & non scri- 198
pto. Et q; a iure scripto, adducit ad id tex.in l.Offilius. ff.de lega.3.verticulo, ex diuerso.de quo etiam per glo.1.& Abb. numero 22.in capitulo cum causam. de iura.calum. Aduertendum tamen est,q; dicta l.Offilius.non probat id, ad quod adducitur, Imperator enim ibi interrogauit partem legatarij quærendi causa, pone inquit in credito centum &c. Ex 199
193 illis verbis non probatur, quòd positiones † huiusmodi ab illa,vel alia lege inuentæ fuerint: Et Imperator ibi interrogauit de iure,non de facto, prout concludit Cyn. in dicta l. Offilius. & in allega.l.2.C.de iura.calum.Et hanc opinio.videlicet quòd ab antiqua consuetudine sit introducta positio, communem affirmat Curt. Iun. in dicta l.2.§.quod obseruari.numero 43.Est bene verum, quod interrogationes, quæ fiunt ante litem contestatam ex titu. ff.de interroga. actio.verè a iure ff.inuentę sunt, secus diximus in positionibus,quæ post litem contestatam fieri consueuere. Differen-
194 tia † igitur constituẽda erit inter interrogationes, de quibus in alleg.titu.ff.de interrog.actio.& ipsas positiones, illæ parum sunt in vsu, & in Rota Romana ferè nunquam fieri consueuere: hæ frequentissimæ vbique sunt: Illas faciens, nec ponit,nec negat, sed interroga. In istis, qui positiones dat fatetur, vel negat, vt per Barto.in allega.§.quod obseruari. Interrogationes fiunt ante litis contestationem regulariter,immò ante libellum: positiones post litem contestatam, vt per Spec.in titu.de positio.§.3.& per Ioan.de Blandas. Docto. antiquum in princi.tracta. de actio. Habemus
195 etiã interrogationes,seu interrogatoria,† quæ fiunt,seu producuntur contra testes, ad effectum faciendi illos variare super aliquo ex illis decem prædicamentis, quæ ponit Bald. in l.testium.C.de testib.& ẽt fiunt ad subuertẽdum vel offuscandum finem, seu intentionem articulantis. De quibus interrogatoris per Specu. in titu. de testib. alias de interrogato.& ad tex.in cap.præsentium.de testib.& ibi glo.& omnes. Et interrogatoria postquam producta, & admissa sunt dicuntur de actis.Bald. in l.generaliter.§. sed iuramento. C. de reb.credi.Nec parti aduersę,nec testibus examinandis interrogatoriorum copia dari debet ad euitandam subornationem: & ne testes ad falsum instruantur: & hæc est vera opinio,& vera ratio, & voluerunt Bald.in Marga.in verbo, interrogatoria 1. Alexã.dominus meus numero 14.& alij in l.2.C.de eden. Innocen.Abb.& Felyn.in cap.per tuas.de testibus. De interrogatorijs tractabo etiam infra nume. 226.
196 Articuli † verò,seu capitula differunt ab interrogatorijs,interrogationibus,ac positionibus: sunt enim pars intẽtionis, continentes id, quod actor,vel reus intendit probare, vt inquit Bald.in l.generaliter.§.sed si iura.C.de reb.credi.Riminal.in l.1.ff.si cert.peta.Curt.in alleg. l.2. §. quod obseruari. C.de iura.calum. Et quoties pars negat contenta in positionibus,tunc formantur articuli, seu capitula,super quibus testes examinantur, vt per Spec.in titu.de teste. §.nunc dicendum est a nobis de articulis.

Ostendimus quorsum tendãt positiones, & interrogatoria,& in quibus inter se differant: & quia etiam loquuti fuimus de articulis, & capitulis, superest vt horum essentiam, vel saltem effectus declaremus. Ordo est,vt prius fiant positiones,de quibus supra tractauimus:& si aduersarius illis respondens eas negauerit,tunc ad articulos deueniatur. † Ar-
197 ticulus (vt præmisi) pars dicitur intentionis, continens id, quod quis probare intendit,vt dixerunt Specu.in titu.de teste.§.nunc videndum.colum.1.vers.sciendum est igitur. Bal. in alleg.l.generaliter. §.sed iuramento. C.de reb.credit.glo. in ver.articulis. ac Docto.in cap.præsentium. de testibus.libro sexto. Cardi.in clemen. sæpe. §.& quia.in 3.not.de verbo.significa.ac Maria. Soci. in alleg.repet.capitulo,fraternitatis.colum.2.versic.Circa primum dicendum est, quòd articulus multipliciter sumitur. Et articuli fiũt per verba probare intendit,& respiciunt probationes faciendas.Pro positionibus faciendis aiunt dari debere terminum: postea alterum terminum assignari debere ad producendum articulos, vt per Specu.in alleg.§. nunc videndum. per Cardi.in alleg. clemen.sæpe.§.& quia.& per Alex. in l.inter stipulantem.in princip.ff.de verbo.oblig. In Romana curia aliter seruatur, idem enim terminus inseruit positionibus, & articulis dandis, & licet nonnunquam producantur simplices positiones illis per aduersarium responso, statim producuntur articuli. Verum ex communi stylo, & obseruantia plerumq; dantur simul, & in eadẽ scriptura positiones, & articuli hoc modo, & sub hac formula, † Positiones, & articulos infrascriptos, 198
ac contẽta, & descripta in eisdem dat,& facit procurator, & eo nomine, ac pro parte D.Mẹuij &c. q;bus singulariter singulis ex aduerso medio iuramento per verbum credit, vel non credit sufficienter responderi,& vbi negentur,onusq;e probandi sibi incumbat, se dictamq;e partem suam ad illos probandum admitti petit, † circa onus superfluæ probatio- 199
nis,de quo protestatur expresè.Hæc vltima verba apponũtur,ne quis probare teneatur,nisi ea,ad quæ astrictus est: Et ne in se videatur vltro suscepisse ꝑbationis onus,iuxta text. in l.circa.versic.si quis autem fiducia. ff.de proba.l.diuus. & ibi Barto.post num.5.versi.Et aduocati præcipuè in fine positionum.ff.de re iudi.l.1.§.item quæsitum.& ibi Barto.fi.de aqua quotid.& æsti.cap.licet. & ibi glo.in ver.se astrinxit. de probatio.Felyn.in cap.2.numero 38.de rescript.Capitulum
200 † verò (quo termino Romæ non vtimur) est nomen magis generale,aptum comprehendere positiones, & articulos,vt per Bald.in alleg.l.generaliter. §.sed iuramento. C.de rebus cred.vbi vult terminum datum ad articulandum censeri datum ad ponendum,& articulandum, nõ autem econtra. De istis capitulis loquitur text. in cap.per tuas.ibi, Interrogari super certis capitulis.de testib.& ibi Abb.& alij, & per dictũ tex.in cap.per tuas.in cap. causam. ac in dicto cap. fraternitatis. probatur quòd capitulum synonimè accipitur pro articulo,& positione vt ponderat Maria.Soc.in dicto cap.fraternitatis.colum.3. versi. Item capitulum quandoque synonime.vbi etiam,quòd capitulum dicitur,quod distinguit articulum ab articulo, prout in simili dicimus quando distinguit clausulam a clausula vt in cap.olim. de verbo. significa. vel materiam a materia,vt in cap.inter alia.& in cap.quod in dubijs.de senten.excom.& quomodo distinguantur articuli a positionibus tractat dominus meus in l. 2. ante nume. 10. C.de insti.& substi.& parum ante de confessionibus in positionibus, & articulis. Et quot sint species articulorũ tractat Barto.in l.per hanc.C.de tempo.appel.dicens esse quinque. Idem etiam voluit idem Barto.in authen.at qui semel. C.de proba.& clarius Maria.Socin.in allega.repet. c.fraternitatis. colum.3.versi.circa secundum articulum principalem.de testibus,sigillatim omnes illas species discutiens, & declarans.

Et quot modis sumatur articulus videri poterit Claud. Seisel.in l.non possunt.nu,2.& seq.ff.de legib,

Glo.in ver.Confessiones,in duas partes diuiditur. In prima ampliat dispositionem nostri tex.In secunda,quæ est ibi, & huiusmodi,tractat de confessionis reuocatione. Circa primam par.glo.considero, ꝙ cum tex. noster confessiones describi mãdet per notarium actuariũ, dubitari poterat an qñ quis tacet,seu respondere renuit,puta positionibus, a iudice respõdere iussus,illa taciturnitas describi debeat? videbatur
201 negatiuè respondendum esse, quia † tacere non est confiteri.l.qui tacet non vtique fatetur.ff.de regu.iur.cap.is qui tacet non fatetur.eo.libro sexto.Et in sui præiudicium non di-
202 citur quis tacendo consentire:& in onerosis † tacens pro cõtradicente habetur.l.qui tacuit. ff.de interro.actio.l.qui vas. §.vetare.cum glo.ff.de furt.l.filiusfam.§.inuitus.ff.de procu. cap.non iustè.vbi Cardin.post glo.quæst.5.extra eod. Bart. & alij in l.cum alienũ. C.de lega. not. in l.qui patitur.ff.man
206 da.& hanc communem affirmat Curt.iun. consi.29.num.3. & istam dicit esse communem regulam dominus meus consilio 98. numero 3. Rursus hic mandatur describi per notarium actuarium confessiones, & acta: taciturnitates non sunt confessiones: non sunt acta iudicialia, vel extraiudicialia: qui enim tacet, nihil facit: ergo non entium nullæ erunt partes,in nullaque consideratione haberi debebunt.l. quidam referunt.post princ.versi.Nullius enim momenti,& §.1.ibi,Quia hæres ad quem sermonem cõferat in rebus humanis non est.ff.de iu.codicil.l.mulier quæ duobus.§.sed ẽt. ff.ad Trebel.cap.bonæ.1. versi.contra verò legati. cum glos. de electio. Immo si quid fortè taciturnitas dici possit, erit
203 quid non apparens, & omnino latens. At † non esse, & esse, & non apparere paria sunt, l.Rutilia polla. & l. in lege. ff.de contrahen. emptio. vbi in venditione non veniunt non existentia tunc: vel tunc non apparentia.Lap.alleg.89.ante nume.3.Signo.de Homod.consi.1.post nume.3. Sic & traditio sicut non respicit tunc non existentia,ita nec tunc non apparentia.l.cum Aquiliana.& l.qui cum tutore. ff.de transactio. l.tres fratres.ff.de pact.sic etiam dicimus, quantitates apparentes, non autem non apparentes (etiam si existant) esse considerabiles. Ancha.consi.141. super prædicto.post nu.5. versic. At quantitates. Et dixit Bald.in cap.cum causam.de probatio.quem sequitur Alexan.in l.rem quę. num.15.ff.de acquiren.posses.paria esse,rem esse in nullius bonis,& esse in alicuius bonis, & id non apparere. sentiens fortè glo.nostra hæc & similia contraria dum ampliat hunc tex.de confessionibus per actuarium conscribendis loquẽtem ad descriptionem, & annotationem apud acta faciendam etiam super taciturnitate: puta si quis interrogatus ab ipso iudice, vel iudicis iussu noluerit respondere,& tacuerit: adducit rationẽ, omnia,quæ adduci possent subuertentem, quæ est quòd talis taciturnitas pro confessione habenda sit. Ad quod citat tex.in prealleg.l.de ætate.§.nihil interest.ff.de interro.actio. vbi æquiparantur negare,tacere,& obscurè respondere.Verum ex illo tex.in §.nihil interest,& alijs iuribus hic a glo.ad idem citatis non probatur, quòd taciturnitas scribenda sit: minus etiam,ꝙ tacens pro cõfesso habeatur. Hoc tamen vl-
207 timum probari videtur ex tex.in cap.2.de confes.libro 6.vbi
204 non respondens† positionibus iussu iudicis præcedente pro confesso habetur. & glo.ibi in ver.pro confesso.post mediũ dicit,quòd ipso iure: est tex.& glo.in cap.si post præstitum. de iureiuran.co.libro 6.notat Bald. in l.vlti.§.quod si actor. C.de iuramen.calum.ac Franc. Curt.in tracta.positio. & in-
208 terrogatio.colum.4.quod etiam voluit Gemin.in alleg.c.2. de confess. lib.6. primum verò dictum glo.in dicto ver. pro confesso. quòd taciturnitas per notarium actuarium scribẽda sit, & etiam negatio, tenent hic Ioan.And.& Abb.an au-
205 tem omnis contumax † in non respondendo pro confesso haberi debeat?Bal.sic distinguit in l.2.§.quòd si actori. C.de iura.calum. Aut sumus in interrogatione litis præparatoria, & tunc contumax non respondendo pro confesso habeatur. præalleg.l.de ætate.ff.de interrog.actio.aut loquimur de interrogatione,quæ fit ad litis contestationem,& tunc contumax non habetur pro confesso,per id, quod voluit Iaco.de Are.in l.1.§.ex hoc rescripto.ff.de ven.inspici.Aut sumus in
209 interrogatione post litem contestatam, de qua supra, vt in respondente positionibus,& is pro cõfesso habetur, vt probauimus. Et hanc distinctio. Bald.sequitur etiam hic Bero. numero 196.

In 2.par.glo. habemus confessionem post litis cõtestationem emanatam reuocari posse,docto de errore, per text. in cap.vlti. de confes. vbi quòd confessio docto de errore reuocatur ante negotium finitum: Abb.notat hanc glo.remittens se ad ea, quæ dixit ipse in alleg.c.vlti.de confes.Barto. hanc materiam plenè tractat in l. non fatetur. ff. de confess. Lanfran.hic colum.5.versic. Capio glo.super ver.confessiones,& postea latius in ver.confessiones.Socin.regu.90.regulam cõstituens,quæ est, Cõfessio prætextu erroris facta(ego legerem facti) reuocari potest, subdit postea septem fallen. sequitur postea regu.91.quæ est, confessio prætextu erroris iuris reuocari non potest, vt per Bart.in dicta l.non fatetur, ponuntur ibidem quatuor fallen. quia hæc alibi tractantur proprijs in locis, non censui hic omnia reassumere: sed nescio (vt aiunt) pede pertransire videar, nonnulla hic subijciam, quæ vel noua, vel nondum plenè digesta mihi visa fuerint.

Confessionem † deliberatè factam irreuocabilem affirmant glo.in cap.ex literis.in ver.admonita. ad fin.versic.sed si fiat ex deliberatione.de diuort.glo.in cap.vlt.in ver.iuxta, de regu.iur.lib.6.& ibi Archidia.colum.1.versic.vnde dixit, ac Gemin.versus fin.versi.In eo autem quod quis.Innocen. in cap.cum olim.de censibus. Bal.in cap.dudum. 2.num.34. versi.sed nunquid.de electio.& in l.si quidem.in fi. C.de exceptio.Bar.in l.cum scimus.in fin.C.de agric.& censi.lib.11. Anto.de But.in cap.vlti.colum.12.versic.si confessio est. de confes.Roma.consi.346.in hanc causam. colum.2.versic.Secundo idem probatur.Barba.consi.18.colum.14.versi.Facit simile.lib.2.Cępol.caut.69.& 162. Aret. in §. si minor. post num.21.versi.sicut in simili dicimus, quòd si responsio deliberata.Instit.de actio.Aimo consi.112.nume.9.versic. Ideo confessio.Bertran.consi.53.nume.5.lib.2.in primis. Partem verò affirmatiuam,& sic quòd confessio huiusmodi reuocari possit tenuerunt Specu.in titu.de positio. §.vltim. num.8. vbi quòd docto de errore deliberata confessio reuocari potest. Barto.in l.error.colum.2. & ibidem Ias. post nume.28. versi.Tene in prædictis contrarium, vbi alios citat. C.de iur. & fac.ignoran.& ibidem Bal.sibi contrarius colum.vlti.ver. Tertij dicunt.Idem Bald.in cap.vlti.num.16.versi. Tertium verbum.de confes. Roma. sibi etiam contrarius consil.356. in proposita.colum.1.& in l.si verò. §.de viro,num.59.ff.solut.matrimo.Franc.in cap.1.in 3.limit.de accusa.libro sexto. Socin.consi.97.colum.3.volum.4. Ias.in l.1. colum.2.versi. Tertio subtilius. & dominus meus Philip.Dec. nume.7. vbi hanc communem affirmant. C.de erro. calcu. Idem voluerunt Ruin.consi.10.colum.penulti.versi.Nec obstat.libro 3. ac Gramma.con.ciui.24.colum.1.versi. in primis. Concordari possent dictæ opin.hoc modo, vt dicamus hanc secundam opin.veriorem esse,& magis communem. at confessionem huiusmodi deliberatè emanatam esse difficilioris reuocationis, & ita procedere,& declarandam ac limitandam esse primam opin.prout colligi potest ex dictis Imol.in c.vni. vt eccle.bencfi.si.dimi.colum.10.Geminia.in cap.vlti.de iureiurand.libro sexto. & Felyn.in cap.cum venerabilis.nu.5. vers.dum tangit Abb.de except.

Confessionem principalis † posse reuocari per procuratorem generalem etiam factam coram principe, docto de errore cõsuluit Rota Roma. in Legionen.parro. de Maniga coram Pũt.anno 1541.prout decis.ipsius Put.2.sub titu. de confes. Ratio decisionis est, quia in mandato generali est, ꝙ hic procurator possit facere vtilia,pro quo adduco pulchrũ text.in l.si hominem.ff.manda.vbi procurator generalis † ex causa immutare potest etiam ea, quæ a principali specialiter sunt prouisa. Adducebat Rota pro præfato decreto dictum Bald.in l.error.ad fin.C.de iur.& fac.ignoran. ac Fely. in capitu.1.de constitu.dicite vos post num.49.versi. Et pro isto dicto allegatur text.nota.in l.si hominem. & postea versicu. Per illum tex.dicit Bald.in l.sicut proponis.quod etiam uoluit Ias.in l.non solum.§.morte. in 5.conclu. nume.37.ff.de nou.ope.nuncia.

In tex.ibi,testium depositiones, miror ꝙ super ijs uer.nul lam gl.habeamus,nec Docto.hic super illis insistant, nisi solus Lanfran.qui plura hic congerit,quorum nonnulla reassumemus,ordinemq; iudiciarium Romanæ curiæ circa † testiũ depositiones percurremus,qui est ut productis articulis qui (ut iam diximus)id continent,quod quis probare intendit, ut per Spec.in tit.de testi.§.uidẽdum.uer. sciendum est igit. c.præsentiũ.ubi glo.in uer.articulis,& Docto.de testib.lib.6. Et qui in causis, in quibus proceditur summariè, locum tenent

nent petitionis,vt per Oldra.consil.244. post princ. Citatur
210 pars † ad dicendum contra articulos facto datos,& videndũ illos ad probandum admitti: Iurare testes: Committi notario receptionem iuramentorum egregiarum, & impeditarũ personarum ad primam diem: Et postquã commissum fue-
216 rit videndum illos iurare in eorum, vel notarij domibus abhora 20.vsque ad 22.illius, & sequentis dierum: Et interim ad dandum interrogatoria. Et intimetur eidem qualiter materiæ sunt specificatæ medio iuramento: & examinabitur super omnibus,instante N. principali,siue eius procuratore.
211 Diximus citandam esse partem † ad dicendum contra ar-
212 ticulos,ante quam citationem, sola † productio non releuat prout indistinctè dicimus,siue simus in productione articulorum,siue instrumentorum, vel quorumcunque iurium vt per Oldr.cons.j.Rot.15.si testes,sub titu.de testib. aliàs 172. & dec.1.alias 10.nu.3.sub titu.de fi.instru.in no.Bart. in extra.ad reprimendum.in ver.de plano.ibi, Quia per hoc solũ ꝙ exhiberet coram iudice non fieret probatio. & Rip.respõ. 24.sub titu.de rescrip.aliàs 17. quod incipit litem acceptãs. nu.2.lib.1.Siue in productione rescripti ad proprium commodum impetrati,vt per Bal.in l.postquam liti. col.vl.C.de pact.& in l.mandatum.col.pe.C.manda.per Anto. de Butr. & Abb.nu.10.versic.Hinc sumpta. in c.conquestione.de resti.spoli.& Fely.super rub.de rescript.num.3. & seq.ac Ias.in l.3.numero 12.in 3.not.ff.quod quisque iur.

An autem pendente termino ad dicendum contra posset aliquid fieri,puta citatur Meuius ad dicendum contra commissionem,& videndum decerni mandatum executiuum ad primam diem. Rota in specie ita decidit si pars nihil opponit per dec.785.in antiq.post seruatum terminum ad dicendum contra commissionem obseruabitur terminus ad videndum decerni mandatum executiuum, & supposuit Rot.hoc casu si sumus in non requirentibus causæ cognitionem, vt decis. Put. 484. lib.2.incipien.Rota Romana. coram Audire camerę,& alijs tribunalibus extra Rotam passim fiunt, & admittuntur protestationes ꝙ pendente termino ad dicendum contra nihil fiat.

213 Addimus in citatione præfata † facto datos ad differentiam terminorum substantialium ad articulandum, & dicẽdum contra articulos, de quibus terminis substantialibus habemus per Rot.805.sciendum est.in anti.Bellame.27.Termini palatij.& Cassa.8.de rescrip.In quibus terminis substãtialibus & in aliquibus alijs casibus non producuntur,neque dantur articuli facto,sed verbo tantum.Et an verbo an facto dentur valde differt vt de se patet, vt probatur differentia etiam ex dec.17.alias 607.subditur, de exceptio.in antiq.

214 Posuimus † in citatione ad videndum illos ad probãdum admitti:& hic est stylus tritissimus Ro. cur.prout dec.1.aliàs 10.incipien.fuit dubitatum vtrum instrumenta. nu.4.in no. Et ex eo cessat disputatio, de qua dec.90.incip. Item iudex. in no.Et ꝙ citatio requiratur voluerũt Anto.de Butr.Imol. Aret.& Fely.nu.32.in 5.q.in c.2.de testib.licet aliter ibidem sentire videatur Abb.nu.16.vers.Forma hic.& videtur supponere Rot.10.de exceptio.aliàs 446.in antiq. quæ incipit, Nota si Auditor admittat articulos. ac decis. Guidobal.72. quę incipit,conclusum fuit (quæ tamen pro contraria opin. retorqueri posset. Quæ Abb. opin.procedere forsan posset in tribunalibus extra Ro.cu. in quibus pars citari consueuit ad videndũ productionẽ nonnullorum capitulorũ, seu articulorũ & c.Nos meliorẽ praxim hanc asserimus vt pars ẽt citeẽ ad videndũ admitti articulos, Vtrũ.n.articuli admittẽdi
215 sint,vel nõ,sępè cõtendi consueuit. † Et nisi sint super inuerisimili,vel nõ releuẽt,vel nõ cõcludãt,quo casu reijciuntur, D.meus post alios in c.in pręsentia. nu.16.& seq.hoc titu. Et pro articulis impertinentibus repellẽdis videat Abb.in alle. c.fraternitatis. de testib.& D.meus cõs.162.alias admittunt. Et si simus in dubio an articuli releuent,an non,admitti debẽt. Rot.629.articuli.& 644.Dñi de Rota.in anti.Alex. in l. si duo §.idẽ Iulianus.ff.de iureiur.dominus meus Phili.Dec. consil.84. Excellens. versus fi.& consi.162. in casu.nume.1. Paris.consi. 67.capitulum. num.11.cum alijs seq.volum.4.

Aduertendum est,ꝙ si fiãt positiones,seu articuli, qui sint iuris,admitti non debent,nec positioni iuris respondendum est,quia ius scriptum est probatum,non probandum,& ideo de eo non debet fieri,nec admitti positio, vt in l. ornamẽtorum.& ibi Bald.ff.de au.& argent.lega.in c.sopitę.& ibi Anto.de But.de censib.Bart.in l.1.nu.12.& seq.ff.si cer.peta. ac per Mari.Soc.in c.1.de re iud.& in alleg.c.fraternitatis. versus fi.2. memb.prin.quando variatur instantia. versi. si verò diceretur de nullitate respectu eorum,quæ concernunt merita.de testib.& probaui §.c. 1.post num.40. hoc nostro titu. vbi tracto quibus positionibus non sit respondendum.

216 Citandam † etiam diximus esse partem ad videndum iurare testes iuxta tex.in l.si quando.C.de testi.& in l.iudices. iun.glo.in ver.dispositionibus.i.iuramentis. C.de fi.instr. in c.2.ibi,venire,& audire testes.iun.glosse expositione,cũ qua Abb.Fel.& alij communiter transeunt.de testib. authen. sed & si quis.cum gl.in ver.attestationes. iuxta primum intellectum.C.eod.Lanfran. hic in versicu. testium depositiones. in 6.quæst.

Amplio etiam ad testes in causis criminalibus vt reus pariter citandus sit.Bar.in l.vlt.in fi.ff.de quæstio.Ang. de malefi.in ver.fama publica.ver.Quæro qualiter probetur.Hyppo.de Marsi.cons.18.nu.9.& cons.46.nu.4. Contrariũ tamẽ sępè seruatur.Et penes me dubium redditur dictũ illud Alexan.cons.65.colum.penult.lib.1.quod sequitur Aegid.,Boss. in praxi crimi.titu.de oppositio. contra testes nume.3.quòd valeat statutum,vel consuetudo,vt testes absque partis citatione recipi possint.Et quod denrur plures casus, in quibus valeat examinatio testium parte non citata ostendit Ludo. Roma.singu.366.incip. Vnus ex vobis. Sequitur Marsi.consil.8. in causa magistri. nu.36.lib.1. Regulariter autem in illis casibus non valet receptio testium nõ citata parte ad videndum illos iurare.

Amplio vt testes sic recepti non faciant etiam semiplenã probationem, immò nec indicium.vt voluit Barto.in l.vlt. versus fi.ff.de quæstio.Bal.in l.iubemus.col.3.ver.Item dixi. C.de proba.Abb.in c.bonę.1.col.4.post Inno.ibi de electio. Hyppo.de Marsi. qui alios refert præalle. consi.8.nu.21.

Amplio vt sicut testes non probant contra, ita non probent pro non citato.Bonifa.de Vitali. in cle.2.nu.91. de testib.& conclusit Rota prout dec.370.Achil.de Gras.incipiẽ. Testes parte non citata.

In citatione huiusmodi supponitur, ꝙ testis examinãdus necessario iurare debeat,vt probat text. in l. iurisiurandi. C. de testib. in cap. 2. extra eod. & probatur alijs in locis supra adductis.

Amplio vt testis necessariò iurare debeat, alioqui eius depositio non subsistat,etiam vbi agitur summariè,simpliciter,& de plano, vt rectè voluit Bart.in extra.ad reprimẽdũ. in ver.& figura.post medium.Sequitur Ale. in l.milites. col. penult.C.de milit.testam.pro quo Matthæ.Mathesi. not.38. incipien.nota,quòd in causa summaria.Et hoc passim in iudicijs seruamus.

An aũt Papa dispensare possit, ꝙ credatur testi absq; iuro in iudicio?Aug.Anconitan. in tract.de pote.eccle.q.55.arti. vlt.pro parte negatiua cõcludit, quam doctrinã stupendã, & incognitã affirmat illãq; sequit Fel.in c.ꝟstitutus. col.9.in 2. fallen.de rescr.Obstare vt huic cõclusioni ampla, & maxima potestas,quę est in summo Põtifice, de qua per oẽs in c.j.vbi latè Fel.in 2.not.& col.8.& seq.& in c.quæ in ecclesiarũ. vbi ẽt plenè Fel.col.6.de cõstitu.& Ias.post Bal. in l.pe.col.1.C. de preci.impe.offe. & in l. quoties.col.3.C.de rei vẽdi. & in c.1.col.j.ad fi.qui feu.da.pos.Pro opin. ẽt affirmatiua adduci põt Bal.in c.cõsanguinei. ad fi.de iud.vbi vult, ꝙ iuramẽtum testis sit de ordine,nõ de substãtia iudicij,inferẽs ꝙ si data sit potestas arbitro,vel iudici ꝓcedẽdi de facto, sed sentẽtiandi de iure tũ,ꝙ poterit iudex, vel arbiter credere testibus non iuratis,quod dictum commendat Ias.in repe. l. admonendi. nu.226.ff.de iureiur.Videre poteritis quæ dicit Ias. in dicta repet.nume.20.cum pluribus sequen.& Catel.Cott.in Memoria.in ver.Testi non iurato.

Et an cardinalibus, & alijs personis in summa dignitate constitutis sine iuramento credendum sit,tractant Ale. consilio 178.columna 3. libro 2.& Felyn.in cap. tuis.in 1.not.de testib. ad quos se remittit Aegid. Boss. in allega. titu.de oppos.contra testes. ante nume. 83.versiculo, & an personis. Et dixit gl. in c.cum olim. 1.in ver.fratrum.de priuile.quam ibi Docto.sequuntur, ꝙ Cardinales absq; iuramẽto nõ probãt, licet facere videantur aliquam præsumptionẽ veritatis ꝓꝓ excellentiã dignitatis. quam gl. pro sing. cõmendat Ale. cõsi.180.in causa Angelorũ.col.2.li.2.& Fel. in c.cũ dilecta. col.8.in 4. signo.de rescrip. Ego in praxi seruari vidi, quòd Cardinales,& alij prælati non iurent tactis sacrosanctis scripturis prout communiter reliqui testes iurare debent vt per Aret.in alleg.c.tuis.colum.6.& ibidem Fely.colum.3. de testib.

stib. Sed isti iurant in pectore suo sacro: & hic est mos antiquus prælatorum, illorumque priuilegium: vt etiam dixit Aret.in cap.nuper.colum.2.eod.titu. de testib. pro quo adduco tex.& ibi Docto.in authen. sed iudex. C. de episco. & cleri. Aliud etiam seruari vidi, quòd Cardinales non examinentur super interrogatorijs generalibus, qui stylus in euidenti ratione fundari videtur, quasi non sit quærendum de qualitatibus, & circunstantijs personæ ipsius Cardinalis: & in ipso non procedat glo. illa in versi. vilissimi, cum suo carmine in ca.2.de testib. Nec mirum, cum Cardinales sint in omni actu plus alijs priuilegiati.c.1.in 2.respon. de offic.lega.libro 6.Et hæc omnibus sunt notissima.

Diximns regulariter testes iurare manu tactis scripturis, quod quidem generale est in omni iuramento, & per quoscunque præstando.l.1.C.si aduer.vendi.& in Authen.iusiuran.quod præsta.ab his.in princ.l.si alterius. in fi.C.si min.se maio.dixe. Bart. in authen.sacramenta puberum.præallega. titu.C.si aduer.vendi.vbi dicitur corporaliter præstandum esse iuramentum tactis euangelijs. De quo etiam est text. in cap.ego Berengharius. ibi,Et per hæc sacrosancta Christi euangelia. de consecra.distin.2.& in c. ego N.in fi.de iureiu. Sciatis,quòd licet videretur necessario seruandam esse formam huiusmodi vt tactis sacrosanctis euangelijs iuraretur, ex quo sit forma, aliàs actus vitiari deberet.l.qui Romæ.§. Flauius.ff.de verbo.obliga.cap.quia propter de electio. cap. cum dilecta.de rescript.& sensit gloss.in c.1.in §. item sacramenta puberum.de pace tenen. aliud tamen seruat consuetudo vniuersalis totius orbis vt sufficiat tangere aliquam scripturam. Ipse Imperator,qui iurare tenetur se futurum defensorem sanctæ Romanæ Ecclesiæ tenetur super libro Euangeliorum iurare iuxta tex. in clemen. 1.§.porrò. de iureiur.Et manu tangenda est scriptura per eum qui iurat,non autem alio membro, tum quia ita iure cautum est, tum quia manus dignissimum membrum est,& dicitur organum organorum, vt scripsit Aristo.in 3.de Anima. Et manus datas esse homini tanquam excellentiori omnium animalium dixit Aegid.de Regimi.princi.lib.2.cap.1.

217 Illum autem stylum citandi † testes ipsos ad iurandum,& subijciendum se examini,de quo per Hyppo.de Marsi. consilio 95.in causa inquisitions.numero 39.libr.primo. si sponte illi veniant,vanum, & futilem iudico, & a Romana curia exulantem, etiam tanquam veri non conformem: quicquid dicat Marsi.vbi supra,qui pro sua opinio. citat Bart. in l.vxori.§.qui se filio.ff.de fals.qui tantum dicit,quòd dictum testis,qui vltro se offert non valet: & sic intelligendus iuxta opin.meam non probat pro Hyppo. Floria. item ab eo adductus nihil de hoc:Et sic Marsi. loquitur ex capite suo & sine lege,& ratione. Aut enim (vt præmisi) testes voluntarie veniunt a parte rogati, & illorum testium citatio superflua
218 erit:quippe qui non propterea suspecti habendi sint, † prout concludunt Bar.in l.post legatum.§.his verò circa medium. versicu.Dic ergo sic.ff.de his quib.vt indi.Bal.in authen.sed nouo iure.in 2.not.C.si cert.pet.Alex.consilio 68. Viso. colum.3.lib.2.Lanfran.hic in versicu.depositiones.in 5. quæst. qui dicit imperitos tenere cõtrariam opinio. Rot.357. Item fuit dubitatum.in no.Abb.in cap.in tua.in princ.de sponsa. dominus meus Phi.Dec.in cap.1.numero 17. de testib. & in cap.2.numero 64.eo.& ibidem Abb.column.6. numero 15. versicu.extra glo. ac Fely.numero 25. versicu. Secundo casu.Nec illi,qui præmisso futili stylo innituntur negant quin si testis fortè reperiatur in iudicio ex alia causa tempore illius productionis, vel depositionis faciendæ, vel illac pertransiens absque alia eius citatione (alijs tamen seruatis seruandis) recipi possit: tunc enim citationem illius testis necessariam non putant.Ita Ioan.And.in cap.vlt.de electio.libro sexto.Barto.in l.furioso.ff.de re iudi.& super rub. ff. de in ius vocan.ac Præpo.in cap.si debitum.3.quæst.9. Aut te-
219 stes renuunt † vel subterfuguint se examini subijcere: & tũc de iure communi habemus remedium tex.in l.locum. versi. & si fortè non obtemperent testes, Labeo scribit coherceri eos a prætore debere.ff.de tabu.exhi.& glo.ibi in versic. coherceri. supplet, Captis pignoribus, vel mulctis.l.cũ ab initio.& ibi glo.ff. quemad. testa. aperi.l.si quando inuitos testes.C.de testib.Iuxta verò ius canonicum testes pro examine faciendo cogentur per censuram ecclesiasticam. c. statutum.iun.glo.in ver. ad testimonium. 2.quæst.6.cap.1.in fin. ibi, Ecclesiastica districtione compellas.& c.2.& toto tit. de testib.cogen.

220 Committi † notario receptionem iuramentorum egregiarum,& impeditarum personarum verba, apponuntur ad euitandum dubium illud, an iudex possit notario, vel alteri delegare iuramentum deferendum testi nomine suo? Et videbatur negatiuè respondendum esse iuxta glo.sing. in ver. depositiones, vbi quòd iudex debet recipere iuramenta te-
221 stium † non tabellio.in l.hac consultissima. §. si quis autem testamento.& ibidem glo.in ver.depositiones.ac Ang.C.de testa.gl.in l.iubemus.1.C.de libe.cau.Bal. in l.si qui testium. C.de testib.Bellame.dec.81.& notat Abb. hic post num.35. versic.prima ratio est quia tabellio non habet authoritatem in teste. & in c.cum Bertoldus.de re iudi.Lanfran.hic in ver. Testium depositiones. in 10.quæst.ad quæ tres limitationes dat Fely.in c.causam quæ inter.colum. penult. de testib. Verum concordant omnes,quòd ex causa, & propter multorũ negociorum cumulum, vel propter multitudinem occupationum: vel accedente partium consensu conceditur iudici in ciuilibus,quin & in criminalibus delegare, & committere receptionem iuramentorum, & examen testium. §.illud ẽt. in Authẽ. vt defun.seu func.eo.per Lanfran. vbi supra 12.q. Alex.in præalle.l.hac consultissima.§.si quis autem.C.de testa.Idem Alex.consi.70.numero 13.lib.3.Claud. Seysel.in l. 2.ff.de iuris.om.iudi.Barto. & addentes ad ipsum in authen. apud eloquentissimum.in vtraque lectu.& in l.iudices.C.de fi.instru.Nemo autem est qui nesciat iudices Romanę curiæ præsertim Rotæ Auditores, Auditoremque camerę Apostolicæ, ipsiusque locum tenentem multitudine, & magnitudine negociorum premi.Et in dubio commissio receptionis testium præsumitur facta ex causa secundum Sali. in autem.sed iudex,quam legit cum l.nec honore.C.de episco.& cleric. Et hic stylus in Roma.cu.committendi iuramenta,& examen testium notario est omnibus notus, & indubita-
222 tus,qui præcipuè obtinet si simus in egregijs, † & impeditis personis.l.ad personas egregias. ff.de iureiurand. l.inuiti. ff. de testib.authen.sed iudex. C.de episco. & cleric.cap.si qui. cum glo.1.de testib.glo.in ver.coram.in cap.vlt.14.quæst.2. est tex.in c.2.de iudi.lib.6.pro quibus Bald. consi.165.lib.2. Hyppo.de Marsi.consi.70.numero 25.Tiraq. in legib.Connubia.9.Roma.singu.172.Tu audisti. & singu. seq. ac singu. 789.communiter dicunt.

Aduertite Domini ad praxim in contingẽtia facti in mea causa propria: licet semper a litibus proprijs abhorruerim, existimans fęlices dies sine lite, casu euenit, quòd per excellentem Doctorem D.Ascanium Fuccium mota mihi fuerit lis super pensione domus coram R. D. Auditore Cameræ: eundem illicò citari curaui coram primo collaterali Capitolino ad dicendum contra motum proprium populo Romano concessum: & in vim illius videndum reassumi causam ad primam diem,& videndum sibi inhiberi ad statim, & sic cũ sim in Romanus causa introducta fuit in curia capitolina, in qua obtento per aduersarium monitorio & contra me executo,illud tempore debito negaui, ad viamque iuris reduci obtinui,Dedit ille positiones, & vt illis responderem monitus fui,monitis non parebam:mirabatur & ipse, & Iudex,ac notarius quare sic differrẽ,meq; contumacẽ & dicere & declarare minabãtur. Dumq; per plures dies distulissem, tandem ab eisdem petij, An in curia capitolina iura ciuilia, & successiuè canonica seruarentur? Id fassi sunt,quod & negare non poterant etiam propter statutum vrbis in lib. Reforma.cap.37.rub. Quòd seruetur ius commune. Interrogaui eosdem an scirent me doctorem? Id se, & alios scire affirmarunt. Interrogaui tandem non ne ipsi Doctores scirent Doctores dici egregias personas? Ad egregiasque personas examinandas,seu interrogandas a iudice transmittendũ esse notarium? Subdebam,nisi notariũ cum positionibus ad domum meam transmisissent nunquam me respõsurum, quod quidem subsecutum fuit.Ad rem redeo, vidistis ad egregias personas pro iuramento,& examine transmitti debere: Restabat videre quæ sint egregię personę.Quod Cardinales,& episcopi dicantur,& sint egregię personæ nemo dubitat, & hoc apertè omnes fatẽtur propter eorum maximam dignitatem,vt per And. Barba.in illo tracta. de præstan.Cardi. & per Gundisal.de pote.Cardi.per Roma.singu.169.Ioan.Firma. in tract.de epis.& nouissimè per Illustrissimum, & nunquam satis laudatum Cardinalẽ Albanũ in suo pulcherrimo tract.Card.Nemo ẽt dubitabit nisi lippus,aut obtusi ingenij qn Rotę Rom.Florẽtinę,Bon.Ianuẽ.& id genus Auditores verè dicant egregię psonę.Et licet de auditoribus Rotę Romanæ manę idem affirment,Fely.in c.si quis testium. numero 6.de testib.& Sarnen. in cap.2.numero 45.de iudi. lib.6.qui fuerunt Rotæ Romanę Auditores:non per hoc excludunt alios aliarum Rotarum Auditores. Pro specie facti præfati dicebam Doctores non ignauos dici egregias personas, & in dignitate existentes.c.quanto.& ibi Abb.de magi. Barto. in l.1.colum.4.C.de no.Codi.compo. numero 10. Idem Bart. dicens etiam Aduocatum deposito officio egregiam personam dici,in l.1.C.de aduo.diuer.iudi. Bald. in l.1.col.vlt. ff. de iusti.& iur. & per alios, quos cito in 16. quæst.16. Regu. Cancel.post nu.7.

Sic pariter videmus committi per iudicem, etiam ex generali consuetudine receptionem iurium, seu actorum: pro quo ponderant,& ita declarant text.in l.præcipimus. versic. Nostri autem libellenses,quæ apud arbitros gesta sunt,suscipiant.cognitiones inducant, & ea, quæ geruntur suscipiant, &c. C.de appel.& voluerunt Fulgo. in l.hac consultissima. C.de testa.per nota.per gloss.in l.si quis ex signatoribus. ad fin.C.quemad.testa.aperi.& Felyn.hic, qui alios ad id citat post num.40.versi.Secundo limita nisi notarius.

Super iuramentis, & examine commissis notario per iudicem Remissorem in partibus executioni demandandæ a Rotæ Romanæ Auditore deputatum hęc facti species in eadem Rota proposita fuit, Iudices Remissorię decretę in ciuitate Tarraconen. pro examine quorundam testium impeditorum existentium Barchione,quos pars examinare volebat,partem aduersam citauerunt pro certis die,& loco ad videndum iurare testes in ciuitate Barchionen. in manibus notarij,& dandum interrogatoria:qui successiuè in termino & loco assignato iurarunt in manibus notarij ad dictam ciuitatem trasmissi: Successiuè fuerũt examinati,dubitabatur per R.P. D.Montisflasconen.in Barchionen. impositionum canonicos,& beneficiatos quia commissum iuramentum, & examen testium notario, & non personæ iuxta dispositionem c. statutum de rescrip.libr.6.conclusum fuit pro validitate probationum prout dec.Ioan. Baptistæ Guidob. 156. incipien.Iudices remissoriæ: Contraria enim procederent si notario commissus fuisset articulus iurisdictionis, at hic fuit commissum nudum factum quod potuit. Pro quo adducebatur deci.Aegid.Bellame.43.

Verba illos iurare in eorum, vel notarij domibus:ponun-
223 tur, quia testes † in iudicio iurare & examinari debent, & non in alio loco.glo.in versi. Sabino. in l.3.ff.de testib. Lanfran.hic in præalle.ver.testium depositiones.in 9. quæst. De mandato tamen iudicis vbique(dummodo in loco honesto) testibus iuramentum præstari potest, vt post Abb. declarat hic dominus meus numero 197. Et necesse erat exprimere locum vbi iurare debeant testes:alioqui loco non expresso, intelligi debebat in loco iudicij,vbi (vt probaui) regulariter testes iurare debent,prout in simili dicimus, quòd si quis citetur ad comparendum coram aliquo iudice, intelligi debet
224 † (nisi aliud exprimatur) in loco consueto. l. consentaneum. C.de senten.l.si locus.ff.de iudi. Barto. in l. si vt proponis 2. C.quomo. & quando iud.dominus meus cons.163.in causa matrimoniali.columna sexta,& in c.cum parati.numero 19. de appel.

Dictum fuit ab hora 20. vsque ad 22. illius, & sequentis dierum, licet regulariter in citatione non sit necessaria ex-
225 pressio † horæ,in qua quis comparere debeat: ex quo intelligi debeat de hora consueta ad comparendum: & sic citatus comparere debeat hora,qua Iudex residere consueuit.Bald. in c.1.colum.4.versic.Quæro vtrum. de mili. vasal.qui contu.est.& in alle.l.si vt proponis.versicu.Quid ergo.Abb.in c. consuluit.in 5.not.de offi.delega.dominus meus Phi.Dec.in c.cum parati.numero 20.de appel.Felyn.in c.cum M.Ferrarien.numero 6.versi.Et citatus simpliciter non expressa hora. & ibidem Rip.post num.43.versi.Sexto adde,quòd citatus vt compareat tali die.de constitu. Quia tamen iste actus producendi testes ad iurandum sæpissimè fit alia hora,quàm consueta, vel statuta ad aliàs comparendum in iudicio: & plerumq; etiam fit extra iudicium vt dictum fuit, propterea oportet horam exprimere qua testes iurare debeant: Nonnulli in citatione dicunt Ad videndum iurare singulis horis illius,& sequentis dierum: Vel singulis horis illius,& trium, vel quatuor dierum sequentium. Mihi citatio, vel intimatio illorum nimis generalis, vaga, incerta, ac periculosa videtur,vt per Docto. vbi supra. Et esset species seruitutis, quòd quis teneretur singulis horis diuersorum dierum adesse ad videndum an testis aliquis iurare tunc vellet: vt in simi. ponderat Bald. consilio 268. libro primo, aliàs consilio 138.libro tertio.Et huc pertinent quæ in simi. dixi supra numero 90. Et in terminis nostris, quòd citatio ad videndum iurare testes singulis diebus, & horis inualida sit conclusit Rota prout decis.Ptolomæ.170.sub titu.de testib. quæ incipit per dominos comites de Corregio, in qua dicitur, Item fuit dictum,quòd citatio pro singulis diebus, & horis sit nulla. Et Rota sequuta est dictum consi.Bald. 178. incipiens factum tale. Et quòd huiusmodi citatio sit nulla addo Rui.consilio 149.numero 19.& sequen.volum.5. Rursus plerumque sic citatus protestari cõsueuit, quòd declaretur, & statuatur hora certa pro iuramento a teste subeundo, præsertim vt testis videri, & cognosci possit: vnde noua citatio, vel intimatio post protestationem factam requireretur.

226 Ad dandum etiam interrogatoria † pars citatur pro veritate indaganda. De interrogatorijs aliqua dixi supra numero 195.& pro illorum fabricatione habemus text. in cap. cum causam. ibi, Et de singulis circunstantijs subtiliter inquiris.& ibi per dominum meum in 8.not. numero 52. hoc titu.de proba.& habemus gloss. optimam in capitulo præsentium.in versiculo interrogatoria. eod.libro sexto. Quod examen sit nullum quando testes non sunt examinati super omnibus interrogatorijs voluit Curt.in tract.testium.quæstione 53.cuius opinio. comprobauit Rota Romana prout decis. Put.13. sub titu. de testib. Et eadem Rota conclusit, quòd testes examinati non dato termino ad dandum interrogatoria non probent, prout dec. eiusdem Put.10. eo.titu. Ad quod citabantur Ioan.And.in allega. cap. cum causam. columna secunda versiculo,Et propterea hoc.& Ancha.columna secunda,Cardi.columna prima. & Barba. col.3.eod. titu.de testib. Ego hactenus non puto in iure clarè decisum an quis necessario citandus,vel monendus sit ad dandum interrogatoria,alioqui testium examen sit nullum: An potius examen inualidum sit solum quando pars dedit interrogatoria, vel petijt sibi assignari terminum ad illa dandum, & sibi concessus non sit, vel infra terminum ad illa producendum assignatum: seu interrogatorijs apud notarium existentibus absque illis testes examinati fuerint. In hac materia nouissimè habemus dictas duas decision. Putei de quibus supra: Rursus aliam valdè notabilem Accoramb.sub eod.titu.quam subijcio, Fuerunt examinati testes, sed non fuerunt interrogati super interrogatorijs partis aduersæ, vnde fuit dubitatum an valeret examen: & licèt magnus sit Doctorum conflictus in capitu. per tuas. de testib. & de quodam rigore, & fortasse secundum magis communem opi.non deberet valere,tamen de quadam æquitate concluserunt Domini examen valere: nam culpa examinatoris nõ noceret parti producenti iuxta not. per D. meum in c. licet causam. in 8.nota.hoc titu.de proba. Fuit tamen dictum, q̃ deberent repeti coram Ioan. Paulo Ptolomęo in Burgen. matrim. ita fuit conclusum. Die tamen 19. Februarij 1554. conclusum fuit examen non valere in Pampilonen.coram Capizucca,Sed tamen in casu illo erat protestatio partis aduersæ de nullitate,& forma data a iudice. Et hodie in vna alia Pampilonen. Matrimonij coram me decisum fuit examen valere, tamen testibus non esse adhibendam fidem nisi repetantur. Hactenus Accoramb. super ipso nostro principali quæsito reperi quandam Rotæ modernam decisionem Ioan.Bapt.Guidob.72.incipien. Conclusum fuit 17. Octobris 1552.in hęc verba:Et quia pars allegabat nullitatem ex eo, quòd non fuerat citata pars ad dandum interrogatoria, fuit ductum quòd hoc non faciebat nullum, quia iure cautum non reperitur, quòd pars ad hoc sit citanda: Altera eiusdem Guidob.decisio.98.sic scripta reperitur: Dixerunt Domini testes examinatos citata parte ad videndum illos iurare quamuis non fuerit citata ad dandum interrogatoria non esse nulliter sed bene examinatos,quia iure cautum non reperitur partem de necessitate ad hunc actum citari debere,quod fuit tantum coram Vestano in vna Toletan. parro. de Gallopagaz.inter Ludouicũ de Hæredia,& R.P.D.Ioannem Piglinum 16.Octob.1551. Item fuit tentum 16.Octob. 1552.in vna Capuan. reædificatione monasterij coram D. Rossanen.20.Super interrogatorijs dandis, & citatione ad illa producendum aliquibus in locis adsunt statuta, prout etiam Romæ habemus statutum in lib.Reformation. cap.6. sub titu.de interrogatorijs ad testes dandis.

Intimatio fit in eadem citatione,ex antiquo Rom.cu. ſtylo, qualiter materiæ ſunt ſpecificatę medio iuramento, & quod examinabitur ſuper omnibus. Hæc ab eodem ſtylo Romano introducta ſunt potius, quàm a iure ciuili, vel canonico: neminem vidi, qui hunc ſtylum declaret: & licet
227 † pro lege ſeruandus ſit. c.quam graui.de crimi.falſ.Calderi. conſilio 8.an exiſtens.numero 4.ſub titu.de reſcrip. Docto. præſertim Fely.in cap.2.eo.dominus meus Phi.Dec. conſilio 699.quod eſt penul.numero 5.verſiculo, Et quia ſtylus Curię.Marſi.ſingu.118.quod incipit ſtylus Curię.Cur.Iun. conſilio 170. numero 13. Et adeo ſtylus Romanus attendendus eſt,vt licet de iure ſcientia principis reſcribentis, ſeu diſponentis omnem inhabilitatem tollat iuxta text.in l.quidam conſulebant.ibi Princeps enim, qui ei magiſtratum dedit (ſcilicet minori)omnia agere decreuit:& ſic pro diſpenſatione ſufficit ſcientia Papæ diſponentis, ſeu decernentis: tamen ſi Papa prouideat minori de beneficio, ſciens illum minorem,non diſpenſans,vel derogans defectui ætatis, gratia erit inualida propter ſtylum Ro.cu. qui habet, quòd in defectu ętatis ſemper adijciantur in literis hæc verba, ſuper quo tecum de vberioris dono gratiæ diſpenſamus. Ita in ſpecie decidit Calde. præalle. conſil.8.ſub titu.de reſcript. Tamen quid ille ſtylus, quem præmiſimus, & hæc intimatio velint,& quorſum tendant hic eſt facile percipere: Materia pluribus modis accipitur, vt latè declaraui ſuper 8.q. Regu.Cancel.de Non iudi. iux.for.ſuppli. ad fi.iuxta 2.editio.vbi tracto de ſubiecto,& materia.Ibi dictis addo, quòd
228 materia † eſt vnde quid conficitur: puta metallum materiam ſcyphi dicemus:calcem, ſaxa, ligna materiam ędificiorum vocabimus,iuxta tex.in l.ligni appellatione. ff.de leg.3. l.quod ſi.verſi.materia empta.ff.de peri. & commo.rei vēdi. Iuxta terminos noſtros materiæ accipiendæ erunt pro intentione articulantis comprehenſa, ſeu contenta in ipſis articulis:in illis enim conſiderari poſſe videtur materia,& forma: vt materia ſit id quod articulans deducit,& probare intendit:forma verò ſit ipſa articulorum compoſitio. Vel dicamus quòd conceptus ipſius articulantis, pariter dicatur materia:ipſi verò articuli materiatum,ad tex. vbi gl.& Bald. in l. ſi conuenerit. §. ſi quis. ff. de pigno. actio. & §. cum ex aliena.Inſti.de re.diuiſi.Bal.in l.dictum.C.de condi.ob cau. Et dixit Bal.in l.generaliter.C.de reb.credi.& Curt.in l.2.§. quod obſeruari C. de iura. calum. articulos eſſe partem intentionis, continentem id, quod actor vel reus probare intendit.Et articulos ſpecificare idem videtur eſſe, quod illos bene formare in materia, & forma, vt vtar verbis deciſ.30. nota quod ſi aliquis.de reſcript.in anti. aliàs 736. Dicamus igitur ꝙ materiæ in ipſis articulis cōtentę ſunt ſpecificatæ.i. bene,& clarè diſpoſitæ, ſeu declaratę. Et in ſumma concludamus, quòd ipſi articuli † ſpecificantur medio iuramento:
229 & idē ſit dicere,materiæ ſunt ſpecificatæ, quod articuli ſunt ſpecificati: de qua articulorum ſpecificatione, & quid veniat in ipſa ſpecificatione videri poterit deciſ. Bellame. 46. ſub titu.de reſcript. Et de ſpecificatione materiarum,ſeu articulorum bona, vel mala loquuntur ēt, & tractant Rot.28. ſciendum eſt,& 29.in anti.ſub eo.titu.de reſcrip. Et de articulis de bona materia,malè tamen ſpecificatis tractat Rot.1. ſub titu. de ſequeſt. poſſeſ. aliàs iuxta alium ordinem 27. in no. Et nota quòd ſi ſint concernentes actum alienum,ſufficit iurare, quòd credit illos eſſe veros, ſecus ſi de facto proprio,quia tunc requiritur iuramentum veritatis, & ita intelligi debet text.in cap.præſentium.de teſtibus. libro ſexto. & voluit Caſtren.in l.2.§.quod obſeruari. colum. penulti. C. de iuramen.calum. & eſt deciſ. Putei 274.lib.2. incipiens, vna Hiſpalen. & eſt deciſ.211. incipiens Epiſcopus ſolis. Inſuper idem articulans ſpecificat,& declarat, quòd examen faciendum erit ſuper omnibus articulis, & ſuper quolibet capite, ad differentium eius, quod præcipuè, & regulariter fieri ſolet extra Romanam curiam quando examinari faciēs producit quādam tabellam, ſeu ſchedulam in qua teſtes deſignantur, qui puta ſuper primo, ſexto, & octauo articulis tantum examinandi erunt: Rurſus qui ſuper ſecundo vſque ad ſextum excluſiuè:alij verò ſuper nono vſq; ad decimumquintum excluſiuè examinari debeant, & quòd teſtis ſuper
230 quibuſdam articulis † productis, quibuſdam verò minimè recipi,vel examinari poſſit, alter ſuper alijs,voluerunt Spec. titu.de teſte.§.iam de interrogatorijs.verſi. In ſumma nota. & Guid. Papæ ſingul.681. incipien. Teſtis debet dicere pro vtraque parte.

Illa verba, & examinabitur ſuper omnibus. duplicem recipiūt interpretationem, vnam videlicet ſuper omnibus articulis,& ſic nullum articulum excludendo, ad text.in l.textoribus.& in l.Iulianus. ff.de lega. 1. glo.in cap. vt circa. in ver.aliorum.de electio.libro ſexto.pro quo illud ſacræ paginæ adducere ſoleo,videlicet Pſal.8.Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius. iunc. declaratione diui Pauli ad Hebræ.2. in hæc verba,in eo enim, quod omnia ei ſubiecit, nihil dimiſit non ſubiectum.Et ſic etiam ad differētiam ſtyli de partibus, iuxta quem (vt prēmiſi)fit declaratio,ſuper quibus articulis aliqui teſtes examinandi ſint, & non ſuper reliquis. Altero modo vt intelligamus, ſuper omnibus materijs cauſæ, ſeu ſuper omnibus cauſam concernentibus: ſeu ſuper omnibus rebus in cauſa deductis.

Vti etiam ſolemus ad eundem ferè effectum, altera clauſula magis ſpecifica, & clariori poſt illa verba ad videndum iurare teſtes (de quibus ſupra) videlicet ſuper illis, ſcilicet articulis, & tota cauſa. Horum enim verborum ſenſus efficiet, vt ſuper omnibus articulis teſtes interrogari, & examinari,ac reſpondere debeant, & conſequenter propter huiuſmodi clauſulas teſtes interrogari,& reſpondere debebūt ſuper omnibus concernentibus ipſam cauſam in qua producti ſunt articuli. Quo fit vt ſi teſtes deponant ſuper ijs,quæ pēdent ex ipſis articulis productis,bene deponant: exemplum dari poteſt,articulus dicit de venditione,vel ſimili.cōtractu, & teſtes deponunt de conditione adiecta ad ipſum contractum,& ſic ſuper eo, quod non eſt incluſum in ipſis articulis productis de neceſſitate iuris, & facti: Hæc depoſitio propter verba prædicta admittenda erit, prout etiam ſi articuli producti ſint ſuper pp̄ſeſſione, & teſtes reſpondeant etiam ſuper titulo: ex quo teſtes iurarunt, & deponere potuerūt ſuper tota cauſa,admittenda ſunt eorum dicta,& conſequēter ceſſabit contentio, quæ erat inter Docto. in l. per hanc C.de tempo.appella.in cap.fraternitatis.de teſtibus.& alibi. prout per Maria.Socin.in alleg.cap.fraternitatis.colum.29. verſicu. Sed iuxta prædicta quæro quid ſi teſtes fuerunt ſolum producti ſuper articulis.vbi cōcludit, quòd ſi teſtes ſint ſimpliciter producti,& examinati ſuper contentis in caſibus ſupra poſitis, ſeu ſuper illis depoſuerint, quòd non obſtabunt nouo examini faciendo ſuper eiſdem articulis, vel directo contrarijs: quia non fuerunt teſtes inducti ſuper contentis in dictis exemplis: nec quid potuit parti inducēti imputari,quæ nec potuit,nec debuit diuinare,quòd extra articulos eius teſtes deponerent, ſubdit poſtea idem Maria. Secus ſi teſtes fuiſſent producti ſuper articulis, & tota cauſa: ergo etiam fuerunt producti ſuper nouis articulis ſi faciunt ad cauſam.Quod etiam voluerunt Ioan. And.Anto.de But. & Ioan.de Imo.in dicto cap.fraternitatis.ac Barto. in allega. l.per hanc.C.de tempo.appel.voluit etiam Anto. de But.in alleg.capit.fraternitatis,quem ibi ſequitur Maria.vbi ſupra, quòd ſi pars formauerit articulos,& teſtes produxerit:ſi teſtes iurauerint dicere veritatem non ſolum ſuper articulis, ſed etiam ſuper tota cauſa: quòd ſi tunc deponant extra articulum,valeat eorum depoſitio. Et licet Ioan. de Imol. ibi impugnet opin.Anto. de But. & bene dicat ſi teſtes ſimpliciter iurarunt: tamen opin. Anto.defenditur ibi per Maria. ſi iuratum fuerit etiam ſuper tota cauſa. Et parificat iſtos duos caſus, quòd teſtes ſint producti ſimpliciter ſuper tota cauſa abſque aliqua ſpecialium articulorum expreſſione: ſiue aliqui articuli ſint ſpecificè producti, & petitū per partem,quòd teſtes producti examinentur non ſolum ſuper articulis, ſed etiam ſuper tota cauſa: His enim duobus caſibus pari ratione procedit hæc concluſio, quòd ſuper nouis articulis non poterunt teſtes produci publicatis atteſtationibus: quod etiam tenet Angel.in alleg.l.per hanc. verſicu. Adde vnum notabile.C.de tempo.appell.Limitanda,& declaranda ſunt præmiſſa duobus modis, quos ſubijcit Maria. vbi ſupra, qui poſtea ſubdit, & ex præmiſſis infertur, quòd producere teſtes ſuper articulis, & tota cauſa reſpectu producentis continet fauorem, & odium, quod ad oculum oſtendit, vt ibi.

Glo.in verb.inſtrumentorum productiones.dicit ad hoc illas ſcribendas eſſe, vt ſciatur an inſtrumenta in tempore producta ſint: poſt concluſionem enim in cauſa illa produci non poſſe affirmat, ad tex.in cap. cum dilectus. de fide inſtrumen. vbi quòd poſt publicatas atteſtationes ante concluſionem in cauſa inſtrumenta † produci poſſunt. Ad idem
231 eſt text. in l.iubemus. vbi vſque ad ſententiam diffinitiuam admit-

admittuntur probationes,prout etiam ibi nota. C.de iudic. & voluit Rot.2. ſub tit. de probatio.quæ incipit, nota quòd poſt terminum.aliàs eſt 147.in antiq.Lanfran.de Oria.in repet.clemen.ſæpe.de verbo.ſignifica.colum.penult.verſ.Prima concluſio ſi nullus terminus eſt datus ad producendum inſtrumenta.ponit ſuper ijs plures concluſiones, & nonnullas etiam hic Doct.hanc, quam glo.& Abb.hic fundant pro regula ponit Socin.ſub nume.230.ſub ver. inſtrumenta poſt concluſionem in cauſa, vbi adducit quatuor ampliationes, & decem limitationes. Et ratio concluſionis præmiſſæ euidens videtur: quando enim renūciatum eſt probationibus, ſeu in cauſa cōcluſum eſt, nihil produci, vel opponi poteſt. l.nec cauſas. vbi Bald. & alij. C.de appella. l.ſecunda. C. de relatio.capitulo,auditis. de in integrum reſtitu. Et concluſo in cauſa non dicitur amplius iudicium. glo.in capitu.primo. 233
num.13.de mu.pet.

Præter dicta, & adducta per Docto. vbi ſupra, ſciendum eſt, quòd Rota Romana poſt concluſionem in cauſa, immo etiam poſt ſententiam ex æquitate tam in cauſis ſpiritualibus, quàm prophanis ſæpiſſimè admittit inſtrumentorum, & iurium productionem, etiam non obſtante quocunque lapſu termini, vt in ſpecie habemus Rot.2.ſub titu.de in integrum reſtitu.aliàs 165.latis tribus.verſi.ſi verò ſequeretur ſententia.in no.Conſueuere inquam (& ego pluries vidi,& obtinui) poſt concluſum in cauſa, & poſtquam Domini de Rota pronunciauerunt prout in cedula, in quibuſuis cauſis indiſtinctè, ſi altera partium affirmet ſe habere inſtrumenta, vel iura releuantia, illa curſim videre, ac guſtare: & ſi prima facie videantur ad rem facere, & producentem releuare: nec tunc illa producenti negligentia, deſidia, caliditas, vel calumnia imputari poſſit non obſtante concluſione in cauſa, ac pronuncia prout in cedula illa admittere. Et quando pronunciatum eſt diffinitiuè prout in cedula (vt in Ro.cu.indiſtinctè pronunciari ſolet) tunc iudex illam pronunciam in interlocutoriam vertit ſub hac forma, videlicet Chriſti nomine inuocato,in cauſa,& cauſis & c.pronunciamus fore, & eſſe procedendum ad vlteriora omni meliori modo &c. Et ſi fuerit habitus terminus pro ſeruato, prout ſæpè fieri contingit in tribunali Auditoris camerę, propter iura releuantia è medio tolli conſueuit ille terminus ſeruatus.

Multa hic congerit Lanfran. ſuper hoc ver. Inſtrumentorum productiones.quæ licēt vtilia ſint, illorum tamen diſcuſſio hic propriè non cadit: Nec meę intentionis eſt ab ordine Abb.& dom.mei Phi.Dec. nimis deuiare. Cum Dec.
232 igitur quæro † an productio inſtrumentorum coram notario fieri poſſit?Abb.pro affirmatiua concludere videtur ſupra in verſi.Dilationes.cir.fin.per tex.in l.eos.§.ſuper ijs.ibi Ad ſcrinia quorum intereſt remittant.C.de appel.vbi gloſſ. declarat ad ſcrinia.i. ad ſcrinios, dicite vos ſcriniarios, ſeu tabelliones: videlicet eorum iudicum ad quos eſt appellatum,vt glo.prædicta ſubijcit. Idem concludit ibi Barto. numero 3.& Bald.in fin.& idem Barto.in l.ſi finita.§. Iulianus. numero 10.ff.de dam.infec.& ibi Alex.dicit opin. Barto. in praxi ſeruari. Idem voluerunt Saly.Pau.Caſtren. & alij relati per Fely.numero 38. verſiculo expedita materia gloſſ. 234
Quod etiam voluit Abb.conſilio 112.libro 2.& Roma.conſilio 498.Et opin.Barto.defendit hic dominus meus numero 116.verſiculo,Et quia tractatur:& dicit cum Bart. tenere Ange.conſilio 249.colum.vltim.Contrariam opin.& ſic negatiuam, quòd productio inſtrumenti facta notario non cenſeatur facta iudici:& ſic quòd requiratur quòd fiat iudici iuxta text.in l.quingenta.in fi.ff.de proba.ibi, Hæres ipſe id probare iudici debet. Cui tamen text. reſponderi poſſet, quòd ibi dicatur iudici ad differentiam partis. i. non parti. vt ex glo.ibi colligi poteſt. Adducitur etiam text. in c.3. ibi, Vnde hinc inde teſtes produci poſſunt ad cognitionem iudicis inſtruendam. Cui tamen, & alijs iuribus reſponderi poſſet, præter id quod non loquantur in proprijs terminis 235
inſtrumentorum,non ſequitur Iudex eſt inſtruendus: ergo coram eo tantum, vel coram eo præſente notario inſtrumenta produci debent: Non autem prius ipſi notario productio fieri poteſt.Et hanc opin. negatiuam tenuerunt Ange.in l.omnem.verſus fi.C.de teſta.Quæ etiam probatur ex definitione,quam dat Bald.ſuper rub. de proba.col.1.Alex. in alle.§.Iulianus.colum.11.verſicul.Item in quantum Bart. poſt Ange.& Roma.ibi. & hic Hoſtien.Ant.de But.& Imol. ac Fely. vbi ſupra numero 39. vbi alios ad id citat, dicens hanc eſſe veriorem opin. Pro qua adducitur text. in l.adoptio.C. de adoptio. vbi quod adoptio ſcribenda eſt a notario actuario eorum iudice. Ego primæ opin. a conſuetudine comprobatæ inhererem,quam etiam dum eſſem Rotæ Florentinæ Auditor ſeruari vidi: & quam etiam in Roma. cu. ſemper obſeruatam perſpexi. Nec referre videtur productionem iurium fieri penes notarium tantum, ante citationem enim partis aduerſæ ad dicendum contra.& terminum ad id coram iudice tantum, iura, & inſtrumenta producta non ſunt in conſideratione, prout per Barto.in extra. ad reprimendum in ver.de plano, & per alios, quos ſupra citaui numero 212.ſufficit igitur quod iudex de inſtrumentis, & iuribus productis, illorum quæ tenore certior reddatur quando terminus ad dicendum contra illa ſeruabitur. Immo videmus,quod admittitur † productio inſtrumentorum ſeu iurium in ſacculo,vel pera exiſtentium, prout per Ioan. And.in addi.ad Specu.in titu.de inſtru.editio.§. videndum. verſiculo.Item nota.per Rip.in l.2.numero 21.verſicul. Secundo colligit. & ibidem per Cur.Iunio. numero 50.hanc opin. communem affirmantem. C.de eden. Et hoc caſu vt patet ad ſenſum non ſolum iudex non videt tempore productionis inſtrumentorum in ſacculo exiſtentia, immo nec etiam notarius ſed poſt: & tamen hæc productio non reprobatur.Quatenus vero ſecunda opin. contra Bart. verior eſſet, & conſuetudo non refragaretur aduertendum eſt, quod omnes contra eum tenentes fatentur, quod ſaltem in duobus caſibus opinio Barto. & ſequacium intrepidè procedit: primus eſt quando productio facta fuit notario in præſentia iudicis:quia tunc ipſi iudici facta videtur. Specu. in titu.de inſtru.editio. §.reſtat.circ.princ. Gui.de Cun.in l. edita.C.de eden.Bald.in l.2.numero 2.C.eo.& ibidem Iaſ. colum.2.& eſt de mente omnium ſecundum Alexā.in dicto §.Iulianus.numero 35.Et dicamus, quod facta in præſentia iudicis licet non in figura iudicij habeatur pro actu iudiciario, Bald.in l.interrogatum. C. de libe.cau. Secundus caſus eſt quando notarius eſt deputatus ad ſcripturas recipiendū: tunc productio notario facta, iudici facta videtur, vt eſt de mente omnium, vt per Alexan.in l.Iulianus.columna 11. & Felyn. hic poſt numerum 40. limit.2. Demum ſciatis præterea, quæ tracto in 2. mea apoſtil. ad Lap.allega.119.quæro pone. quod licet Bald.num.5.& 6. ac Paul.Caſtren. in l.iubemus. C. de iudic. dicant quòd pars producens iura poſſit ipſorum productionem reuocare, hoc limitandum eſt niſi pars ſit citata ad dicendum contra iura producta, & repetita,per dictam enim citationem iura effecta ſunt communia, vnde pars,quæ produxit non poteſt productionem reuocare: ita in ſpecie concluſum fuiſſe in Rota Romana teſtatur Put.deciſ.ſua 270.libro ſecundo.incipien. Licet Bald.Addo in ſimili.Felyn.ſuper rub.de reſcript. in 3.& 4.fallen. Declaro vobis intelligendam eſſe deciſ. illam nō ſolum ſi pars aduerſa citata fuit ad dicendum contra iura, ſed quod etiam ſeruatus ſit ille terminus ad dicendum contra.

Glo.in verbo,interlocutiones, & Abb.volunt interlocutorias per notarium actuarium ſcribendas eſſe: eas tamen dum proferuntur non requirere ſcripturam, † & ſic verbo
tātum illas proferri poſſe, quæ per notarium actuarium deſcribantur. Quod etiam voluerunt Specu.in titu.de ſenten. 234
§.iuxta.colum.6.in princip.verſicu.Quid de interlocutoria. glo. in l.fin. ff.de appella. & glo.1.in fin.ff.de appella.recipi. glo.1 in cap.vlti.de re iudic.libro ſexto.quæ concordat cum glo.noſtra.Barto.in l.2.verſus fin. C.de ſenten. ex breui.reci.Bald.& Saly.in l.ſtatutis. C.eod.Idem Bald. in l.hac conſultiſſima.colum.penult. C.qui teſtamen.face.poſſ. Iaſ.poſt Barto.& alios, alios referens,& hanc communem affirmans in l.nequicquam.§.vbi decretum.numero 59. ff.de offi.procon.De interlocutoria mera,& ſtrictè accepta, ac interlocutoria habente vim diffinitiuæ tractaui in 17. formula commiſ.in ver.ſeu vim diffinitiuæ.

Ex glo. præmiſſa elicitur etiam, quòd ſententia † diffinitiua in rem tranſit iudicatam niſi infra decem dies ab ea ſit appellatum,authen.hodie. C. de appella.cap.quod ad conſultationem.de re iudica.cap.anteriorum.2.quæſt.6.Et non ſufficit probare, quòd appellatum ſit, ſed debet etiam probari, quòd infra decem dies appellatum fuerit. Compoſtel. in capit.cum dilectus.de appella.Rot.91.Nota quòd vbi aliquis.in fin.in antiq. & 316.ſi poſſeſſor. verſic. Fuit tamen.in nou.ac Bellame.684.Quamquam de appellatione.verſus fi. verſic. Sed non placuit alijs, latè Felyn. in cap.quod ad conſultatio-

ſultationem.numero 25. conclu.2. de re iudica. Sic & inter-
236 locutoria † niſi intra decẽdium ab ea ſit appellatum, in rem
tranſit iudicatam.cap.ſignificauerunt.ibi, & propter hoc in-
tra decem dies poſt interlocutoriam.de teſtibus. glo.in ver.
abſoluere.in cap.querelam.de procura.capit.venerabilibus.
§.ſed ſi iudex.& ibi glo.in verb.decendium.de ſententia ex-
communica.libro ſexto.capit.cum ceſſante. iuncta glo. ma-
gna circa medium. de appella.Quod quidem intelligendum
240 eſt quoad partem, non quo ad iudicem,qui quandocunque
237 etiam vſque ad concluſionem in cauſa, & poſt, † interlocu-
toriam ſuam reuocare poteſt tam expreſsè, quam tacitè. l.
quod iuſſit.vbi omnes.ff.de re iudica.præalleg. glo.in capit.
cum ceſſante.verſicu.poteſt dici, quòd licet tranſeat in rem
iudicatam.glo.vlti.in l.1. ff.de præto.ſtipula. glo.in l.dies. in
alleg.cap.ſignificauerunt.de teſtibus.glo.in pręalleg.cap.ve-
nerabilibus.in verbo,decendium.de ſenten. excommunica.
241 lib.6.latè Vincen.Herculan.in alleg.l.quod iuſſit.colum.10.
verſi.Nunc aſſumo tertiam.

Glo.in verbo,appellationes,& Abb.ſuper ea concludunt
infra decem dies appellandum eſſe, vt probatum fuit ſuper
238 præcedenti gl.verum quia ſi appellatur incontinenti † a ſen-
tentia diffinitiua ſufficit appellare viua voce, & ſic non in
ſcriptis: vnde ſufficit, quòd grauatum ſe ſentiens dicat illi-
co appello,& faciat hoc per notarium ſcribi: ſi verò non in-
continenti a diffinitiua appelletur, tunc in ſcriptis appellan-
dum ſit: aliàs inualida ſit appellatio, prout hæc probantur
ex text.in l.1.in fin. & in l ſequen. ff.de appella.in l.litigato-
ribus.& ibi glo.& Barto. C.eod. in cap.vlti. §.litigatoribus.
2.quæſtio.6.voluerunt Specu.in titu. de appella. §.qualiter.
in princip. & Corn.conſil.95. viſo proceſſu.columna prima.
239 in fin.volum.4.ſi verò appelletur † ab interlocutoria ſiue ſta
tim, ſiue ex interuallo, ſemper appellandum eſt in ſcriptis:
alioqui appellatio non ſubſiſtit.capit.cordi.de appella.lib. 6.
Specu.in alleg.§.qualiter.poſt princip.in titu.de appel.Bart.
in l.eius.ff.de appel.recip.Bald.& Angel.in l.patris,& filij.ff.
de vulga.& pup.Ludo.Roma.conſi.41.Philip.Franc.in cap.
vt debitus.colum.7.verſic. Secundo quæritur. de appella.&
quando in ſcriptis appellandum eſt,non ſufficit dicere nota-
rio, ſcribe qualiter ego appello a tali ſententia, in tali cau-
ſa &c. etiam quòd illa verba notarius in ſcriptis redigat, nõ
per hoc dicetur appellatum in ſcriptis, ſed debet in ſcriptis
porrigi cedula appellationis, quam libellum appellatorium
vocant: alioqui lapſo decendio, ſententia in rem tranſiret
iudicatam,tali appellatione non obſtante. pro quibus eſt gl.
& ibi Bart.in l.ſacris.C.de proxi.ſacro.ſcrini.lib.12.& volue
Angel.& Imo.in l.a ſententia.§.vlti. ff.de appel. Corn.in al-
leg.conſi.95.colum.1.& ſequen.volum.4.ac Philip. Fran.in
alleg.cap.vt debitus.in 3.quæſt.& Iaſ. in l.1.nume.10.verſic.
facit bonum ſimile. ff.de eden.

Dubitatum fuit in Rota Romana an ſententia abſolutoria ab obſeruatione iudicij ob ineptitudinem libelli dicatur ſententia diffinitiua, vel interlocutoria, ſeu vim diffinitiuæ habeat, & ab ea appellari poſſit incontinenti viua voce, & abſque ſcriptura? præter ea quæ dicunt Barto.in l.Titia. numero quarto & ſequen. ff.de accuſa.Abb.in capit.ad diſſoluendum.numero 2.de deſpon.impube. ac Felyn.ſuper rub. de re iudica. columna penultima. Rota prædicta in vna Gebennen.cõcluſit ſententiam huiuſmodi magis eſſe mixtam, quàm merè interlocutoriam, & conſequenter quòd appellatio ab ea viua voce ſubſiſtat. non obſtan. capitu.cordi.de appella. libro ſexto. quod loquitur in mera interlocutoria, quod ad habentem mixturam cum diffinitiua extendi non debet,ad nota.per Alexand.in l.imperium. in 3.columna.ff. de iuriſdictione omnium iudicum. habemus in ſpecie deciſ. Creſcen.132.libro 1. incipien. ſententia abſolutoria ab obſeruatione iudicij.

His præmiſſis dubitari poſſet an credatur, & ſtetur notario aſſerenti die tali Mæuium appellaſſe a tali ſententia &c. prout in cedula, quam facto dedit, licet illa non appareat? Pro opin.affirmatiua eſt deciſ. Rotæ Romanæ Putei ſub tit. de fide inſtrumen.17.quæ incipit creditur, & ſtatur notario. Hęc ego plenè diſcuſſi ſuper 17.formula commiſſion.in ver.
242 interpoſitæ.quæſt.2.& ibidem in 1.quæſt.tracto,quid ſi non conſtet de appellatione, pars autem aduerſa fateatur in reſcripto appellatum? Hæc ibi videri poterunt.

Glo.in ver.renunciationes, contingit duo verba text.videlicet renunciationes, & concluſiones, quaſi idem ſignificent: ſic etiam de his ſimul tractat Specul.in titu.de concluſio. & renunciatio. Quod etiam elici poſſe videtur ex text. iun.glo.in ver.concluſum, quæ exponit, ideſt renunciatum allegatioõibus, & omnibus aliis probationibus.in capitulo, cum dilectus.de fide inſtrumẽtorum, per quas gloſſas Abb. hic notat, quòd per concluſionem in cauſa excluditur via non ſolum probationibus, ſed etiam allegationibus,quę cõſiſtunt in iure, & in facto. ſequitur hic dominus meus Phi-
240 lippus Decius numero 118. & ſequen. volens concluſo † in cauſa præcluſam eſſe viam non ſolum probationibus in facto,ſed etiam in iure. & quòd quando concluſum eſt in cauſa, ſeu renunciatum probationibus, nihil dici,produci, vel opponi poſſit,probatur ex text.in l.nec cauſas.& ibi per Bal. & alios.C.de appella.Bald.in l.an eandem.ff.de exceptio.rei iudica.Roma.in l.ſi Titius.ff.de verborum obliga. & probaui ſuper rub. huius titu. de probatio. numero 14. & ſequen.
241 Mihi verior videtur opin. quòd † allegationes iuris nunquã ante ſententiam excludantur,prout voluerunt Cardin.conſilio 72.Titius nunc ſunt.in 4.dub.vbi hoc declarat,dummodo ad eas producendum dilatio non petatur.Rom.conſi.20. viſo puncto, numero ſecundo. & conſilio 100. in præſenti. verſus fin. dixit Bald. &in authen. iubemus.colum.vltima. C.de iudic.quòd licet poſt concluſionem in cauſa allegationes iuris non producantur apud acta, tamen claudi os non poteſt, quin leges allegari poſſint.Et iuxta ſtylum Romanæ curiæ non ſolum leges, & Doctores allegantur poſt concluſionem in cauſa, immo etiam poſtquam pronunciatum eſt, prout in cedula,ante tamen cedulæ aperturam: multotieſque dubia in iure dantur, & allegationes (quas informationes vocamus) iudicibus fiunt. Et nonnunquam iudex pro ampliori inſtructione, vtque magis deliberatè ac conſultius ſententiam proferat,vel prolatum,prout in cedula,ſubſcribat, requirit ipſas partes,vt in iure ſcribi faciant, negotiumque adhuc diſcutiatur.Ex premiſſis etiam patebit quòd malè hic ſenſerit dominus meus Philippus Decius,qui poſtquam numero 118.dixerat,per concluſionem in cauſa præcludi viam probationibus in facto, & in iure,ſubdit numero 120.quòd iudex ſupplere non poſſet quando eſt concluſum in cauſa. Immo ex cauſa etiam poſt concluſum in cauſa admitti poſſunt exceptiones, & allegationes etiam facti,ad c. ad petitionem.de accuſatio. Ludouicus Romanus in repeti. rubri.de arbitr.colum.32. ac Hyppol. de Marſil.conſilio 39. in præſenti.numero 20.& conſilio.73. Altiſſimum.num.28. Et iudex in multis caſibus poſt concluſionem in cauſa procedere poteſt ex aliqua iuſta cauſa. Hinc dixit Roma. dicto conſilio 20,viſo.in fin.& 176. iſtæ ſunt.colum.vltima. verſi. oſtenditur hic,quòd poſt concluſionem poteſt iudex partes interrogare, ac inſtrumenta de nouo admittere,quod etiam voluit Natta conſilio 206.magnifice.numero 1.libro primo. Admittit etiam teſtes poſt concluſionẽ in cauſa, vt poſt Felyn.in cap.cauſam.colum.14.in 11.limita.de proba.& Marſil.ſingu.110.incipien.communis.voluit Ioan. Neuiza.conſilio 5.incipien.miſit.numero 27.& præſertim in his,quę requirunt leuem probationem iudex poſt concluſum in cauſa ſuum officium impartiri poteſt,Rot.2.aliàs 6.ſub titu.de teſtibus.in no. Plura item circa renunciationes, ac concluſiones,& an inter ſe differant, & quis ſit illarum effectus ponit, & diſcũtit Bero.hic numero 209. cum nonnullis ſequẽ. quæ videri poſſunt. Verũ aduertatis,quòd dum ipſe Bero.prius ſuper glo.in verbo,recuſationes. numero 162. verſic. conſiderandum eſt, ponderabat in text. noſtro bis poni eandem dictionem,recuſationes, videlicet ibi, & hic ante verbum, concluſiones, fruſtra de hoc dubitat: inſulſumque eſt dicere,quòd hic repetatur eadem dictio,recuſationes, & hoc eſſet ſomnium. Ipſum tamen excuſarem, quòd fortè in ſuo libro hic loco dictionis renunciationes, eſſet eadem dictio, quæ in loco ſuperiori,niſi ipſe in vltimis verbis citaſſet hanc glo.in verbo,renunciationes,quam glo.poſtea reaſſumit.nume. 209. Hic aduerte,ne quis circa præmiſſa titubet,an poſt concluſionem in cauſa inhibitio fieri poſſit, & ſoleat,proſequor in tracta.inhibitio,q.108.

Ex glo.in verbo,tempora.elicitur concluſio,quòd acta,&
242 inſtrumenta continere debent locum, † in quo facta ſunt.ſimilem glo.habemus in l.generali. §.præfatus. in verb. ſeruituti.in 6.requiſito inſtrumenti.C.de tabul.lib. 10. Habemus etiam glo. in cap. abbate ſanè.§.ex his enim.in ver.cenſeretur. verſicu. & nota per hanc literam,quòd tabellio, quæ gl. hunc tex.noſtrum citat,ac alia iura. Idem voluit Ang.in Authen. vt præpo. no. impe.Corn.conſi.216.colum.2.volu.4.

Lanfran.

Lanfran.hic in ver.inſtrumentorum productiones. verſicu. Quod dictum eſt de loco, intellige non ſolum de generali. & Docto. communiter declarant loci appoſitionem requiri,non ſolum de conſuetudine,ſed etiam de iure, prout etiã probatur in tex.noſtro ibi,loca deſignando.

Amplio vt etiam locus loci apponi debeat, & ſic non ſolum ciuitas,vel oppidum, ſed etiam locus ciuitatis, vel oppidi, in quo inſtrumentum celebratur. Rot.738.in antiq.ac dec.Accoramb.4. ſub tit. de fide inſtrumen. quæ incipit deciſum fuit in vna Hiſpalen.ac deciſ.Put.7. eod. titu. quæ incipit locus loci apponi debet.Subdit,ſed tamen ſi in loco eſt contraria conſuetudo,ſeruanda eſt, vt dicit dec.5.de fid.inſtrumen.in antiq.& ita concluſum fuiſſe dicit in eadem cauſa Hiſpalen.11.Octobris 1542.Barto.autem pulchrè tractat in repet.l.ſi quis ex argentarijs. §. ſi initium. ff. de eden. numero 26.& ſequen. an, & quando locus inſtrumenti conſecti appoſitus in principio inſtrumenti,intelligatur in ſequentibus inſtrumentis repetitus: de quo videndum erit per ipſum, & alios ſcriben. ibi.

243 Altera concluſio elicitur,vt tẽpus,† videlicet annus,menſis,& dies apponatur in actis, ſeu inſtrumentis. De ijs habemus per Barto.& alios in l.admonendi. ff.de iureiurand.per Felyn.poſt alios in capit.1. numero 8. eodem titulo.de probationibus.Lanfran. hic in ver.inſtrumentorum productiones. columna 11.verſi. Quæro dicitur circa iſtam,vbi etiam pulchrè diſcutit, Quid ſi annus domini noſtri appoſitus ſit in principio prothocolli, vel in primo inſtrumento: quid ſi in medio libri, quid ſi in fine, an reſpiciat alia inſtrumenta, ſeu inſtrumenta alia intelligantur eſſe ſub eodem anno. Et quòd notarius ordinem ſeruare debeat in ſcribẽdo tempo-
247 ra,loca,coram quo,& a quibus, ac per quos acta, ſeu inſtrumenta facta fuerint, vltra text. & glo. habetis hic per Bero. numero 220. Circa alia de quibus in hac glo. videlicet circa editionem actorum, & inſtrumentorum Abb.remittit ſe ad ea,quæ ſupra dixit in capitulo primo,hoc eodem titulo, vbi ipſe,& alij tractant materiam editionis,de qua hic in glo.

Glo.in verbo,negligentiam, ac Abb.& alij hic concludũt
244 propter negligentiam † iudicis reficiendum eſſe læſis damnum paſſum,per tex.in l.ſancimus.§.vlti.ibi, huiuſmodi detrimentum læſis reſarcire compellentur. C. de iudic. in l.ſi quando.in fin.ibi,Parti læſæ omnem iacturam &c. C. de teſtibus.Ad quod etiam glo.adducit text.in cap.ſacro.de ſenten.excommunicatio. videlicet verſicu. Cumque aduerſus. iun.glo.in ver.ad intereſſe. Et de pœna iudicis negligentis, vel doloſi tractant Ange.in l.ſi vacantia. C.de bon.vacan,libro 10.Barto.in l.vlti.& ibi Alexan.in 1.addi.ad ipſum.ff.de var.& extraord.cogni. Plures caſus negligentiæ iudicum, & qua pœna propterea illi puniendi ſint ſi per negligentiam, vel dolum præiudicium, vel damnum intulerint proſequitur Sarnen. poſt 28.quæſt.regu. de trien. in epilogo caſuum negligentiæ.num.14.

245 Quærunt hic Abb. poſt numerum 18. & dominus meus numero 128. an † pœna debeatur in foro conſcientiæ,vt illa exigi poſſit? Pro opin. negatiua concludendum eſt, pro qua eſt glo.ſingul.in capit.fraternitatis.12.quæſtio.2.quam communiter ſequuntur legiſtæ,& canoniſtæ: quicquid ſentiat dominus meus,vbi ſupra, cuius motiuis, & argumentis reſpondet hic Bero. numero 226. Et dictam glo.vt ſingu.& nota.ſequuntur Matth.Matheſi.ſingu.23. Nunquid omnes. numero quarto.Anto.Corſet.ſingul.12.in ver. pœna. incip. in foro conſcientiæ non exigitur pœna, & ibi alios idem tenentes refert. Quod etiam voluerunt Bal. in l.id quod pauperibus. columna quarta.verſic.ſed pone, & in l.data opera. colum.15.verſi.Item ſi proprietas.C.qui accuſ.non poſſunt. Anto.de But.in cap.vltimo.colum.2. verſic. Et quia in pœnalibus.de præſcript. Ioan.Crot.in capitulo primo. §.ſtatuto.colum.6.de conſtit.libro ſexto. vbi hanc communem affirmat: quam etiam communem dicit Gomeſ.in §.ex maleficijs.numero 14. Inſtitu. de actio.Idem voluerunt Alexan. conſilio 105.colum.2.in fin.verſic.Nec huic vltimæ rationi. volum.5. Abb.in cap.ſi egreſſus.verſic. Quare forus animæ. de iniur.& dam.dat.& in cap.audiuimus. verſi. An autem in loco.de ſymo.& ibidem Felyn.colum.1.verſ. ſubdit hic eleganter.ac Hyppol.de Marſil.in l.patre, vel marito.colum.2. verſic.Et facit etiam.de quæſtio. Et per illam glo.in cap.fra-
246 ternitatis. concludunt pœnas † legales tripli, vel quadrupli in foro conſcientiæ non eſſe debitas, & ideo furem quantũcunque manifeſtum non teneri in foro conſcientię ad aliud, quàm ad reſtitutionem rei. Bald.in l.poſt deciſionem. C.de furt. Quod etiam pręter ſupra citatos voluit Angel. conſilio 42. Fratres ſeruorum. in fin. vbi vult etiam ab eccleſia pœnam peti poſſe quoties concurrit cum intereſſe: quod & voluerunt Iaſ.& alij per ipſum relati in §. ſed iſtę.num.110. verſic.Et pœnas legales. Inſtitu.de actio.prædictam gloſſ.in cap.fraternitatis. ad multa induci per Docto. recenſet Felyn. in cap.1.numero 42. & ſequẽ. vbi etiam firmat opin.de qua ſupra,aſſerens etiam quinque limitationes. Quando autem pœna conuentionalis de iure canonico debeatur non probato intereſſe,ſi ſimus inter laicos magis communis opin.eſt pro affirmatiua.Corn.conſilio 69.de duobus.numero 39.libro 2. quod etiam firmauit idem conſil.28. viſa. numero 9. eodem libro. quæ con. & alia citabam coram Reueren. Do. Auditore Cameræ in cauſa mea Romanæ impreſſionis librorum contra Amadorum.

Glo.vlti.ſecundum Abb.in duas partes diuiditur. In prima enim opponit, & duas ſolutiones dat, vnam in princip. alteram prope fin.In ſecunda quæ eſt ibi,ſed pone,quærit,& ſoluit. Bero. verò in ſex partes diuidit: vtraſque diuiſiones per vos videte,vtraque enim diuiſio ſubſiſtere poteſt,& hęc Bero.clarior videtur. Lanfran.hic ſuper hac glo.in fin.affirmat totum pondus eiuſdem glo. in hoc conſiſtere,videlicet, vtrum pro ſententia iudicis præſumatur: & per omnes hic duæ concluſiones diſcutiuntur,quarum altera eſt an ſententia diffinitiua præſumatur iuſtè lata, & ſic pro ſententiæ iuſtitia præſumendum ſit? altera an ſententia præſumatur ritè lata,& ſic pro illius proceſſu præſumendum ſit?

Prima concluſio, quòd ſententia præſumatur iuſtè lata,
247 † & ſic quòd præſumendum ſit pro ſententię iuſtitia probatur ex tex.in l.ſecunda.§.ſolet.verſi.ſinautem condemnatus. ff.de hæredi.vel actio.vendi.in l.Herẽnius.§.Caio.ff.de euictio.in l.ab ea parte.2.reſpon.ff.de proba.Quod & voluerũt glo.in authen.generaliter.in ver. iniuſtè. C.de epiſco.& cleric.Innocen.in cap.ſolet.colum.3.verſic. Nam ſententia. de ſenten.excommunica.libro ſexto. Specu.in titu. de emptio. & vendi. §.nunc dicendum. verſicu. & breuiter. Bald. in l.ſi præſes.columna prima.verſic.Quæro an præſumatur.& in l. vlti.verſic.nunquid in dubio. C.de præd.mino. ac in l.iuriſgentium.§.quod ferè.columna prima.verſi. Sed nunquid in iudicijs.ff.de pact.Fede.de ſen.conſilio 59. Roma.conſ.334. ad finem.verſiculo,& ſi dicatur.Alexan.conſilio 80.columna ſecunda.verſiculo,præſumitur enim.volumine quinto,& in additio. ad Bartolum in l.actor. columna ſecunda. ſuper ver.præſumitur.ff.rem rat.habe. & idem Alexan. in l.ſciendum.columna ſexta.verſic.Item fallit dicta regula.ff.de verborum obligatio.Corn.conſilio 109.columna prima.verſic. Et pro decreto.libro tertio. Iaſ.conſil.219. columna prima. verſiculo,Confirmo quod.libro primo. & in l. pacta nouiſſima.columna ſecunda.verſic. Confirma primo. C.de pact. Imol.conſilio 98.columna prima. verſiculo, Sed certè, & in capitulo,cum in iure peritus. columna vltima.de offic.delega.Socin.regu.448.in ver.ſententia in dubio iuſtè præſumitur lata. Fulgoſ.conſilio 145. columna ſecunda. verſicu. Ad tertium. Aret.hic columna penultima. verſicul. Dicit etiam Barto.Felyn.in capitulo primo.columna vltima.verſic.Non placet.de offic.ordina. Præpoſi.ſuper rub.de appella. numero 70. verſiculo, Secundus eſt effectus. & columna ſequen. verſicul.Hoc autem quod præſumitur.vbi quòd magis præſumitur pro iuſtitia ſententiæ, quàm pro proceſſu. Rebuff. in l. quod iuſſit. in ſecundo notabili. numero 311. ff. de reiudicata.

Secunda concluſio, quæ propriè elici videtur ex noſtro
248 text.eſt, quòd non præſumitur pro ſententia † niſi eius ſolemnis proceſſus appareat ex actis, nec diſtinguit text.an a ſententia ſit appellatum, vel ne: ſic & nos indiſtinctè in hoc reſidemus. Et in ſpecie etiam quando non eſt appellatum, vt non præſumatur pro ſententia voluit Barto. in l.4.§.condemnatum.in princ.ff.de re iudica. vbi quòd aſſerens ſe non fuiſſe citatum,vel talem non fuiſſe ſuum procuratorem,executionem impedire poteſt: quem ibi ſequitur Imo.Et quòd pro ſententia non præſumatur voluerunt Innocen. in capit. cum in iure peritus.columna prima.in fin. & ad fi. illius cap. de offic.delega.glo.vlti.hic, Specu.in titu.de ſenten.§.iuxta. verſi.Sed pone,quòd atteſtationibus publicatis. Ioan.And. in addi.ad eundem de ſenten.prola.§.vt autem. Fed.de Sen. conſi.170.Barto.in authen.ſi quis in aliquo.in fin. & ibidem Bald.columna ſecunda.verſi.Sed ſi ponam.& colum.penult.

verſic.

versic. sed quæritur. C.de eden. vbi dicit idem fore etiam si in sententia enunciaretur partem citatam, vel litem contestatam fuisse, ad ea, quæ scripsi supra post numerum 16. vbi de clausulis, viso libello, visa litis contestatione &c. & volue runt Ange.& Imo.in l.si de vnoquoque. columna prima. de re iudicata. vbi concludunt, quòd etiam si solemnia iudicij enuncientur in sententia tamen illa non præsumantur interuenisse, nisi ea tunc temporis interuenire, & perfici potuerint. Hanc etiam opin. sequitur Abb.in cap.tenor.colum.2. & sequen.de re iudica.& consi.92. columna prima. ad fin.ac colum.sequen.lib.primo. & quòd non præsumatur pro sententia quo ad ordinem iudicij, nisi ex actis constet, inferunt ex illo tex.glo.& Barto.in l.si cum nulla. ff.de re iudica. Hæc conclusio etiam absque alia distin.an sit appellatum, vel non videtur verior, & magis communis.

Qui verò præter ea, quæ ex text.nostro elici possunt, cum Abb.hic distinguere voluerit, an a sententia sit appellatum, & appellationis causa adhuc pendeat, aut non sit appellatũ, sed adhuc tempus ad appellandum pendeat, aut decendium lapsum sit, & sic supponatur res iudicata: vel si esset appellatum, propter non prosecutionem appellatio esset deserta, videre poterit hic per Felynum super dicta glos.vltima.numero 21.cum pluribus sequen.& per Bero.super dicta gloss.numero 228.& sequen.& per Innocentium in principio, Abb. numero sexto. ac Felyn. numero nono. & sequent. in allegato capitulo, cum in iure. de officio delegati.

Vltra progredi nunc mihi non licet: aduolante enim nũcio maximum Etruriæ principem natum, repentinæ feriæ indictæ sunt.

Repetitionum in Iure Canonico Præclarissimi I. V. C. D. Quintiliani Mandosij,
Explicit Tomus Sextus.

Registrum.

A B C D E F G H I K L.

Omnes sunt quaterniones, præter L, ternionem.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA de GRANADA

VENETIIS, Apud Iuntas. MDLXXXVI.